de ad me in montē Exo. xxiiij. Qui nūc vnū pedē hūt
in celo. i. affectionē: ꝗ ꝑ totā vitā ſuā vadūt ꝑ artā viā
mundicie ⁊ pn̄ie ꝗ ducit ad vitā: ⁊ cū magno labore ꝑ
gradus bonoꝝ operū aſcendunt de virtute in virtutē.
Qui aſcēſiões in corde ſuo diſpoſuerūt in valle lachry
marū Pſ. lxxxiij. Per ꝓbas ⁊ nephas: ꝗ tot gradibus
aſcēdunt ꝗt bona viuētes geſſerūt: ꝗ per gradū caſtita
tis aſcendūt ad locū mūdicie: per gradū pacis: ad locū
19 pacis: ⁊ ſic de alijs. Et ſi aliqn̄ deuient ꝑ pctm̄: cito re-
deunt ꝑ penitētiā: nō expectādo ꝗdrageſimā vel ſene-
ctutē. Sciētes qm̄ paruus error in ꝑncipio viarū: ma-
gnus eſt in ꝓgreſſu: ⁊ qm̄ tp̄us peſſimū eſt Mich. ij.
Ptumcū ꝙ̃ ꝗ celū multis dietis diſtet ab eis in prin-
cipio vite: ꝗ oī die appropinquāt ad illud ꝑ vnā dietā:
nō eſt mirabile ſi in morte ſint ꝓpe celū: ⁊ ſtatim illud
intrēt: q꞉ poti⁹ eſt diſtātia meritoꝝ ꝙ̃ locoꝝ. Vñ ꝗdā
ſapiēs reꝗſiuit quātū diſtaret celū ab inferno: ꝓueniē-
ter rn̄dit quantū aīa boni ⁊ mali in morte: q꞉ vna ſta-
tim in morte eſt in celo: alia in inferno: q꞉ ſicut bonus
multas dietas vt dictū eſt facit verſus celū: ⁊ iō in mor
te ſtatim eſt in celo: de ꝑfectis loqr: nō de illis ꝗ impe-
diunt̄ i purgatorio: Ita malus ꝗ dietas multas facit
verſus infernū: ſtatī eſt in inferno: q꞉ pri⁹ deſcēdebat:
dū aliena rapuit multū deſcēdit: ⁊ ſic de luxuria ⁊ alijs
In ꝗlibet eīm tali pctō magnū gradū facit i iſto deſcē-
ſu. Sic igit̄ boni in vna pte ſtatere vel ſitule aſcēdūt ꝑ
gradus virtutū: mali in alia parte deſcēdūt ꝑ gradus
pctōꝝ: ſicut lup⁹ ⁊ vulpes in ſitula. Exēplū de diuite
et Lazaro Luc. xvj. De vtriſꝗ ſit in Pſ. cvj. Aſcēdūt
vſꝗ ad celos: ꝗtū ad bonos. Deſcēdūt vſꝗ ad abiſ-
ſos: ꝗtū ad malos. Sic ḡ oñſa via ⁊ mō ⁊ poſſibilitate
aſcēdēdi: pꝫ rn̄ſio ad ꝗſtionē Joſaphat regl. iiij. Reg.
ij. dicēt̄ ⁊ ꝗrētis ꝑ quā viā aſcēdem⁹. Nō. M. j. 10.
Arti. iij. ¶ Maloꝝ vo multitudo nō ſic aſcēdit cū chřo: ꝗ pri⁹
deſcēdit ꝑ humilitatē: iux illud Pſ. xvij. Inclinauit
20 celos ⁊ deſcēdit: ideo poſt aſcēdit ad celos Eſa. xix. Ec
ce dn̄s aſcēdit ſup nubē leuē: ⁊ i Pſ. xlvj. Aſcēdit de⁹
in iubilatiōe. Joā. iij. Nemo aſcēdit in celū niſi ꝗ de-
Fabula ſcēdit de celo. ¶ Sed aliꝗ poti⁹ eligūt aſcēdere ꝑ ſup-
biā cū edificātibꝫ turrim babel. Geñ. xj. Et cū Lucife
ro vel cū Jcaro: de ꝗ fabule hūt: ꝙ cū pr ei⁹ Dedalus
vltra mare cū filio ſuo Jcaro volare vellet: informauit
filiū ꝙ nō aſcēderet nimis alte: ne ſolis calore pēne ei⁹
cōburerent̄: ⁊ ſic caderet: nec nimis baſſe: ne ad turres
vel campanilia lederet̄: ꝫ tantū mediū tenendo: patrē
ſequeret̄ ꝗ de volatu gloriat⁹: ex ſua ꝑſumptiōe dedi-
gnans pr̄is ſeꝗ veſtigia: alti⁹ aſcēdit: ⁊ pēnis cōbuſtis
in mari cecidit: qđ cū pater retroſpexiſſet: ait. Jcare na
te bibis: iam nūc ſine pr̄e peribis. Nam tibi dixit bis:
medio tutiſſim⁹ ibis. Juſſa paterna pati: mediū tenere
beati. Jcarici fati: meōres eſtote parati. Sic iſte ꝑdica-
uit filio: ita ꝑdicandū eſt oīb ſctē mr̄is eccl'ie filijs: di-
cēdo ꝙ mediū teneāt: ꝓpter picula ꝗ in extremis latēt.
Nā ſupbi occaſuꝫ hūt: ſic pꝫ exēplo luciferi Eſa. xiiij.
ꝗ ait. Jn celū ꝯſcēdā ſup aſtra celi: exaltabo ſoliū meū
ſedebo in lateribꝫ aqlonis: aſcendā ſup altitudinē nu-
biū: ſilis ero altiſſimo: verūtñ ad infernū detraberis in
21 ꝓfundū laci. ¶ Sed heu aliꝗ Jcaro ⁊ Lucifero ſunt
ſiles: ꝗ nec ꝑdicte doctrine credūt nec exēplis ꝑdictis
informant̄ vel terrent̄: quibꝫ nō ſufficit mr̄imoniū vl'
hereditas ſeu dignitas paterna: vl' paternus honor: ꝫ
in ſupbiā erecti: volūt oēs progenitores ⁊ ſingulos vi-
cinos trāſcēdere: vel ꝑ nouitatū inuētiōes in ornatu ⁊
barbis ⁊ hmōi: ꝑ dominiū vel ꝑ balliuiam: in ꝗ peius
aſcēdunt: ꝙ̃ mala herba ſup blada: q꞉ ille volūt blada
deſtruere: vel ad ſe trahere. Jſti vo terras maiores et
aīalia ⁊c. ꝑ ꝓbas ⁊ nephas ad ſe trahere ⁊ perꝗrere: vt
ſup̄ de aduocatl. A. xiiij. Edificia altiora eleuare: ſicut
pꝫ ꝑ edificātes turrim babel Geñ. xj. ¶ Alijs vo nō
ſufficit ſeꝗ patres ſuos antiꝗs et ſctōs et ſolidos eccl'ie
doctores: ꝫ volunt ſingulariter videri ⁊ altius volare:
nouitatū eſſe inuētores: de quibꝫ oībus ſimul Deut. j.
Tumētes ſupbia aſcēdiſtis i montē. Et in Pſ. lxxiij.
ſupbia eoꝝ ꝗ te oderūt aſcendit. Et iterū. Vidi impiū
ſuperaltatū ⁊ eleuatū: ſicut cedros libani. Sed ꝗs eſt
finis hui⁹ exaltatiōis: pꝫ cū ſequit̄. Trāſiui ⁊ ecce nō
erat: ꝗſiui ⁊ nō eſt inuētus locus ei⁹: ſcꝫ nec cū illis in
celo: nec cū illis in terra iſta: ſed cū his ꝗ interfecti ſunt
gladio: ⁊ deſcenderunt ad fundamenta laci Eſa. xiiij.
¶ Alij vo nitunt̄ aſcendere ira inflāmati: vt ſe de ini- 22
micis vindicent: ꝓpter hꝫ eīm deſiderāt eſſe potentes: ⁊
ꝓpter hoc aſcēdūt in iſrael: in Pſ. lxxvij. Et iſtoꝝ alti-
tudo ſeu aſcēſus eſt ſicut altitudo mōtis ethne: ꝗ in ſe- Ethna
ipſo cōburit̄: ⁊ valles a cōbuſtione min⁹ ledunt̄. Jſtū mons
montē inflāmant: ꝗ eū ad vindictā acuūt: dicētes: ma-
gnus es ⁊c. ſi eſſem ſicut tu: ita vindicarē me: ꝙ oēs lo
querent̄ de me. Jſti diu aſcēdere nō pn̄t: q꞉ ſicut auis
ꝗ nitit̄ cū vna ala aſcēdere: retro cadit: Ita ille ꝗ aſcen
dere nitit̄: ſine ala dilectiōis dei ⁊ ꝓximi vel ſine ala bo
ne volūtatis ſeu opatiōis vbi poſſibilitas adeſt vtrū-
ꝗ habēdi: cadet: Geñ. xlix. Cadat aſcenſor ei⁹ retro: et
ira dei aſcēdet ſup eos: in Pſ. lxxvij. ¶ Alij vo aſcen-
dunt cū inuidia: ⁊ iſtoꝝ aſcenſus et altitudo aſſimilat̄
altitudini fagi: cui⁹ vmbra herbas ſub ſe creſcere impe Fagus
dit: ⁊ quāto altius aſcēdit: tāto lati⁹ vmbrā venenoſaꝫ
expādit. Sed in fine ꝓcella vēti ꝓſternit̄. Jta iſti in ar-
te ⁊ ſtatu ſuo nitunt̄ in altū aſcēdere alijs aſcēdere vo-
lentibꝫ: inuident: ⁊ vmbra venenoſe detractiōis accu-
ſationis ⁊ vitupatiōis impediūt Pſ. xvij. Aſcēdit fu-
mus i ira ei⁹. Sed i morte cū paruo flatu de ore emiſſo
aīa fagi in infernū cadet ⁊ herbe prius impedite: inci-
piēt creſcere: dicētes illud Eſa. xiiij. Corruiſti in terrā:
qui vulnerabas gētes. ¶ Alij vo aſcēdere nitunt̄ per 24
cupiditatē cū gigātibꝫ. De ꝗbꝫ fabuloſe fert̄: ꝙ cumu Fabula
lauerīt mōtes ſup mōtes vt ꝗndā deū ſaracenoꝝ: vic-
tione expugnarēt: ſup ꝗs in altū aſcēſos fulmē emiſit:
et ſꝫ mōtibꝫ ꝗs cumlauerūt deꝑſſos occidit. Sic auari
cumulāt terrā ſup t̄rā: ꝑbēdā ſup ꝑbēdā. De ꝗbꝫ. A.
xxvij. ſ. Et mōtes ſup mōtes: ⁊ poſſeſſiōes ſup poſſeſ-
ſiōes: dū t̄ras ⁊ nēora ⁊ mōtes acꝗrē nō ceſſant: dn̄iuꝫ
ſup dn̄ū: balliuiā ſup balliuiā cumulātes. Sed i iſta
cumulatiōe aliꝗ deū celi in ſe expugnāt: ſic illi ꝗ hmōi
periurijs acꝗrūt: ſicut aliꝗ mercatores ⁊ falſi cōpurga
tores ⁊ duodenarij. Aliꝗ in mēbris ſuis. Sicut fures:
raptores: vſurarij: de quoꝝ ꝗlibet ꝯquerit̄: dicēs. Aſcē
dit malicia ei⁹ corā me Jone. j. ⁊ hmōi. Sed de⁹ ſuper
eos fulmen terribile emittet: qn̄ dicet illud Mat. xxv.
Jte maledicti ⁊c. Et vt ſint de hꝫ certi: audiāt ꝙ̃ certitu-
dinaliter eis ꝓmittit ſic. Auaricia eīm i capite oīm: de-
inde ꝓmittit dicens: nouiſſimū eoꝝ gladio interficiā:
ꝓmiſſiōis vo ineuitabilitas: pꝫ ꝑ hoc qđ ſequit̄. Nō
erit eis fuga. Et cito poſt: ſi aſcēderint vſꝗ ad celū: in-
de detrahā eos. Et ſi abſcōditi fuerint i verticē carmeli
inde ſcrutans auferā eos. Et ſi celauerint ſe ab oculis
meis in fundo maris: ibi mandabo ſerpenti ⁊ morde-
bit eos. Quia ꝗ ibo a ſpū tuo ⁊ quo a facie tua fugiam
ait Pſ. cxlix. ¶ Alij aſcēdunt ꝑ hypocriſim ⁊ incōſtan 25
tiā ad modū Milui: ꝗ aſcēdendo clamat voce gracili: Miluus

et ſpũali valde: dicẽdo: fi: fi: fi: ac ſi nihil curaret de to-
to mundo. Ac ſi eſſet ita ſpũalis: ⁊ eis q̃ dei ſunt inten-
tus ꝙ de tꝑalibus nõ curaret: nec cogitaret ⁊ ea q̃ ſua
ſunt oĩno nõ q̃reret. Sed viſo cadauere: cito ſuꝑ illud
deſcẽdit: ⁊ adhuc in altũ aſcẽdũt famelici: vt ad diſtã-
tius facilius p̄dã videãt: ⁊ citius capiãt. In pͥma cõ-
ditiõe eis aſſimilant̃ illi q̃ in q̃dragesima: ⁊ in infirmi-
tatibꝫ ſuis ⁊ neceſſitatibꝫ ⁊ cõfeſſiõibꝫ ita ſpũaliter lo-
quunt̃ pctm̃ deteſtãdo dicẽtes: fi: fi: fi: ſuꝑ gula ⁊ luxu
ria ⁊ hmõi: ꝫ ceſſante impedimẽto: viſa opportunitate
cito ad cadauera: gule ⁊ luxurie redeũt. Et in hoc aſſi-
milant̃ cuidã monſtro: qđ vocat̃ lulligo: de q̊ dicet̃ in-
fra. R.ij.5. In ſecũda cõditione vicꝫ ꝙ ideo in altum
aſcendũt: vt p̄dã capiãt. Aſſimilant̃ eis hypocrite: q̇
ideo ore oĩa carnalia cõtemnũt. id eſt. fingũt ſe in altũ
ſanctitatis volare: vt beneficia eccl'iaſtica: ꝓmotiones
munera ⁊ gr̃as ⁊ laudes hoĩm adipiſcant̃. Ad p̄daꝫ
Exiñ aſcendiſti Geñ. xlix. ¶ Alij aſcẽdunt ꝑ ſcalam accidie
26 cũ teſtudine de q̈ fert̃ ꝙ in dimidio anno arborẽ quã-
dã aſcẽderit: ⁊ in fine ad flatũ paruũ venti frigidi ceci-
dit. Ita multi paſſu teſtudinis aſcendunt arborẽ peni
tentie: ita tarde ⁊ tepide ĩ fine q̃dragesime: ⁊ in fine vi-
te: ⁊ tarde ad eccl'iam ⁊ ad bona oꝑa cũ murmure: ⁊ ci-
to ad modicũ ventũ tẽtationis vel tedij cadũt intantũ
ꝙ inter paſcha ⁊ aſcẽſionẽ forte maior pars illorũ q̇ in
q̃dragesima inceperũt aſcẽdere ſub pctõ iterũ cecide-
27 runt. Aĩalia ibant ⁊ reuertebant̃ Ezech. j. ¶ Alij aſcen-
dunt ad locũ cupiditatis vel vanitatis ad modũ edere
Edera vel veprũ per maceriã inordinati fauoris. Edera em̃
in aſcenſu ſuo nõ innitit̃ virtuti vel fortitudini ꝓprie: ꝫ
parietis. Ita volẽtes aſcẽdere locũ cupiditatis in ſtatu
eccl'iaſtico cuꝫ de virtute ⁊ fortitudine ſpũali ſeu eccle-
ſiaſtica ⁊ literatura ⁊ moribꝫ nihil aut parũ habeãt: in-
nitunt̃ parieti. i. alicui p̄lato vel p̄rono: ſeu potẽti: eiq̃ꝫ
muneribꝫ ⁊ p̄cibꝫ vl' ſanguĩe vl' ſuitio ligant̃. Et ſic vir
tute nõ ꝓpria q̇n potiꝰ potẽtia eiꝰ: aſcẽdũt eccl'ie tectũ:
cui plus nocet cementũ. i. tꝑalia ſb̃ſidia eiꝰ extrahẽdo:
q̃ꝫ ꝓſit ſubditos informãdo. Aſcẽdũt ſuꝑ eã vepres ⁊
ſpine Eſa. v. ⁊ tribuli. Aſcẽdet ſuꝑ aras Oſee. x. Nõ
O. vj. 70. ¶ Alij v̇o volẽtes aſcẽdere ad locũ cupidi-
tatis in ſtatu ſeculari: ſicut herba mala ſuꝑ blada: ⁊ ad
modũ edere: loquunt̃ cũ aliquo magno: ⁊ dant ei mu
nera vel ei ſeruiũt in p̄da capiẽda: et ponit eos in aliq̊
officio: ⁊ eos aduocat in malis ſuis: ꝫ in fine nõ pote-
rat eos aduocare: quin cadant cũ incircũciſis ad terrã
vltimã Ezech. xxxij. Et tales ſunt patiẽter tolerãdi: q̄
ſi ſpũs ptãtẽ habẽtis aſcẽderet ſuꝑ te: locũ tuũ ne dimi
ſeris: quia cauratio ceſſare faciet pctã maxima Eccl̃s. x.
28 ¶ Alius volens aſcẽdere cathedrã peſtilẽtie: ſeu ſtatũ
vanitatis ad modũ edere: muneribꝫ datis: loquit̃ cuꝫ
aliq̊ amãte primos recubitus in cenis: q̇ potiꝰ ad bur-
ſam: q̃ꝫ ad ſcientiã: ad munera q̃ꝫ ad merita reſpiciens:
ait. Amice aſcẽde ſupiꝰ Luc. xiiij. Et hec eſt cauſa q̃re
aſcẽdunt mõtes in Ps̃. ciij. id eſt. aridi infructuoſi: illi-
terati: inepti: in oĩbꝰ p̄dictis ſtatibꝫ ſeu officijs. Et de-
ſcendũt campi. i. fertiles ⁊ vtiles: in locũ quẽ fundaſti
eis: tu ſcꝫ ſuꝑportator ⁊ fautor edere: receptor munerũ:
29 qui amas primatũ gerere in eis. Et talis indignoꝝ ꝓ-
motio vel exaltatio eſt periculoſa: tam ſic exaltatis: q̃ꝫ
eoꝝ exaltatoribꝫ. ¶ Primũ patꝫ: q̄ ſic eleuati exaltant̃
Fabula ad modũ teſtudinis volẽtis trãſire mare. Sic ergo cũ
aquila loquebat̃ vt ab ipſa portaret̃: q̄ alas ad volan-
dum de natura ꝓpria nõ habuit: que eum inter pẽnas
aſſumens: cum eſſet vltra ꝓfundũ maris aliqua occa-
ſione pẽnas illas retraxit: ⁊ teſtudo ſibi dimiſſus: ſubi-
to in mari cadẽs ſubmerſus interijt. Sic ad l̃ram oẽs
p̄dicti loquunt̃ cũ aliq̃ aui p̄dali: que p̄cio dato: modi
cũ eleuant̃. Sed aliqui ex aliq̃ cauſa vel occaſione pẽ-
nis fauoris ⁊ auxilij ſubtrahente. Utpote q̄ munera
non põt cõtinuare: vel q̄ aliter offendit aquilã: vel q̄
forte morit̃ Ps̃. lxxix. Deſtruxiſti maceriã eius. Et ſic
teſtudo ſibi dimiſſus cadit: ſicut edera ſb̃tracto pariete
Sicq̃ꝫ aquila vel pariete trãſeuntibꝫ qui eum aſcende-
bat: retro dimiſſus cadit. Cadat aſcenſor eiꝰ retro Ge-
ne. xlix. Nota. M. xiiij. 11. ⁊c̃. ¶ Secundo periculoſa 30
eſt frequẽter exaltatoribꝫ: q̄ frequẽter viſum eſt ꝙ ta-
les eleuãdo eleuauerũt gladiũ cõtra caput ꝓpriũ: quia Fabula d
fiunt eis ingrati ⁊ iniurioſi ⁊ ꝑſecutores. Uñ eſt de eis Aq̃la ⁊ r
Sicut dr̃ in fabulis de aue qui gallice vocat̃ reiſtel: que glo auiũ.
audiens ꝙ rex auiũ fieret: que altius volaret: q̄ ſic dif-
finitũ erat de cõmuni auium cõſilio ⁊ aſſenſu: rogauit
aquilã ꝙ eam in altũ ſecum portaret: q̃ ex amicitia hoc
fecit nullas ſuſpicans inſidias. Cum v̇o aquila ſuper
om̃es in altũ aſcẽdiſſet: exiuit illa de pennis aquile ſu-
perius aſcẽdendo: ⁊ in aquile vituperiũ regimen ſibi
vſurpauit. Sic in ꝓpoſito: ⁊ hoc iuſto dei ꝑmittit̃ iudi-
cio: q̄ ex quo inordinate ꝯtra deum ⁊ rationẽ eos exal-
tauerũt: deus iuſte ꝑmittit eos cõtra exaltãtes exalta-
ri: eiſq̃ꝫ aduerſari: vt in quo peccauerũt: puniant̃. Sic
ergo depreſſis ꝑ illos quos exaltauerũt: põt dici illud
Ps̃. lxxxviij. Exaltaſti dexterã deprimentiũ eum letifi
caſti om̃es inimicos eiꝰ. ¶ Alij aſcẽdere nitunt̃ ꝑ viã 31
falſitatis: ꝓditionis ⁊ duplicitatis. Et iſti aſcẽdunt ad
modũ colubri tortuoſe incedẽtis ꝑ aſcẽſuꝫ ſcorpionis Colube
Numeri. xxxiiij. ⁊ ad modum ſagitte nõ bene pẽnate:
nec de bona manu emiſſe: vadit huc ⁊ illuc. Ita iſti ꝑ
ambages ⁊ brigas ⁊ duplicitates ⁊ excuſationes ⁊ fal-
ſas colorationes aliq̃ñ aſcẽdunt in hoc mũdo ad ma-
gnũ ſtatũ. iij. Reg. vj. Aſcendebant ꝑ cocleã. De iſtis
nota. A. xv. 22. ¶ Sed nota ꝙ oẽs p̄dicti male aſcẽdẽ- 32
tes: ad breue tp̃s aſcẽdunt: ⁊ in aſcẽſu ꝓſperant̃: plus
q̃ꝫ boni: q̄ mala herba cito creſcit: q̄ filij huiꝰ ſeculi fi-
lijs lucis prudẽtiores ſunt in generatiõe ſua Luc̃. xvj.
Et de eoꝝ ꝓſperitate gloriant̃: ⁊ alios cõtemnũt. Sed
gloria eorum de aſcẽſu ſuo: eſt ſicut gloriatio pauonis.
Aſcẽſus v̇o illoꝝ eſt ſicut aſcẽſus ſimonis magi. Ra-
tione primi eſt ſciendũ: ꝙ fabule ꝯtinẽt quandã diſpu
tationẽ inter pauonẽ ⁊ aquilã. In qua pauo glorians Fabula d
de pulchritudine ⁊ multitudine ⁊ magnitudine pẽna- pauone
rum: aquilã cum pẽnis ſuis griſeis ꝯtẽpſit: cui aquila aquila.
rñdens totũ ꝯceſſit et adiecit. Malo iſtas paruas gri-
ſeas pennas que in altũ me portent: ꝑ quas ⁊ cũ quibꝫ
poſſum in neceſſitate oẽs aucupes euadere: q̃ꝫ illas lu-
cidas cũ quibꝫ in neceſſitate diſtantiꝰ auolare nõ pote-
ro: et ꝓ quibꝫ citius me capiẽt: vt illis me ſpoliẽt. Ita
q̃ñ p̄dicti: vel his ſil'es iactãt ſe vel gloriãt̃ vel in mul-
titudine vel magnitudine diuitiarũ vel veſtiũ vel pul
chritudinis vel hmõi: de q̃ gl'iatiõe. Nõ. G. ⁊ ar. iiij.
et alios paruipẽdũt: q̇bꝫ hec nõ ſunt: poſſet eis rñderi:
ſicut rñdit aquila: meliꝰ eſſe cũ paruis diuitijs: ⁊ cũ cor
poris infirmitate: verũ etiã cũ lepra ⁊ cum indumẽto
ſacci ⁊ cũ vno oculo ⁊ de vili gñe ad vitã intrare: ⁊ oẽs
aucupes inferni in mortis nccitate euadere: ⁊ ad celuꝫ
volare: q̃ꝫ cũ oĩbꝫ ꝯtrarijs mitti ĩ gehennã ignis. Me-
liꝰ eſt ꝑ̃ modicũ iuſto: ſic gloriãti loquit̃ Apls. j. Coꝝ.
v. dicẽs. Nõ eſt bona gloriatio vr̃a Nõ. M. viij. 3. cũ
ſer. Et. D. xij. 34. ¶ Secũdo illorũ aſcenſus aſſimulat̃ 33
aſcẽſui ſimonis magi: q̇ aſcẽſiones in corde ſuo diſpo-
ſuit in valle lachrymarũ: ipm̃ em̃ in aſcẽſu ſuo: demo-
nes ad tp̃s iuuabãt: ſicut ſuſpẽſor iuuat furẽ in aſcẽſu Corni
ſcale: ⁊ ſic̃ Cornix altiꝰ portat nucẽ: vt cadẽs fortiꝰ illi-
dat̃ ⁊ frãgat̃: ſic iuuãt demones p̄dictos in aſcẽſu ſuo

De qbꝰ Jere.xlix. Quaſi leo aſcendit de ſupbia. Sed Job.xx. Gaudiū hypocrite ad inſtar pūcti: ſi aſcenderit in celū ſupbia eiꝰ: ⁊ caput eiꝰ nubes tetigerit. quaſi ſterqliniū in fine pdet ⁊ h̄ cito. qꝛ Ezeh.vij. Prope eſt dies occiſiōis ⁊ nō glie motiū: fac pcluſionē: ibidē.vij. Statim qñ ſecuriꝰ credunt aſcēdere. Juxta illud Eze. xxxij. Cū volare ceperint gladiꝰ meꝰ ſup facies eoꝝ. Ps.lxxij. Deieciſti eos dū alleuarent: ſic ſymonē magū. Seqt in Job. Qui te viderint dicēt vbi eſt: ⁊ dicēt illō Eſa.xiiij. Nōne iſte eſt q̄ pturbauit terrā. Sequit Velut ſomnū volās nō inueniet: trāſiet ſicut viſio nocturna: hoc excepto: qꝛ illi ſomniāt de nocte ⁊ cito ⁊ nō multū infatuant. Jſti aūt de die cum alijs pditionibꝰ oppoſitis infatuant: ⁊ finalit de cadaueribꝰ eoꝝ aſcendet fetor Eſa.xxxiiij. Thema. Surgēs: venit ad pꝛem ſuū. Luce.xv. Qualiter nos debemꝰ venire ad eū. Jtē ciuitatē fortiū aſcēdit. Prouer.xxj. Et ptz.

A.xxvj. AVditū verbi dei. Primo oſtendet q̄lis pcedere debeat diſpoſitio. Secūdo: quibꝰ modis debemꝰ deū eiuſqꝫ audire doctrinā. Tertio ꝓpt q̄d vt ſcꝫ diſcamꝰ vtilia. Quarto oſtendit q̄ſit neceſſitas audiēdi vtilia. Quinto q̄tū diabolꝰ illā impedire nitit audictiā. Sexto nō audiētiū ſtulticia Septimo culpa. Octauo qꝛ nolle audire eſt ſpeciale ſignū dānatiōis. Nono nolētiū audire excuſatio cuꝫ repꝛobatiōe. Decio vtilia audire debemꝰ ad euitādū pericla. Vndecio vt ſciamꝰ ſiue faciamꝰ neceſſaria. Duodecimo vt fugiamꝰ penalia. Tredecimo: qꝛ nullo mō debemꝰ diabolū vel eius audire miniſtros.

Ar.j. 1 ¶ Quantū ad pmū. Audire nō pōt q̄s digne vba dei niſi aīa priꝰ mundet. Sic nec terra apte ſuſcipit ſemen: niſi ſpinis ⁊ herbis nociuis pus ablatis: niſi etiā intētio ad audiēdū fuerit applicata. Quia ſicut opoꝛtet vaginā ſm ꝓpoꝛtionē gladij mēſurari. Jta ad gladiū ſpiritualē vel ſpūs qd eſt vbū dei. Ephe.6. Opoꝛtet vaginā aīe ⁊ intētiōis ꝓpoꝛtionari ⁊ applicari: qꝛ ſic gladiꝰ rectꝰ nō intrat in vaginā curuā ⁊ toꝛtuoſaꝫ. Jta in maliuolā aiam nō intrabit ſapiētia. Sapi.1. Ergo diſpoſitꝰ ⁊ q̄ ad mūdiciā ⁊ q̄ ad intentionē ⁊ q̄ ad intentiōis rectitudinē: dicat illō Pſal.lxxxiiij. Audiā qd loquat ī me dñs deꝰ ⁊ nō q̄d loquat diabulꝰ: ſꝫ dñs deꝰ.

Ar.ij. 2 ¶ Pro quo eſt aduertēdū. Qtū ad ſecūdū qꝛ debemꝰ deū audire q̄tuoꝛ modis. Prīo diligēter: ſic bonꝰ ſcolarꝰ optimū doctoꝛē ⁊ ſic pueri aliquā artē ꝓpt ſuſtētationē coꝛpis: ⁊ ſic infirmꝰ medicū ⁊ medicinā p quam ſanari pōt: ⁊ cū in magnis expēſis ⁊ laboꝛibꝰ ſibi lapidē cōpararet p quē ſanari ⁊ ī ſanitate ppetuari poſſet: ſꝫ h̄ fit p vbū dei. Quia miſit vbū ſuum ⁊ ſanauit eos Jn ps.cvj. Et non ſolū ſanat: ſꝫ a moꝛte piculoſa p̄ſeruat. Si q̄s inq̄t veritas ſermonē meū ſeruauerit moꝛtē nō guſtabit ineternū. Vñ btūs Gregoꝛiꝰ. Certiſſimū pdeſtinatiōis ſignū eſt libēter audire vbū dei. Et ſicut curioſi: rumoꝛes. Vñ Criſoſtomꝰ ſup Joannē. Homelꝰ pma. Si ea inquit q̄ regis vlꝰ pꝛie nr̄e ſunt cupimꝰ ſcire: q̄d dixit: quid fec q̄d pſiliat: q̄uis nihil ad nos ſint. Et ſi inq̄t diabolum fugas p lr̄as ſuſpēſas in collo: multo magꝰ fugabꝰ p lr̄as retētas in coꝛde: in eo ḡ q̄ſi in libꝛo diligēter ſcribe: ⁊ ſi inq̄t viderēꝰ hoīem de celo deſcēdentē q̄ ꝓmitteret ſe ea q̄ ibi vidit cū certitudine narraturꝝ ⁊ bona auditoꝛibꝰ: ei occurrerēꝰ chriſtꝰ d celo venit: q̄ mlta mirabilia priꝰ inaudita d penis maloꝝ ⁊ gaudijs narrauit bonoꝝ: ⁊ bona ꝓmittit ſuis auditoꝛibꝰ. Eſa.j. Si volueritꝰ ⁊ me audieritꝰ bona terre comedetꝰ: ḡ q̄ habet aures audiēdi audiat diligē-
3 ter q̄d ſpūs dicat eccl'ijs. Apo.ij. ¶ Scdō obediēter qꝛ nō ſufficit medicū audire ad ſanitatē: niſi eiꝰ doctrine obediās: q̄ ḡ obediēter mlta ſuſtinēt ⁊ grauia ⁊ ſctā loca pegrinādo p coꝛpis ſalute cū magno q̄nuit laboꝛe. Rōnabile videt qꝛ hec querāt ⁊ faciāt ꝓ aīe ſalute: qñ eis iniūgit in pfeſſione. Et ſi diſcipulꝰ mgr̄m timoꝛe ⁊ infirmꝰ medicū ſanitatꝰ deſiderio ⁊ amicꝰ amicū amore audiat eiqꝫ obediat. A foꝛtioꝛi rōne chrō q̄ eſt mgr̄ metuēdꝰ medicꝰ ſanās amicꝰ amās. Eſto ḡ manſuetꝰ
ad audiēdū Eccl'iaſtici.v. ¶ Tertio gaudēter: ſicut ha- 4
bēns dilectū amicū vel filiū moꝛtuū: gaudenter audit quō reſuſcitari poſſet. Et mir eſt ſic habētes aīaꝫ moꝛtuā de q̄bꝰ pōt intelligi illō Jo.v. Moꝛtui audiēt vocē filij dei: ⁊ q̄ audierint viuēt: ad inueniēdū thezaurū pditū: itemꝰ ad magnā diſtātiā ⁊ p pnis rebꝰ amiſſis vadūt ad ſoꝛtilegas: ⁊ p magnis nolūt ire ad vbū dei: id eſt ꝓ aīa moꝛtua ⁊ pdita ſuſcitāda: ⁊ regno celoꝝ inueniēdo. Et heu lōgū videt multꝭ ⁊ graue audire verbū ſalutis: ſed audiēdo vba diſſolutiōis ⁊ hyſtrionū videt eis tp̄s breue qd ex tentatiōe accidit diaboli: vel qꝛ habēt palatū coꝛdis ſpūali febꝛe infectū: febꝛicitantes eñ libētiꝰ bibūt aquā ⁊ comedūt vilia ⁊ nociua q̄ꝫ vtilia. Sic tales a veritate q̄dē auditū auertant ad fabulas aūt puertent.ij.Thimo.iiij. Jlli videlicet q̄ habēt naturā amarā ⁊ infirmā: ſed nō ſic q̄ habēt coꝛ bñ diſpoſitū ⁊ ſanū: illi audiūt letāter ⁊ gaudēter: dicētes
illō Ps.l. Auditui meo dabꝰ gaudiū ⁊ leticiā. ¶ Quar- 5
to memoꝛiter: qꝛ parꝝ valet oīa pdicta ⁊ p pdictos modos ⁊ cauſas audire: niſi audita ī ſcrinio pōnant aīe p memoꝛiā: mir eſt audiētes ſciētiā p quā pñt terrena lucrari memoꝛie cōmēdāt: q̄ eis ad lucrū valere pōt. Sic in oñi arte ⁊ cartā hereditatꝰ diligēter reponunt in ciſta ⁊ inutilia ⁊ narratiōes de imptinētibꝰ ⁊ detractionibꝰ bñ retinēt: ⁊ cū augmēto narrāt: carminatiōes et ſoꝛtilegia memoꝛie retinēt: ⁊ ope exercēt. Sꝫ heu circa vtilia ſūt ſic rethe in aq̄: qd extractū nihil de aq̄ retinet Et ſic buletellū qd fulfur retinet: ⁊ farinaꝫ emittit. Et cū eſſe deberēt ſic feneſtra vitrea: q̄ lumē recipit: ⁊ tēpeſtates excludit ſunt potiꝰ ſic cribꝛū: qꝛ dū ſunt in aq̄ pdicatiōis aliq̄d retinēt ex nihil niſi aliq̄ groſſa ⁊ feda ⁊ putrida: ſic paleas ⁊ hmōi. Jta iſti inoꝛdinate dicta: et ſi q̄s in pdicatiōe aptā diceret fatuitatē: bñ retinerent: non aūt vtilia. De q̄bꝰ.V.ij.2.⁊ Eccl'iaſtici.xxj. Coꝛ fatui q̄ſi vas pfractū: oēm ſapiētiā nō tenebit. Et ſicut nullꝰ nr̄m obliuioſum diligit vel pmouet ſeruū. Jta nec deꝰ qd ptz Ja.j. Vbi auditoꝛ obliuioſus nō beatificat. Sꝫ q̄ pſpexerit in lege pfecte libertatꝰ: ⁊ pmāſerit in ea: nō auditoꝛ obliuioſus: ſꝫ factoꝛ opis: h̄ beatus in facto ſuo erit.

¶ Jſtis q̄tuoꝛ modis audiā q̄d loquat in me dñs deꝰ Ar.iij.
Pro q̄ eſt aduertēdū qꝛ ſicut iniciū dānatiōis nr̄e fuit audiēdo diabolū p eiꝰ miniſtros ſerpentē ⁊ mulierem
Gen.iij. Quia inq̄t audiſti vocē vxoꝛꝰ tue ⁊ comedi- 6
ſti de ligno de q̄ preceperā tibi ne comederes maledicta terra in ope tuo. Jta initiū ſalutꝰ nr̄e p argumētū a cōtrario ſenſu puenit audiēdo deū in miniſtrꝰ ſuis. Prouer.ij. Audiat ſapiētiā aurꝰ tua: ⁊ cito poſt ſequit: tūc intelliges timoꝛē dñi: ſine q̄ nō poterꝰ ſaluari: nā q̄ ſine timoꝛe eſt: nō poterit iuſtificari. Ecci.j. Vtilia autē dico ad ſalutē: nō curioſa ⁊ vana q̄ aures demulcēt auditoꝝ: nō q̄ ſunt ad lucrū pecuniaꝝ. Sꝫ q̄ ſūt ad lucrū aiaꝝ. Pria eñ vba aīam nō mūdāt nec vitā occidunt peccatricē: ſic nec gladiꝰ q̄ tāgit vel amputat aurē nec ſcdā: qꝛ tm̄ burſam tāgūt. Quātū ad tales Sapientia foꝛis pdicat. Prouer.j. Jn foꝛibꝰ poꝛtaꝝ ⁊ burſarum. Loquēdū eſt ḡ ad coꝛ ⁊ audiēdſt eſt coꝛde. Quia ſi intrauerit ſapiētia coꝛ tuū ⁊ ſciētia aīe tue placuerit: cōſi-

liũ cuſtodit te.prouer.ij.Sꝫ ben libẽti⁹ audiũt ſciẽtias lucratiuas ⁊ vanas:ſicut patebit infra.capi. de ſcientia ⁊ carminationes ⁊ ſortilegia ab eccl'ia ꝓhibita qꝛ a diabolo decepti credũt ea ꝓ corpoꝝ ſanitate valere: q̃ꝫ dñi doctrinã certam ꝓ eterna ſanitate aĩe. Deo eñi loquẽte dixiſti nõ audiã. Jere.xxij. Et iſtud eſt ammirãdũ ⁊ dolẽdũ negociũ:loquit̃ Jpocras d̃ his q̃ ptinent ad corp⁹: ⁊ multos hꝫ auditores ei credentes. Loquit̃ Juſtinian⁹ de iuſticia terraꝝ ⁊ multos hꝫ auditores diligẽtes eiq̃ꝫ credentes. Loquit̃ artifex in arte ſua: ⁊ hꝫ auditores: ⁊ hi q̇ eoꝝ ĩdigẽt artificio:eis credũt:loquit̃ trufator loquit̃ vetula loquit̃ detractor loquit̃ ſortilega de his q̃ ad dãnationẽ ptinẽt aĩaꝝ ⁊ multos habẽt auditores eis credẽtes: loquunt̃ heretici dicẽtes de⁹ neminẽ vult perdere quẽ redemit: ⁊ habẽt auditores eis credẽtes. Loquit̃ chr̃s ⁊ miniſtri ei⁹: chr̃s inq̃ꝫ de arte aĩe in arte ſua artifex certiſſim⁹ de ſalute aĩe ⁊ iuſticia celi:loquit̃ inq̃ꝫ paup ⁊ dicũt q̇s eſt hic. Eccl'iaſtici.xiij Et ſi multos habeat nũq̃ꝫ adiutores. Sic in miſſarũ ⁊

7 p̃dicationũ auditione. Jn alia deficiũt ꝯditiõe: qꝛ paucos hꝫ ei credẽtes: ⁊ de pluribꝫ vnũ põt poni exemplũ Predictũ eſt ꝙ infideles dicũt. De⁹ neminẽ vult damnare: qd̃ q̇dam dictũ reprobat̃.c.de dãnatiõe. D.j.14. De⁹ v̇o dic̃ ꝯtrũ Eze. iij. ⁊.xxxiij. Aĩa q̃ peccauit ipſa morieẗ. De popularibꝫ ſi eſſent bñ examinati: plures forte ĩuenirent̃ infidelibꝫ credẽtes q̃ꝫ chr̃o. Cũ ḡ in ſciẽtijs alijs plures ſint auditores. Jn legibꝫ alijs ſcꝫ machometi ⁊ iudeoꝝ ⁊ tartaroꝝ:plures credẽtes eis q̃ꝫ in lege chr̃i q̇ ei credãt. Plures etiã ĩ lege ſua nõ recte credũt. Patet ꝙ ip̃e pauciores hꝫ auditores ei credẽtes:d̃ quo conquerit̃ Eſa.liij. dicẽs. Dñe q̇s credidit auditui noſtro.

Ar.iiij. ¶ Et tñ ꝙ magna ſit neceſſitas audiẽdi vtilia: ptꝫ exẽplo ⁊ autoritate. Exẽplũ accipit̃ in cõparatione ad cor

8 pus qd̃ de neceſſitate req̇rit cibũ ſuũ. Jta aĩa ſuũ. Qꝛ non in ſolo pane viuit hõ:ſꝫ in omĩ v̇bo qd̃ ꝓcedit de ore dñi Math.iiij.vñ Criſoſt.ſup Jo. Homel'.lxxxj. Sicut corp⁹ q̊tidiano indiget cibo:ita ⁊ aĩa multo pl⁹ indiget: quẽ ⁊ ſi nõ pceperit:imbecillior fit ⁊ turpior: ⁊ langueſcet. Et ſicut q̇ nõ comedit fame morit̃. Et q̇ ſine appetitu comedit: qꝛ ſtomach⁹ replet⁹ eſt mal' humoribꝫ:cibꝫ nõ ꝓdeſt ⁊ fiũt debiles. Jta q̇ nõ audit vl' cũ tedio ⁊ abſq̃ꝫ affectiõe ⁊ deuotiõe audit miſſas ⁊ p̃dicatõẽs ⁊ hmõi dicẽs cũ iudeis. Aĩa nr̃a nauſeat ſup cibo iſto leuiſſimo q̇ tñ in ſe erat dulciſſim⁹. Primi ſpiritualit̃ moriunt̃. Secũdi affamati fiũt ꝯ tentatiões debiles ⁊ infirmi dicẽtes illd̃ ps̃.cviij. Genua mea infirmata ſunt a ieiunio. Et ſicut illi ſine appetitu libenti⁹ comedunt fruct⁹ ⁊ delicata q̃ꝫ groſſa ⁊ fortia cibaria q̇ tñ pl⁹ vitã ſuſtẽtãt. Jta iſti audi⁹ audirẽt in ſermone vana curioſa ⁊ iocoſa: q̃ eos ad riſum ꝓuocarẽt. Habẽtes v̇o famẽ:libẽti⁹ volũt alia. Sic habẽtes famem ſpũalẽ que maior eſt in bonis q̃ꝫ fames corpis: de qua Amos.viij. Ecce dies veniũt dicit dñs ⁊ mittã famẽ in terrã:nõ famẽ panis ⁊ ſitim aq̃:ſꝫ audiẽdi v̇bũ dei. Gloſa. Oẽs hiſtorie cõſentiũt:nihil eſſe fame duri⁹: q̃ etiaꝫ cõpellit veſci hũanis carnibꝫ: ꝓ q̃ nec pr̃ filio nec mr̃ filie. Sic ptꝫ in obſidiõe Hierl'm a Tyto:nec marit⁹ parcet ꝯiugi. Si tãta eſt fames corpoꝝ: q̇d eſtimãdum eſt de fame aĩaꝝ. Ptꝫ ḡ h̃ neceſſitas in exẽplo cibi corpal'. ¶ Jdẽ ptꝫ auc̃te dei p̃cipientꝭ. Deut̃.vj. Ubi recitatꝭ decẽ p̃ceptꝭ:p̃cipit modũ q̊ ſeruari ⁊ doceri de

9 bẽt dicẽs. Erũtq̃ꝫ v̇ba h̃ q̃ ego p̃cipio tibi hodie ĩ corde tuo nõ in ciſtꝭ:ſic̃ ſerui habẽt libros ſuoꝝ dñorũ: et iudei libros chr̃ianoꝝ: ⁊ etiã legẽ dei: nec in libris tm̃: ſicut multi facta antiq̊rũ in romãcijs:nec in ore tm̃: ſic

mimi habẽt facta ꝓboꝝ militũ ⁊ Gerraldi:ſꝫ in corde tuo. Et h̃ nõ ſufficit ſine h̃ qd̃ ſequit̃ ⁊ narrab̃ ea filijs tuis qꝛ illi q̇ tenent̃ eſſe in eccl'ia: tenent̃ remanẽtibꝫ in domo filijs ſuis ⁊ familie cũ redierint q̃ ĩ eccl'ia circa p̃dicatiões ⁊ ieiunioꝝ ⁊ feſtoꝝ p̃cepta ⁊ bannos ⁊ petitiões reꝝ amiſſaꝝ ⁊ excõicatiões audiũt:narrare ⁊ meditaberꝭ ſedẽs in domo tua: ḡ occupatio ſeruoꝝ dei nõ debet eſſe circa ſcacos vl' vana ⁊ inutilia:ſꝫ circa legem dei. Sed vix deo dãt decimã v̇boꝝ. Et ambulãs ĩ itinere: vt deũ habeam⁹ itineris ⁊ laboris nr̃i ſociũ: q̇ diſcipulis ambulãtibꝫ ĩ itinere ⁊ de ſe loquẽtibꝫ: ſoci⁹ peregrinis affuit. Dormienſq̃ꝫ cõe eſt dormiẽdo meditari: q̃ vigilãdo exq̇ſite cogitant̃:atq̃ꝫ ꝯſurgẽs vt actiões toti⁹ diei a dei meditatiõe incipiant. Sic ḡ audi fili mi diſciplinã pr̃is tui. Prouer.j. Nota. M.ij.10.

¶ Et qꝛ eſt tã vtile tãq̃ꝫ neceſſariũ v̇ba ad ſalutẽ ptinẽ Ar.v.

tia audire:diabol⁹ nitit̃ multũ illud ĩpedire. Hoc eñi

ptꝫ exẽplo hiſtoria ⁊ figura ſacre ſcripture. Sic eñi la 10

tronibꝫ intrãtibꝫ domũ ad occidẽdũ et ſpoliãdũ: ſocij illoꝝ cuſtodiũt portas ⁊ vias ne adiutoriũ eis veniat. Et intrãtes vel faciẽ ſuã abſcõdũt vel lumẽ extinguũt ne cognoſcant̃ ⁊ latenter curiã vel domũ ingrediunt̃: ne audiant̃ ⁊ guttur ⁊ os obturãt: ne ſpoliati clament Sic demõ claudit ⁊ cuſtodit portas auriũ ne v̇ba dei intrẽt: blãde ingredit̃ qꝛ ſpecie boni tentat:lumẽ fidei extinguit. Sicut ptꝫ.F.iiij.32. Os ne ꝯfiteat̃ vel oret:

claudit. Vñ fert̃ cũ q̇dã videret ppl'm indeuotũ cui p̃ Exem

dicauit q̃ſi pigros ⁊ ſomnolẽtos ad rogatũ ſuũ deus oſtẽdit ei cauſam indeuotiõis. Videbat ſiq̇dẽ quendã nigrũ circuire ⁊ ponere digitos ſuos ſup aures ⁊ oculos ppl'i ne audirẽt: ſꝫ dormirẽt: ⁊ req̇ſit⁹ d̃ noĩe dixit ſe diabolũ eſſe:nomẽq̃ꝫ ſuũ eſſe obturans aures ⁊ oculos: req̇ſit⁹ etiã ſi ſocios hr̃et. Rñdit ſe tres hr̃e ſocios ibidẽ ſecũ: quorũ vn⁹ dicebat̃ indurãs cor ne ꝯterant̃ Ali⁹ obturãs os: ne ꝯfiteant̃. Terti⁹ obturãs burſaꝫ: ne ſatiſfaciãt vel reſtituãt. Et recte ſicut nitit̃ obturare

aures ne audiãt legẽ vl' vtilia. Jta eas aperit vt audi Exem.

ant vana vel nociua: qd̃ oſtẽdit Abbas Caſſianus in

vitaſpatrũ: vbi ip̃o dicẽte v̇bũ ſalutꝭ ad q̊ſdã fratres: 11

obdormierũt. Sꝫ ip̃o dicẽte trufam: euigilauerũt: Eſt ḡ d̃ demonibꝫ in hac pte ſicut d̃ obſidẽtibꝫ caſtrũ: q̇ ꝓhibẽt victualia intrare: vt fame illd̃ reddãt. Et ſicut de obſidẽtibꝫ ciuitatẽ q̇ aquã obturãt vel intoxicãt ſicut fecit Holofernes obſidẽs bethuliã. Jncidit eñi aq̃ductũ illoꝝ: ſicut ptꝫ Judith.vij. Et ſic ſiti fere ſe ⁊ ciuitatẽ ſuã reddiderũt inimicꝭ. Jſte holofernes cũ exercitu ſuo eſt diabol⁹ cũ mẽbris ſuis iniq̇s q̇ aq̃ductũ ĩpediunt: dũ volẽtes ire ad v̇bũ dei ducũt ad tabernam vel ſpectacula: dũ etiã in aq̃ductũ auriũ deberẽt vtilia recipere: infundũt venenoſa d̃ q̇bꝫ ꝯqueri poſſent: ſi ſapiẽtes eſſent: ⁊ dicẽ illd̃ ps̃.cxviij. Narrauerunt mihi inimici fa. ſed nõ vt lex tua. Et iteꝝ. Qui inq̇rebãt mala mihi locuti ſũt vanitates ⁊ dolos tota die meditabãt̃ Sꝫ btũs q̇ põt ſic cuſtodire aures ſuas ꝙ poſſet dicere illd̃ qd̃ ſequit̃. Ego aũt tãq̃ꝫ ſurd⁹ nõ audiebã: ⁊ ſicut mut⁹ non aperiẽs os ſuũ ad loquẽdũ vana cũ eis. Et

fact⁹ ſuꝫ ſicut hõ nõ audiẽs: oſtẽdẽs vultũ triſtẽ q̇ ꝯfũ 12

dit detrahentẽ: q̃ſi homo cui nõ placẽt talia audire.

¶ Nõ obſtãte iſto demonum niſu fatuitas magna eſt Ar.vi.

v̇ba dei vl' nõ audire: vl' audita ꝓijcere ⁊ obliuiõi tradere: ſicut ille q̇ cartã hereditatꝭ ſue ꝓijcit dũ eſt ĩ placito: q̇ etiã ſapiẽtes nõ cõſulit: q̇ doctorẽ in via dubia ſpernit: vl' grates reddere ductori neſcit: vl' ordinanti cõputũ ſuũ ne in cõputo deficiat: vl' oſtẽdẽti thezaurũ De q̊ Sapi.vij. Jnfinit⁹ eñi thezaurus eſt ⁊c̃. vl' inuitãti te ad maximũ honorẽ ⁊ diuitias ⁊ dignitatẽ p lite

ras ſuas. Sic ſtult⁹ ẽ ꝺ q̃ ĩ pſ̃ xlix. Tu vo odiſti diſci
13 plinã ⁊ ꝓieciſti ſmões meos retrorſũ. In qb⁹ tibi oĩa
ꝑdicta oſteſa ⁊ oblata fuerũt: ⁊ nõ ſolũ lrãs iſtas ꝑij
ciũt: ſʒ qꝺ eſt magne inſanie: ꝯ nũcios ⁊ portatores il
laꝝ iraſcunt: miſerabil' prorſus amẽtia: medici corpoꝝ
⁊ ductores cecoꝝ care cõducunt: ⁊ medici ⁊ ductores
aiaꝝ gratis oblati ꝯtẽnunt: nitunt de carcere ⁊ exilio
eos liberare: ⁊ modũ informare q̃ liberari ⁊ ad patriã
redire poterunt: nitunt inſup ignẽ infernalẽ in domo
ꝯſciẽtie extinguere: nitunt ad ſuſpendiũ inferni ductũ
eripe: ⁊ inimici reputant. Sʒ nõ niſi a latronib⁹ ⁊ fre
neticis q̃rũ pmi vt dicit: nũq̃ diligũt liberatorẽ: ſecũ
di certũ ẽ iraſcũt ꝯ adiutores: ⁊ tales oſtẽdũt ſe hr̃e cor
14 ꝑuerſuz: vñ Criſoſto. ſup Matth. hom̃. xxxj. Queãd
modũ in qt colũna in domo ſi ſteterit recta: accepto põ
dere ampli⁹ cõfirmat: ſi aũt modice obliq̃ fuerit acce
pto põdere nõ ſolũ nõ ꝯfirmat: ſʒ ampli⁹ vadit ad la
tus. Ita cor hoĩs ſi fuerit rectũ vidẽs opa alicui⁹ viri
iuſti: aut audiẽs doctrinã ſapiẽtie ei⁹: ꝯfirmat ampli⁹
Si aũt fuerit ꝑuerſum cor ei⁹: vidẽs aut audiẽs nõ ſo
lũ nõ ꝯfirmat ſʒ magis ad iracũdiã ⁊ inuidiã excitat:
⁊ magl' ꝑuertit. Sic patebit infra. c. de correctiõe. Sʒ
ſtupẽdũ negociũ circa ꝓpoſitũ ꝯtingit: q̃ cõiter oẽs li
benti⁹ audiũt ꝑdicare ꝯ vicia aliena: q̃z ꝓpria. Qñ pre
dicat ꝯ ꝓpria: iraſcunt: qñ ꝯ aliena letant: diligũt pl⁹
alios: q̃ ſeipos in bonis ſpũalib⁹: nõ aũt in tpalib⁹: q̃
poti⁹ videt q̃ velint alios ſanari: q̃z ſeipos: ⁊ pl⁹ oĩa
ꝑdicta bona alijs ꝯtingẽ: q̃ ſibijpis: ſʒ oſtẽdũt ſatl': qñ
clerici petũt q̃ ꝑdicet ꝯ laicos male decimantes: laici
petũt q̃ ꝑdicet ꝯ clericos mala exẽpla dantes. Placet
viris qñ ꝑdicat ꝯ mulieres. ⁊ ecõuerſo placet maritis:
qñ ꝑdicat ꝯ pompoſitates vxoꝝ quõ forte medietatẽ
15 bonoꝝ ſuoꝝ expẽdũt in ornatu ſuo. Placet vxoribus:
qñ ꝑdicat ꝯ maritos. q̃ bona ſua expẽdũt in taberna:
q̃ ſciũt ſe reos in aliq̃ crimine: petunt q̃ ꝑdicet ꝯ detra
ctores: q̃ opinant q̃ hoĩes loquant de factis ſuis. Et
ſic q̃ ꝑdicet ꝯ vicia aliena: placet: ſʒ q̃ ꝯ ſua: diſplicet.
Et ſic cũ ꝯ oĩa vicia ꝑdicat: oĩb⁹ diſplicet. Et eſt de eis
Exm̃ in h caſu ſicut q̃buſdaz ſocijs in ſcola dicit accidiſſe: a
q̃b⁹ ſeru⁹ in veſpe q̃ſiuit q̃le potagiũ vellẽt hr̃e in cra
ſtino: vn⁹ dixit olera: ali⁹ piſa: ⁊ ſic de alijs: q̃ miſcuit
oĩa ſil': ⁊ tũc oĩb⁹ diſplicuit. Sic in ꝓpoſito: ſi illud vi
ciũ cui⁹ rephẽſio placet ſolũ rephenderet placeret: qñ
vo cõponit cũ alijs. i. cũ alio rephendit: cui⁹ rephen
ſio nõ placet iraſcit. Quia ſapiẽtiã atq̃z doctrinã ſtulti
deſpiciũt boni vo audiẽdo talia nõ offendunt: ſʒ ma
gis ꝓficiũt: q̃ audiẽs ſapiens: ſapiẽtior erit Prouer. j.
16 Et ita nõ audiẽs ſtultior erit. ¶ Que q̃dẽ ſtulticia ma
gnã habet culpã annexã ⁊ penã ſequẽtem.
Ar. vij. ¶ Primũ ptz: q̃ ſic magnũ ꝯtẽptũ faceret ſeru⁹ ſi dñs
nollet audire: ⁊ dñs talẽ culpã nõ dimitteret impuni
tã. Ita nec de⁹. Qꝺ ptz Eſa. v. Vbi ꝺ talib⁹ d̃r: q̃ abie
cerũt legẽ dñi exercituũ ⁊ eloquiũ ſcti iſrl' blaſphema
uerũt ecce culpa: q̃ nõ min⁹ re⁹ eſt q̃ ꝑdicationẽ negli
gẽter audit: q̃z q̃ corp⁹ chr̃i in terrã cadere pmittit. j. q.
j. canone interrogo. Et ideo irat⁹ eſt furor dñi in ppl'o
ſuo: q̃ ad penã inferẽdã. Sil'is autoritas hr̃. ij. Paral'.
vlti. ꝯ paruipẽdẽtes vbũ dei vl' ei⁹ miniſtros dicẽtes:
nõ eſt veꝝ qꝺ ꝑdicauit: ſi eſſet veꝝ: null⁹ poſſet ſaluari
Paruipẽdebãt inqt ſermões dñi: illudebãt q̃z ꝓphetl':
donec deſcẽderet furor dñi in ppl'm ei⁹: ⁊ eſſet nulla cu
ratio. Autoritas etiã ſil'is ſententie Patet Eſa. xxviij.
Vbi deridẽdo dixerũt ꝓphetl'. Expecta reexpecta mo
dicũ ⁊c̃. Quaſi diceret multa minarl' q̃ expectata non
veniũt: ⁊ iõ falſuz ⁊ modici valoris videt: qꝺ loq̃rl': et
h eſt qꝺ ſequit ibidẽ: noluerũt audire: ⁊ idcirco vadãt
⁊ cadãt retrorſum ſcʒ in ꝓfundũ inferni: cum his q̃ di
xerũt. Dñe recede a nob ſciẽtiã viaꝝ tuaꝝ nolum⁹.
¶ Itẽ nolle deũ audire vel ei acq̃eſcere: non ſolũ eſt ſi Ar. viij.
gnũ fatuitatl' ⁊ culpe ⁊ pene inductiuũ ſʒ eſt ſignũ ſpi
ritual' infirmitatl' ⁊ duri cordis ⁊ eterne dãnatiõis. 17
¶ Prĩo dico ſignũ ſpũal' infirmitatl' interiorl' in aĩa: q̃
fugit lucẽ ſpũalẽ: ſicut infirm⁹ corpalẽ. Et ſignũ eſt q̃
h infirmitas caput aĩe. i. volũtatẽ ⁊ intellectũ occupa
uit: q̃ non amat pectinẽ: ſʒ cuthupbã: de q̃. A. xv. 10.
Nõ eñ amat peſtilẽs eũ q̃ ſe corripit. Aures etiã occu
pauit: q̃ nimis ſunt ſurdi: q̃ nõ audiũt tot tormẽta vl'
cãpanas circa ſe. i. voces ⁊ clamores oĩm creaturaruz.
Sicut ptz. A. x. 10. qñ nõ erat dei vbo obediẽs: ⁊ q̃dã
modo audiẽs erat: q̃ vbo ill⁹ q̃ dixit ⁊ facta ſunt: crea
ti ſum⁹: ſurdior ẽ g̃ hõ ꝑdit⁹: q̃z ꝑdẽd⁹ Eſa. xlij. Quis
ſurd⁹? niſi ad q̃s miſi nũcios meos. Oculos etiã occu
pauit: q̃ ocul' egrl' odioſa lux: ptz g̃ iſtius morbi g̃nali
tas: ptz ⁊ piculũ ſi ptinuet: q̃ ducit ad mortem eternã
q̃ q̃ diu nõ comedit nec comedẽ vult in poſteꝝ neceſ
ſe habet mori. Ita q̃ aures habẽt ⁊ nõ audiẽt. In pſ.
cxiij. Et mirꝝ eſt q̃ nõ audiẽt: q̃ ſi nõ guſtaſſent cibuz
corpalẽ p tres dies: currerẽt ad decẽ miliaria vt come
derẽt. Nota. L. ij. 7. ¶ Sʒ multi nõ audiũt vbũ dñi 18
p mẽſem: ⁊ tñ nolũt domũ exire vt audiãt: ⁊ ſi audiãt:
induratũ eſt cor eoꝝ ſicut cor pharaonis: ⁊ nõ recipiũt
diſciplinã. Signũ eñ eſt q̃ corp⁹ eſt durꝝ: qꝺ repcutit
ſagittã ei ſagittatã. Ita ſignũ eſt duri cordis: qñ ſagit
te dñi ſagitte ſalutl' ꝯ ſyriã. iiij. Re. xiij. i. vba ei⁹ omi
gladio acutiora de q̃b⁹ in pſ. xliiij. Sagitte tue acute ĩ
corda inimicoꝝ regl': repcutiunt ꝯtẽnunt: vel eoꝝ mi
niſtri. De q̃b⁹ ait: q̃ vos audit: me audit: ⁊ q̃ vos ſper
nit: me ſpernit: vl' ope nõ ĩplent. Et tale cor durꝝ male
habebit in nouiſſimis Eccl'iaſtici. iij. Q̃ portat ſup ſe 19
ſignũ ſpeciale dãnatiõis. Et ꝺ h tria in tali hoĩe innẽ
ta nos certificãt: videlicet audit⁹ loq̃la ꝓuidẽtia. Ex
cogitem⁹ hoĩem q̃ cito expellet de regno iſto qꝺ eũ nõ
latet. Si volum⁹ ſcire in q̃ terra intẽdit habitare: ⁊ no
luerit nob apte dicẽ. Ex trib⁹ ꝑdictl' cognoſcẽ aliq̃liter
poſſum⁹: q̃ ſi audim⁹ eũ libẽter audire ꝺ Alemania: g̃
diligẽter ꝯditiões ill⁹ terre ⁊ viã illã exq̃rere ⁊ libẽter
de illa loq̃ ⁊ ꝓuidẽtiã ſuã ad illã mittẽ: ꝓiecturam⁹ q̃
ad illã vadit. Sic in ꝓpoſito cito ibim⁹ p mortẽ ꝺ ter
ra iſta: ꝓpẽdat g̃ q̃libet ſi libẽter audit ꝺ deo ⁊ de terra
viuẽtiũ: ⁊ viã ill⁹ a ſapiẽtib⁹ diligẽter exq̃rat: ꝺ ptinẽ
tib⁹ ad illã loquat: ⁊ elemoſynaꝝ ⁊ bonoꝝ opeꝝ ꝓui
dentiã ad illã mittat: ⁊ ſciat ſigno ſpeciali q̃ a deo eſt.
Q̃ q̃ ex deo eſt: vba dei audit Jo. viij. Et q̃ ad deum
vadit Jo. xiij. Vbi cũ gaudio dicet illꝺ Pſ. xlvij. Sic
audiuim⁹: ſic vidim⁹ in ciuitate dei nr̃i. Si vo ecõuer
ſo libẽter audiũt loquunt ⁊ opant ꝺ turpib⁹ detractio
onib⁹ ⁊ hmõi q̃ ad terrã ptinẽt diaboli: ſignũ ſpeciale
eſt q̃ ad illã terrã vadũt: ꝺ q̃b⁹ veritas ait. Propterea
vos nõ auditl': q̃ ex ꝺo nõ eſtl' Jo. viij. ¶ Ex q̃ g̃ non
audire vl' nõ retinere eſt ſignũ duri cordis ⁊ durũ cor
eſt ſignũ dãnatõis: Hodie ſi vocẽ ei⁹ audieritl': nolite
obdurare ⁊c̃. Nota de hoc. L. v. 8. Itẽ. A. xxv. 8.
¶ Sʒ oẽs ꝑdicti ad modũ ericij q̃ ſe inuoluit ⁊ ex omĩ Ar. ix.
pte armat: ⁊ tãgẽtẽ pũgit: ſic ſe inuoluũt excuſatiõib⁹:
ad excuſandas excuſatiões in pctis: ſe armãt coloratis 20
verboꝝ defenſionib⁹: eis ſalutl' vba loquẽtes: pũgũt
vbis ĩpactiuis. Et vt ꝓpoſitũ aperti⁹ pateat: ponam⁹
exẽplũ. Aliq̃ eñ illoꝝ audire nolũt q̃ nõ audiẽtes q̃d
faciẽdũ ſeu dimittẽdũ ſeu qꝺ piculũ fugiendũ: ſic cre Exm̃
dũt ſe ignorãtia excuſari. Sic reſpõdit q̃dã vſurari⁹ in
ciuitate Metẽſi in lotoringia cuidã religioſo eunti ad
ꝑdicãdũ: ⁊ eũ ad audiẽdũ inuitãti. Nõ vadã inquit:

quia alias fui in quodā ſermone tuo ꝛ fere conuertiſti
me. Ps. xxxv. Noluit intelligē vt bene ageret: ideo ſe-
quitꝰ iniq̄tatē meditatꝰ eſt. ¶ Sic etiā q̄dā aliꝰ cuidam
religioſo dicēti ſibi periculū ſuū de q̄dā facto. Reſpon
dit male habeat q̄ hoc mihi dixit. Mirabile eſt p̄emo
nentibꝫ de periculo corpali ſciūt grates ꝫ non in ſp̄ua-
libꝫ. ¶ Cuiꝰ rei duplex eſt cauſa. Vna: q̄ locꝰ infirmꝰ
tangit. Ideo ſicut equꝰ recalcitrant: ꝛ vbis ꝛ interdū
vberibꝫ repcutiūt: ſicut lapis inter multos ꝓiectꝰ illū
clamare fac: ſup cuiꝰ caput cadit: ꝛ p clamorē ſciri pōt
21 vbi cecidit. Sic ſermo p̄dicatoris gn̄aliter ꝓiectꝰ inter
multos q̄ ex eo murmurat vel obloquit: oſtendit ſe fu
iſſe tactū: q̄ ſicut fur offendit ꝛ male dicit improperā-
ti ſibi furtum. Ita ille. ꝛ patet. Vide. M. ꝛ. R. vj. 14.
¶ Alia cauſa eſt: q̄ videt eis vita illoꝝ mala delectabil
ꝛ lucratiua: ꝛ luxurijs ꝛ male ꝑſitl ſuis: ꝛ ideo nō li-
bēter audiunt loq̄ ꝯ rē amatā ꝫ fugiūt. Et ſunt ſic illi
De q̄bꝫ. A. xiij. 10. Qui audiētes q̄ reliq̄e ſcti martini
portate p ciuitatē: infirmos in via aliq̄n ſanarent. Cū
ſemel portari deberēt: fugerūt: ne ſanarent ꝛ auātagiū
maloꝝ lucrorū ꝛc. Nota tres alias cauſas. E. vj. 20.
Vn̄ aſſimilant illꝭ de ciuitate Philippis. Actuū. xvj.
Qui offendebant ꝯ paulū ꝛ eū cū ſocio ſuo Syla vbe
rabāt: ꝛ male trctabāt incarcerātes: q̄ ſpm̄ phitonicū
eiecerūt de q̄dā ancilla illoꝝ q̄ erat eis lucroſa ꝛ q̄ſtuo
ſa reſpondēdo ad interrogata ꝑ ſpm̄ phitonicū: ſic iſti
offendunt ꝯ volētes eijcere ſpm̄ phitonicū q̄ſtuoſum
22 malilucroꝝ de aīa ſua. Talibꝫ em̄ luxurie ꝛ gule dele-
ctationibꝫ ꝛ lucrꝭ illicitis: habēt cor firmiſſime clauatū
ꝛ ligatū: ꝛ ideo ſine labore nō ſepant nec libenter ſepe-
rantē audiūt. Eccl'iaſtici. vj. Q̄ aſpa nimiū eſt ſapien
tia in doctis hoībꝫ. Nota ſiľe. M. xj. 132. Sūt em̄ ta-
les ſicut lignū plenū aq̄: q̄d non cito recipit ignitū elo
quiū tuū dn̄e: ꝛ ſicut gallina in autūno: pleni. Iō non
audiuit ppl's meꝰ vocē meā. Ps. lxxx. Talꝭ gallina fuit
diues ille epulo. Luce. xvj. Cuius hyemis cito venit ꝛ
petiuit p̄dicatorē Lazaꝝ mēdicum ꝓ fratribꝫ ꝛ nō ha-
buit. Ita iſtis veniet cito: qn̄ vtilia audire ad ſalutē nō
poterūt q̄ nimis tarde erit: qn̄ oēs q̄ in monumētꝭ ſūt
23 audiēt vocē filij dei Io. v. ¶ Alij ſe excuſant a vbi dei
audiētia ꝛ opis impletiōe ꝓpt defectū miniſtrorū vbi
dei in q̄s impingūt dupliciter excuſatiōes q̄rēdo. Pri
mo in vitā ꝛ intentionē. Secūdo in defectū certitudi-
nis dictoꝝ illoꝝ. ¶ Prīo dicunt q̄re deberē eū audire:
vel q̄d dicit: q̄ eſt talis vel talis ꝛc. De alijs dicunt q̄
nō intentiōe recta p̄dicant: ꝫ vt lucrū querāt terrenū.
Iſtiꝰ temerarij iudicij reprobatiōe reſeruata ad capi-
tulū de iudicio hūano. Ad dicta illoꝝ reſpōdendū eſt.
Et primo q̄rendū eſt ab eis ſi eſſent in carcere ꝛ malꝰ
ſacerdos vellet eos de hoc educere: vel viā docere quō
euadere poſſent ſi vellēt: ſi voluerint vti ꝯſilio ſuo vel
nō. Et ſi ip̄e in eodē carcere eſſet: ꝛ exire nollet: tn̄ non
minꝰ te liberares eiꝰ ꝯſilio ſi poſſes. Quis in neceſſita
te nollet talē doctorē ſeq̄ ad bonum hoſpitiū: vel ad lu
crū pecūiaꝝ vľ ad q̄dcūq̄ auātagiū noīatū ſupra. e. c.
xij. Quis ꝓhiberet talē extinguere ignē in domo ſua.
Quis nō reciperet bonū frumētū in exili ꝛ vili ſacco ſi-
bi gratꝭ oblatū: vel lapidē p̄cioſū in vili pāniculo in-
uolutū. Poſito ḡ q̄ ſint mali: vľ mala p̄dicēt intētiōe:
cū mali frequēter vera ꝛ dei ſapiētiā loquant. Sic ptꝫ
Nūeri. xxij. de Balaā ꝛ aſina ſua ꝛ clamore anſeꝝ ſal
uatū eſt capitoliū ī roma a Belino ꝛ Brēnio. Sic re-
fert Valeriꝰ. Dei ſapiētia nō eſt in eis ſpernēda: ſicut
nec p̄dicte diuitie tp̄ales oblate a talibꝫ ſpernunt. Sꝫ
diuitias nihil eſſe dixi in cōpatiōe illiꝰ: nec compaui il
li lapidē p̄cioſū ꝛc. Oia ḡ q̄ dixerint vob facite. Io. ij.

¶ Secūdo impingūt in defectū certitudinis ꝛ hoc du
pliciter. ¶ Prīo dicētes q̄ nō eſt verꝝ q̄d p̄dicat: ꝛ ꝫ q̄
verꝝ videt duꝝ. Quibꝫ dicēdū eſt: q̄ fatuꝰ eſſet q̄ vel- 24
let ſeipm mēdacio pdere: vt alios liberaret talꝭ cogita-
tio ex diabolo ꝓuenit q̄ ſp nitit facē diſcordiā inter vi
ros eccl'iaſticos ꝛ populares: ſic int p̄ncipē ꝛ exercitū
eiꝰ. Iō multa malignatꝰ eſt inimicꝰ in ſctō. Ps. lxxiij.
Nota. T. v. 43.
¶ Secūdo minꝰ eis credūt d̄ gaudijs bonoꝝ ꝛ penis
maloꝝ q̄ hmōi corpalit nō viderūt: q̄bꝫ dicēdū eſt q̄
credē debēt chrīo: q̄ hmōi vidit ꝛ nos informat: ſic mr
filiū natū in carcē. De q̄. F. iiij. 9. Et eis q̄ audiuerunt
ab eo in ſcripturꝭ ſacrꝭ: q̄ fides ex auditu. Ro. x. Sꝫ et 25
hoī narrāti ꝛ aſſerēti q̄ audiuit a fideli hoīe: creditur.
Multomagꝭ auditui q̄ eſt p vbū chrī. Ro. x. Sed di-
cūt nō: ꝫ ſi mortuꝰ veniret ad nos: crederemꝰ. Iſti ſūt
de ꝯditiōe illiꝰ diuitꝭ dānati. Lu. xvj. Qui petiuit La-
zarū mortuū mitti ad fratres ſuos. Sed ꝓ certo iſtꝭ re
ſpōdet ſic reſpōdebat ei. Habēt moyſen ꝛ ꝓphas au-
diāt illos. Si moyſen ꝛ ꝓphas non audiūt. i. viuos ꝛ
ſcripturas ſctās: neq̄ ſi q̄s ex mortuis ierit ad eos cre-
dēt. Veritas huiꝰ dicti ptꝫ rōne ꝛ exēplo. ¶ Rōne ſic:
Si q̄s veniret ꝛ diceret penas inferni maxīas: ꝛ nullā
ibidē eē liberatōnē: ſtatim obijceret q̄rētes ſi fuiſſꝫ ibi:
an nō: Si nō: nō plꝰ crederēt ei q̄z nob q̄ ibi nō fuimꝰ
Si dixerit ſic. Rn̄derent: ſi fuiſti ibi ꝛ euaſiſti? Ergo
ibi eſt redēptio ꝛ liberatio: ḡ mēdaciū p̄dicas. ¶ Exē-
pla ad ꝫ mľta habemꝰ ī q̄rto dialogoꝝ: vbi btūs Gre
goriꝰ narrat de his q̄ penas inferni ꝛ viderunt ꝛ nar-
rauerūt: pauci tn̄ de ꝫ curauerūt. Quotidie videmus
hoīes mori: ꝛ tn̄ ex cōi vſu mortem paruipēdūt. Sic
ſi mortui frequēter ad eos mitterēt. Sic ptꝫ. D. j. 15. ꝛ
M. xj. 99. Neq̄ ḡ ſi q̄s ex mortuis ierit ad eos: audiēt
Luce. xvj. ¶ Alij ſe excuſant: dicētes: q̄re audiā bn̄ fa- 26
cias ꝛ bn̄ habeas: q̄d debemꝰ plura audire. Et iſtō di-
ctū frequēter ꝯtingit: qn̄ vnꝰ vult aliū ipedire ne vbū
dei audiat. Dic em̄ bn̄ agas: ꝛ bn̄ habeas: etiam in do-
mo ſedēdo. Sꝫ ſi diceret ſe famelicū valde ꝛ nō hr̄e ci-
bū: ꝛ alius rn̄deret bn̄ agas ꝛ bn̄ habeas: reputaret eū
deriſorē. Idē reputaret ſi diceret ſe velle ditari vel ire
romā: ꝛ q̄reret ab eo. Si etiā diceret ſe infirmū: ꝛ velle
ſe medicū q̄rere. Et ſic in q̄cūq̄ negocio corpali nō di-
mitteret ꝓpt rn̄ſionē remediū ꝛ auxiliū q̄rere. Quādo
etiā volūt ire ad ſortilegas: hmōi cogitatio eos nō ipe-
dit: ḡ nō ipediat ire ad deū ꝛ audire eum. Exēplo Iob 27
vltio. Auditu auris audiui te. Nota optime. E. vij. 9.
¶ Alij ſe excuſant ſocietate q̄ retrahit mľtos ab audiē-
tia vbi dei ꝛ opibꝫ penitentie: ſic ppl's impediebat cecū
clamātē ad Ieſum. Sꝫ iſte in ſocijs audiuit illū diabo
lū quē Eua audiuit ī ſerpēte: quē potiꝰ audiuit q̄z deū
ꝛ totū ꝯfudit mūdū: ꝛ nimis eis ꝯdeſcēdūt dimitten-
tes ꝓpt eos ea q̄ dei ſūt: ſe hn̄t filꝭ ad eos ſic Adā q̄tū
ad vxorē ſuā. Cui dicit Gen. iij. Q̄ audiſti vocē vxo
ris tue ꝛc. ¶ Alij ſe excuſant occupatōibꝫ: q̄bꝫ dici pt: 28
q̄ nľľa occupatio eos ipedit a cibo corpis: nec etiā ī au-
tūno: q̄ forte dicēt q̄tidianū cibū aīe hn̄t in domo ſua:
ſcꝫ Pr̄ nr̄: ꝛ miſſam in eccl'ia. Quibꝫ rn̄det: q̄ licet q̄ti-
dianū cibū corpi nccariū habeāt in domo: aliq̄n tn̄ exe
unt ad comedēdū cū amicꝭ ſuis. Sic exeāt inuitati ad
cōuiuiū aīe: ꝛ pauci ſunt q̄s occupatio ipedit a nouis
ſpectaculꝭ: ſicut in ludis: q̄s miracula vocāt: q̄re ḡ ipe-
diunt ab audiētia miraculoꝝ clericoꝝ fatuoꝝ. Tales
rep̄hēdit Criſoſtemꝰ ſup Ioannē Homelꝭ. ix. Propt
negocia in q̄t ſe excuſant ab audiētia ſmonū: ꝛ ī teatrꝭ
ꝛ curſibꝫ eq̄rū integrū impēdunt diē in curſibꝫ equoꝝ
ſicut in baſtiludijs ꝛ hmōi: q̄s reuocat deꝰ: dicēs. De

nite filij audite me Psal.xxxiij. ¶ Alij ſe excuſant: loci diſtātia: dicētes ſe nō poſſe venire ad eccl'iam vel vbū dei: qb⁹ reſpōdet: q ad mercatū ⁊ ad nundinas ſciunt ire ad magnā diſtātiā: in pdicatiōe vo ſunt nūdine dei. Cōtra iſtos ſurget in iudicio: regina Saba q̄ venit a finib⁹ mūdi: audire ſapiētiā Salomōis: ⁊ non ſolū regina ſaba: ſ; oēs natiōes chr'ianitatis. in cauſa iſta pūt ſurgē ↄ anglicos: q: vix inuenit̄ natio chr'iana: q̄ ita raro ⁊ inuite audit vbū dei: experto crede mgr'o. Regina ſaba venit de finib⁹ mūdi audire Salomonē. iij. Re. x. Iſti nolūt de proxima domo vel vico vbi ſedēt ocioſi: venire vt audiāt chr'm: imo de eccl'ia exeūt q̄ eos inuitat dicēs. Terra terra terra audi verbū dn̄i. Iere. xxij.

30 ¶ Alij ſe excuſant: dicētes ſe eſſe rudes: ⁊ ideo ſe neſcire intelligē: nec reportare q̄ dicunt̄ nō tn̄ ppt' h' debēt dimittē audire: q: aliquā deuotionē vel pctōrū reportāt deteſtationē. Sicut accidit de q̄dā muliere Pariſi⁹: vt dicit̄: de ſermōe redeūte ⁊ obuiāte cuidā mgr'o: q̄ cū q̄reret ab ea vn̄ veniret: ⁊ q ei diceret aliqd bonū vbū qd in ſermōe audierat: Rn̄dit ſe neſcire: ſ; bn̄ inqt ſcio: q q̄zdiu vixero pl⁹ deū diligā ⁊ pctm̄ deteſtabor. Sic audite celi q̄ loqr. Deut. xxxij. Et vtinā ſic audiat terra: ibidē.

31 ¶ Alij dicūt q̄re audiā: non intēdo dimittere pctā mea: ſ; nō obſtāte: expedit audire, ppt' duo. ¶ Primo: licet an̄ nō habuerit volūtatē dimittēdi pctm̄: i audiēdo tn̄ ſpūſſctūs pōt augere ei grāz. In actib⁹ aplo⁊ dicit̄: q cecidit ſpūſſctūs ſup oēs qui audiebant vbū. ¶ Secūdo vt meli⁹ ſciāt q̄d agere debeant: qn̄ habuerint volūtatē a pctō ceſſandi. Exēplo cuiuſdā d q̄ fert̄: q cuidā q̄rēti: q̄re ita libēter audiret ſermonē: cū ſe nō corrigeret? Rn̄dit: ibi cogito quō me corrigē potero: ⁊ quō me habeo poſt correctionē. Audite ḡ inſule: ⁊ attēdite ppl'i de lōge ⁊c. Eſa. xlix. Sicut iſte audiuit ⁊ attē-

32 dit de lōge q̄d poſtmodū faceret. Ptz ḡ q nulli predicto⁊ ſufficientē excuſationē habēt: q̄re non debeāt dei vba audire ſ; pdictas fingūt cauſas: vel ppt' cauſas tactas: ſupra. e. c. xxj. Vel q: dei vbi ⁊ virtutū ⁊ penitentie ⁊ bono⁊ ope⁊ ignorās pcioſitatē. Et eſt d eis ſicut dicit̄ ſm fabulas de gallo. q̄ in fimo lapide pcioſo iuēto: ait: libēti⁹ inueniſſem vnū granū q: nec tu vtil' mihi es: nec ego tibi. Habētes eīm ſtomachū occupatuz alijs: in iſtis nō inueniūt ſaporē: ſ; dicunt q bon⁹ cib⁹ eſſet: ſi qs hr̄et appetitū Iere. xxij. Locut⁹ ſum ad te in abūdātia tua: ⁊ dixiſti: nō audiā: vel q: diabol⁹ aures obturat: ſicut ptz ſupra. e. c. x. Propt' h' eīm ⁊ his ſilia lumē excludūt: ⁊ ↄ ve⁊ ſolē cordis feneſtrā claudunt: vt quieti⁹ in pctis ſuis dormiāt: de qb⁹ Iob. xxiiij. Ipſi fuerūt rebelles lumini: q: nō ſolū illud excludunt: ſ; ↄ volētes lumē in eis accēdere rebellāt ⁊ vbis ⁊ factis. Et in hoc ſunt ſicut canis furioſus: q̄ mordet manum offerētis ei panē. Ita iſti ⁊ turbāt ⁊ turbant̄. Audiui ⁊ ↄturbat⁹ eſt vēter me⁹: i pſ. xxx. ¶ Ptz etiā exquo lumē ſciētie excludunt nolentes ſcire q ſunt ſicut illi qui ita diu vigilando comedunt carnes nocte ferie quinte: q dies ferie ſexte incepit clareſcere: ⁊ clauſerunt feneſtras: ne lumen intraret. Ita iſti bubones infernales ⁊ tales nec p legē dei excuſant̄. q: eſt ignorātia vincibil' ſeu affectata in q̄ ignorās ignorabit̄ nec in lege Ariſtotelis q: eſt ignorātia praue diſpoſitiōis: ⁊ nō negationis nec in lege Iuſtiniana: q: eſt ignorātia craſſa ⁊ ſupina ignorātia iuris: ⁊ nō facti: in q̄ lege q̄ dicit ſe nolle venire qn̄ citat̄ vel ter citat̄: ⁊ nō venit: vel latitat ne citatio ad eū veniat: ↄtumax iudicat̄. ff. de re iudi. l. cōtumacia. Sed oēs ter citant̄: ſcz vbo exēplo ⁊ bn̄ficio. De h' ptz. A. x. Per totū. Et tn̄ aliq̄ dicunt apte: q nolunt venire: ſicut ille q̄ dixit Luce. xiiij. Vxorē duxi.

Exm̄ — Fabula — Canis furioſus

¶ Alij impediūt ne citatio veniat ad eos: ſicut nolētes audire. ¶ Alij ſe excuſant ſicut ille q̄ dixit: villam emi. De qb⁹ pdictū eſt. Nota. C. v. 48. Finis vo iſta⁊ ex- 34
cuſationū q: nullā legē in curia dei p eis habebūt: erit ſentētia dānatiōis eterne ↄ ↄtumaces plata. Et cōparādo ſtatū iſtū in q̄ nolūt audire vbū ſalutẽ: q: ſūt eis graues rumores: ad ſtatū illū in q̄ de hoc dolebūt. Eſt de eis ſicut de q̄dā iux ignē ſedente cui⁹ veſtē cū ignis intraret dixit ſoci⁹ ſu⁹: vis audire rumores? Ita inqt bonos: ⁊ nō alios: cui ali⁹ neſcio niſi malos: ḡ inqt nolo audire: ⁊ cū bis aut ter ei hoc diceret: ſp idē rn̄dit: in fine cū ſentiret veſtē cōbuſtā irat⁹ ait ſocio: q̄re nō dixiſti mihi: q: in qt dixiſti q noluiſti audire rumores niſi placētes: ⁊ illi nō erāt tales. Ita q̄ nolūt mō defectū ſuū audire vt corrigant̄ qn̄ ſentiant penā: dolebūt qd pus nō audierūt. Et ſpecialit̄: qn̄ audiēt illaz ſentētiā ↄtra ↄtumaces latā Math. xxj. Ite maledicti ⁊c. Quicunqz audierint tinniēt ambe aures ei⁹. j. Re. iij. Audiam⁹ ḡ vtilia vba ſalutis. Qui q̄ me audierit: abſqz terrore requieſcit. Prouer. j.

¶ Hec aūt vba vtilia audire debem⁹ ad euitādū pericula ſpūalia ⁊ aliqn̄ tpalia. Sic eīm ſpeculū oſtēdit maculā in facie: ſic vbū dei in ↄſciētia. Et ſicut vidētes in ſpeculo maculā: tergūt in facie: ſic audiētes deuote mūdant̄ in conſciētia Pſ. lxxx. Si audieris me: nō erit in te ⁊c. ¶ Sic ↄſiderauit ſe in ſpeculo: ⁊ ſic euitauit peri- 35
culū: quidā magn⁹ de quo fert̄: q multum dilexit torneamēta: ⁊ cū in q̄dā ſermone audiret quō illū ludū ſequunt̄ multa pctā mortalia: videlicet ſupbia inuidia vindicta odiū ⁊c. Nūq̄ poſtea illū ludū dilexit. Hec audite pncipes. Eſa. j. ¶ De alio etiā tali fertur: q nō libēter audiuit miſſas ⁊ cauſa fuit: q: credidit q ſacerdos ex auaricia inueniſſent illū modū viuēdi: ⁊ cuz in quodā ſermōe audiret pcioſitatē illi⁹ ſacramēti ⁊ miſſarū valorē: ſemp poſtea eas deuote audiuit. Pſ. ciiij. Verbū dn̄i inflāmauit eū. ¶ Ad idē etiā qd refert Va- 36
⁊ de ſtatu periculoſo in quo erā ⁊ dolui. Ecce doloꝛ de
pctīs cum ꝓpoſito ſatiſfactiōis pctā lauit: vn̄ ps. xxxj.
Dixi ꝯfitebor aduer. ⁊c. ¶ Ad idē fert de quodā latro Exm̄
ne qui cōpunct⁹ veniēdo v̄ſus quendā ſanctū virū vt
ꝯfiteret. Jn via capt⁹ decapitabat: ⁊ illi ſctō ꝓ ipō orā
te: reuelatū fuit: q̄ ꝯtritio cū ꝓpoſito ſatiſfaciēdi eū ſal
uauit. ¶ Jdē ptȝ de latrone a dextris in cruce chꝛi: ſic
ḡ lachꝛyme ꝯtritiōis lauant delictū ⁊ ſic ſanat ꝯtritos
corde Jn ps. cxlvj. ¶ Scd̄s effect⁹ eſt innocētie reſtitu 23
tio: ſicut ptȝ de illo de quo fert q̄ vouēdo ꝯtinentiā in Exm̄
ſignū maioris deuotiōis: anulū poſuit in digito cuiuſ
dā imaginis ſctē Marie: q̄ſi volens eā in vxorē accipe
Accidit poſtmodū q̄ incidit in fornicationē: ⁊ reſpici
ens v̄ſus anulū illū q̄ ad caput ei⁹ pendebat: vidit euȝ
fractū: ⁊ q̄ſi incōſolabilit doluit in camera ſua in carce
re ſe includēs: cū ꝓpoſito ꝯfeſſiōis ⁊ ſatiſfactiōis: ⁊ ve
nit anulū miraculoſe nodatū: in ſignū remiſſiōis pec
cati. Flendo etiā Magdalena ⁊ Maria egypciaca: ſan
ctitati reſtitute ſunt. Agite ḡ nūc diuites. Gloſa ꝑ peni
tentiā: plorate vlulātes in miſerijs v̄ris. Ja. v. ¶ Ter 24
tius effect⁹ eſt: horti aīe irrigatio: poſtq̄ȝ eſt mūdat⁹ et
repatus vt dictū eſt: debet poſtmodū ꝯtritiōis ꝯtinu
atiōe irrigari. Juxta illud ps. xxxvij. Doloꝛ me⁹ in cō
ſpectu meo ⁊c. Tren̄. j. Ego plorās: ⁊ ocul⁹ me⁹ dedu
cens aq̄s: q̄ aqua lachꝛymaꝝ ⁊ ꝯtritiōis eſt tāte virtu
tis: q̄ facit abūdāter metere in celo. ps. cxxv. Qui semi
nat in lachꝛymis ⁊c. Delet etiā lr̄as ⁊ cartā quā peccā
do in aīa ſcripſiſti: ⁊ diabolo te obligaſti. Sicut ptȝ de Exm̄
illo qui pctā ſua ſcripſit: ⁊ cū ad ꝯfeſſorē veniret vt pec
cata ſua legeret nihil ſcriptū inuenit: aq̄ em̄ ꝯtritionis
eā deleuerat. Et ſic ptȝ q̄ ꝯtritio eſt mare: in q̄ Pharao
inferni. i. diabol⁹ ſubmergit. i. frangit: q̄ ſicut aqua ca
lida ad canem ꝓiecta eū de coquina fugat. Jta hec dia
bolū de aīa. Jteꝝ eſt aqua q̄ ignis peccati extinguit ⁊
ignis inferni: qd̄ ptȝ p̄ argumentū a ꝯrio ſenſu. De q̄ Exm̄
dā muliere legit: q̄ poſt mortē ſuam ꝯfeſſori apparens
dixit ſe damnatā: q̄ non doluit intime de peccatis ſuis:
⁊ ſic aqua contritiōis illū ignē non deleuit: ideo eū in
uenit. Ergo a ꝯrio ſenſu: ⁊ ptȝ. Jterū eſt mare ꝑ qd̄ ad
terrā ſanctā celi itur. Beati ḡ qui lugēt: ⁊ lugend⁹ eſt
qui nō luget. Ut ait btūs Gregoꝛi. ¶ Tertia vtilitas 25
eſt ſpūalis leticia. Nec eſt eū differētia inter dolorē de
alijs reb⁹ vbi multū dolere nō deberet: ſic ꝓ mundi in
fortunijs: ꝓ amicoꝝ morte ⁊ hmōi ⁊ dolorē q̄ eſt ꝓ pec
catis: q̄ de p̄mo nō gaudet: nec impoſteꝝ letat ſ; poti⁹
erubeſcit ſe doluiſſe ⁊ fleuiſſe. Sȝ de ſecūdo gaudet: cū
dolet de dolore gaudet. Jux illud ps. xciij. Scd̄m mul
titudinē doloꝝ meoꝝ in corde meo ⁊c. Jdē ptȝ de pe.
diſ. j. circa ꝑncipiū. Poſtq̄ȝ etiā fuerit ꝯfeſſus ⁊ cōtrit⁹
pure: inuenit de hoc ſpūalem ⁊ magnā in aīa leticiam.
Thob. iij. Poſt lachꝛymationē ⁊ fletū: exultationē in
fundis. Lu. vj. Beati qui nūc fletis: quia ridebitis et
non ſolū h ſequit tal' leticia: ſed etiā leticia ſempiterna:
quia triſticia v̄ra vertet in gaudiū: ⁊ gaudiū v̄rm ne
mo tollet a vobis Jo. xvj.

¶ Habētes p̄dictas conditiōes in tertio articulo ⁊ vti Ar. v.
litates in quarto articulo notatas interius in aīa: de
bent habere vtilitates exteri⁹ abſolutiōis: quia cui de⁹ 26
aperuit ianuā eccl'ie triūphantis in cōtritiōe: debet cō
feſſoꝛ aperire eccl'iam militantem in abſolutiōe ⁊ non
alijs. Sicut ptȝ ſupra. e. xiij. Qui aūt ſunt illuſores ha
bentes ſolū v̄ba contritiōis: ſunt illa ficulnea maledi
cta in q̄ chꝛs nullū fructū: ſ; ſolū folia inuenit. Math.
xxj. Sūt falſi mercatores ⁊ monetarij. q̄ ſoluūt in con
feſſione falſam monetā: dicētes ſe eſſe ꝯtritos: cū non

ſint:q̄ꝛ ad imaginē locutiōis:videt̄ bona moneta:q̄ tn̄
in veritate falſa eſt:⁊ ideo falſas merces reportāt.i.fal-
ſaꝫ abſolutionē ⁊ totū opꝰ penitētie fundat̄ ſuꝑ malo
fundamēto. Jō cadet. Talis etiā abſolutio ⁊ peniten-
tia: eſt q̄ſi pictura ſuꝑ lignuꝫ putridū ⁊ pulcher coloꝛ
ſuꝑ veſtē fragilē ⁊ a tineis comeſtā q̄ nō erit durabilis
Ita nec h̄ veſtis ducet ad agni nuptias:q̄ꝛ nō eſt veſtꝭ
nuptial'. Et ideo q̄ꝛ nō vere dolet h̄ cū illo nō habente
veſtē nuptialē Matth.xxij. Audiet ſentētiā quam ipe
audiuit ligatis manibꝫ ⁊ pedibꝫ mittite eū ⁊c̄. Ibi erit
fletꝰ:q̄ꝛ h̄ nō fleuerūt. Et ſic dū h̄ ſolū appārēter agunt
penitētiā:de q̄ ibūt ad penā eternā duplici ꝯtritiōe cō-
27 tere eos ⁊c̄. Jere.xvij. ¶ Si v̄o confeſſoꝛ ſciret ꝙ eſſet
fictio: ⁊ ꝙ nō veniret ad ꝯfeſſionē coꝛde quō deberēt:
ſ; forte ne reputarent̄ peſſimi ⁊ infamiam incurrerēt:⁊
eis manꝰ imponeret: in facto faceret ſe maioꝛē mgr̄m
⁊ maioꝛē poteſtatē oñderet q̄̄ chr̄s:q̇ nō aperuit celū:
niſi vere penitētibꝫ. Sicut ptꝫ ſupꝛa.e. 8. Tal' cōfeſſoꝛ
eſſet nobil' artifex:q̇ edificaret opꝰ cuiꝰ ſūmitas celū ta
geret:ſine fundamēto quod eſſe nō poteſt: ſ; potiꝰ ſu-
per vtrūqꝫ cadet:q̄ꝛ cecꝰ cecū ⁊c̄. Teneat g̊ ꝯfeſſoꝛ do-
ctrinā Pauli:q̇ diſcipulū ſuū.j. Thio.v. docet dicēs.
Nemini cito manꝰ imponas.

Ar.vj ¶ Diabolꝰ v̄o vidēs oēs iſtas vtilitates ſeq̇ ex ꝯtritio
ne:mltꝭ cautel' eā nitit̄ īpedire:ſupꝛa.e.24. Dictum eſt
28 ꝙ lachꝛyme cōtritionis ſunt mare:ꝑ qđ ad terrā ſctām
trāſit̄. Sic̄ g̊ Pharao q̄̄tū potuit īpediuit ne filij iſrael
ꝑ illđ đ egypto tranſirēt. Ita diabolꝰ mō:⁊ h̄ faciēdo
fingit ſe mr̄em:cū ſit nouerca:mr̄ em̄ vidēs filiū lachꝛy
mantē eum pacificat oſtēdēdo ei aliq̇d delectabile. Ita
diabolꝰ oñdit pctōꝛi ꝯtrito ſpectacl'a ludos ⁊ choꝛeas:
⁊ hmōi:q̄ circa tp̄s paſche diabolo ꝓcurāte vbiqꝫ inci
piūt vt ꝯtritiōe quā ī q̄dragesima habuerūt reuocet.
Reducit etiā ad memoꝛiā delectationē peccati dimiſſi.
Tertio eos terret:faciēs eos impoſſibilitatē ꝯcipe đ pe
nitentie incepte ꝯtinuatiōe. Et iſtis medijs eis ſuadet:
dicens illud Jere.xxxj. Quieſcat vox tua a ploꝛatu: et
oculi tui a lachꝛymis.

Ar.vij. ¶ S; q̄ꝛ difficile eſt aliq̄n ipimet penitēti ⁊ etiā ꝯfeſſo-
ri ſcire q̇s eſt vere cōtritꝰ. Utile videt̄ ad h̄ ponē vnū
29 experimētū: q̊ ipemet penitēs ⁊ etiā cōfeſſoꝛ ſignū hr̄e
p̄nt:ſi vere penitet. Iſtud aūt ſignū eſt: ſi apte ⁊ nude
ꝯfitet̄: ⁊ libēter oīa recipit q̄ ſibi a ꝯfeſſoꝛe imponunt̄.
Quia dic̄ Canon ꝙ vere penitēs libēter oīa ſuſtinē de-
bet q̄ ſibi a ꝯfeſſoꝛe iniūgunt̄. De peni.diſ.iij. circa p̄n
cipiū.§.ꝑfecta. Si aūt ei oīa rōnalit̄ īpoſita ſiue q̄̄tum
ad penitentiam ſiue q̄̄tū ad ceſſationē ⁊ vitationē pctī
⁊ male ſocietatꝭ ſiue q̄̄tū ad reſtitutionē nō recipit:cō-
feſſoꝛiqꝫ ſuo in talibꝫ non obedit:non vere penitet:nec
aīe ſalutē ⁊ vitā diligit vt deberet h̄ ꝓbat̄ tali medio.
Ille vere nō penitet nec diligit aīe vitā vt deberet: qui
minꝰ diligit aīam aīeqꝫ vitā ⁊ ſanitatē q̄̄ coꝛpis:ſicut
ptꝫ.C.j.11. S; ille q̇ oīa ſibi īpoſita nō ſuſcipit ꝓ aīe ſa
lute minꝰ diligit aīaꝫ:q̄̄ coꝛpꝰ:q̄ꝛ ſi tm̄ diligeret tm̄ ſu
ſtineret ⁊ faceret. S; a deſtructiōe ꝯſequētis nō tm̄ fa-
30 cit:g̊ nō tm̄ diligit. Qđ nō tm̄ facit: ꝓbatio: ſi medici
aīe vel coꝛpis:dicerēt ei certitudinalit̄ ꝙ niſi ieiunaret
oīa feria ſexta:ꝑ ſeptenniū in pane ⁊ aq̄:moꝛeret̄ viliſſi
ma moꝛte nō ſolū illud recipet ꝓ ſeptennio:ſ; citiꝰ ꝓ to
ta vita ſua:q̄̄ ſic moꝛeret̄. Item ſi dicerēt ꝙ niſi emeret
ſibi talia nec̄caria vl' pecuniā magnā expēderet vl' alie-
nū reſtitueret: moꝛeret̄. Si etiā dn̄s terrenꝰ dicēt ei ꝙ
eū ſuſpēderet:niſi ſtatim ei daret oīa q̄ hr̄et:ſtatim oīa
daret:q̄ꝛ pellem ꝓ pelle: ⁊ oīa q̄ hꝫ hō dabit ꝓ aīa ſua.
S; iſta ꝓ aīa ne moꝛiat̄ eternaliter nō fac̄. Medici em̄
aīe dicūt ꝙ niſi ieiunet ⁊ penitētiā faciat:niſi elemoſy-
nā det: niſi etiaꝫ aliena reſtituat: niſi dimittat ſocietatē
malā:ꝙ dānabit̄ ⁊ ſuſpēdet̄ ad furcas īferni. Sic̄ em̄
dic̄ ipe deꝰ Luce.xiij. Niſi penitētiā habueritꝭ:oēs ſil'
peribitꝭ. S; nō bn̄ penitet niſi p̄dicta faciat. Et tn̄ oīa
iſta differt:nec tātū reſtituit đ alieno qđ nō pōt hr̄e iu-
ſte:nec tam cito ꝓ aīe ſalute:q̄̄ daret ꝓ ꝓꝓꝛio ꝙ poſſet
hr̄e ꝓ coꝛpis ſanitate:g̊ plꝰ diligit coꝛpꝰ q̄̄ aīam:g̊ nō
eſt in oꝛdine charitatꝭ ſic̄ ptꝫ.C.j.1. Ergo nō vere nec
fructuoſe penitet: oīa g̊ q̄ facēt vt moꝛtē vitaret coꝛpis
ſiue ieiunādo ſiue reſtituēdo ſiue ſocietatē fugiēdo ſi-
ue ꝑegrinādo:q̄ꝛ ſi diceret̄ ei:ꝙ niſi facēt moꝛeret̄:ea ci
tiꝰ facēt:faciat ꝓ aīe moꝛte vitāda:ieiunādo reſtituēdo
malā ſocietatē fugiēdo ⁊ ad ep̄ꝫ ſeu penitētionariū vl'
papā q̄n ei iniungit̄:ꝓ abſolutiōe hn̄da ꝑegrinādo.

Confeſſionis: pꝛimo po- C.vj.
nēda eſt deſcriptio. Secūdo neceſſitas. Tertio
modꝰ ſeu diſpoſitio req̇ſita ex ꝑte ꝯfitentꝭ q̄̄tū ad vo-
luntatem. Quarto q̄̄tuꝫ ad diſcretionem. Quinto q̄̄-
tum ad integritateꝫ. Sexto q̄̄tum ad p̄cogitationem.
Septimo q̄̄tum ad obediētiam. Octauo q̄̄tum ad fe
ſtinationem. Nono q̄̄tum ad frequētiā. Decimo po-
nēda eſt ꝯfeſſiōis vtilitas. Undecimo in q̇bꝫ caſibꝫ de
beat iterari. Duodecimo oñdit̄ q̄ntū diabolꝰ nitit̄ eaꝫ
impedire ſcꝫ ſex modis: ⁊ ſex remedia ꝯtra hec impedi
mēta. Tredecimo experimētuꝫ. Decimoq̄rto fatuitas
rite ꝯfiteri nolētium.

¶ Ad p̄mū ſic ꝓcedit̄. Cōfeſſio ſ; Criſoſtomū eſt ſalꝰ Ar.j.
aīaꝝ:remiſſio pctōꝝ:recuꝑatio virtutū:fuga demonū 1
obſtructio oꝛis inferni:aperitio regni celeſtis.
¶ Secūdū oñdit̄ exēplis hyſtoꝛia rōe lege ⁊ autoꝛita- Ar.ij.
te. Exēplū ad h̄ đ infirmo vl' vulnerato cui neceſſe eſt
ꝙ īfirmitatē medico oñdat:ſi vult curari. Ita nec̄caria
eſt ꝯfeſſio an̄ curationē. ¶ Item ſi dn̄m offendiſti terre
nū nec̄e eſt vt culpā recognoſcas an̄q̄̄ veniā abtineas
¶ Item q̇ debet eē vl' honeſte miniſtrare in mēſa regis
nec̄e eſt vt a facie ſoꝛdes tergat. Nos ſꝑ ſumꝰ in p̄ntia
dei ⁊ oīm ſctōꝝ:ſic̄ ptꝫ.A.xxv.17. Aliq̄n etiā ad men
ſam eiꝰ.i.ad cōiōnē accedimꝰ. Ergo p̄occupemꝰ.i.pꝛe
ueniamꝰ faciē eiꝰ in ꝯfeſſiōe. In pſ.xciiij. Ad iſtđ ꝓpo
ſitū adducit iſtā autoꝛitatē btūs Gregoꝛiꝰ tertio paſto
raliū.c.liij. ¶ Item nec̄caria eſt ꝯfeſſio an̄ oꝛōnem:q̄ꝛ fi- 2
lio petēti pulchꝛū iocale a mr̄e. Rn̄det manus tue tur
pes ſunt valde:lauare manꝰ: ⁊ tūc tibi tradā.alit̄ non.
Ita multi petūt cuꝫ turpi ⁊ ſoꝛdida aīa liberationē ab
infirmitatibꝫ ⁊ tribulatiōibꝫ ꝓſperitatē etiā ⁊ gr̄am in
p̄nti ⁊ gl'iam in futuro q̇bꝫ rn̄det pat̄ nr̄ ⁊ mr̄ nr̄a: di-
cens. Eſa.j. Lauamini mūdi eſtote. Auferte malū ⁊c̄.
Quaſi diceret.tūc habebitis qđ petitis:alit̄ nō. Quia
cū multiplicaueritꝭ oꝛōnem:non exaudiā Eſa.j. Ergo
ꝯfeſſionis mūdatio nec̄caria eſt. ¶ Item nec̄caria eſt: nō
ſolū ante oēm oꝛōnem vt dictū eſt:ſed ſpecialiter ante
cōiōnē:q̄ꝛ ſi habēs manꝰ lepꝛoſas vel ſcabioſas vellet
eas ad diſcū regis extēdē vel īpoꝛtune eas ꝯſpectui eiꝰ
ingerē:n̄ ꝑmitteret eū tāgere libēter:nec ſe nec ſua. S;
auertēt ocl'os ſuos ab eo. Ita nec placet deo ꝙ tal' mē- 3
ſe ſue appꝛopinq̄t. Jō auertit oculos ab eis Eſa.j. Cū
extēderitꝭ manꝰ vr̄as:auertā ocl'os meos a vob̄:manꝰ
em̄ vr̄e ſanguīe plene ſunt. ¶ Hyſtoꝛia eſt ad h̄:q̄ſi ꝑ Exēm
iſtū modū đ deuoto btē marie:cui obtulit ieiunia pꝛe-
ces ⁊ deuotiōes mltas: tn̄ coꝛ os ⁊ alios ſenſus ⁊ oꝑa
mūda nō cuſtodiuit: quē btā maria curialit̄ ꝑmonuit
h̄ mō:videbat̄ ei vna nocte ꝙ ſitiebat quaſi ad moꝛtē.
Btā v̄o virgo:ab eo inuocata ꝓ adiutoꝛio affuit:poꝛ
rigēs ei potū pulcherrimū in vaſe turpiſſimo: cui re-
ſpōdit ꝙ bibere nō potuit ꝓꝑt̄ vaſis abominationē:ſ;

rogauit vt illō mūdaret: ⁊ tūc illō porrigeret: cui maria:
ſic tu mūda pus vitā tuā: ſꝫ ꝯfeſſiōe alit mun⁹ nō ſu-
ſcipiā ꝺ manib⁹ tuis mal'. Nota. O.v.5. ¶ Nō etiā ⁊
lex h dictāt ꝙ nemo ſit iudex in cā ꝓpria: in nll'a curia
mūdi h ꝑmittit. Sic ptz. C.lj.3. Ne q̄s ius ſibi dicat
ꝑ totū. Sꝫ oportet ꝙ ponat ſe q̄ deliq̄t in iudicio curie
dicēs: pat⁹ ſuz ad emēdā ſm decretū curie. Sic in curia
eccl'ie: ex q̄ de⁹ fact⁹ eſt hō necēe eſt ꝯfiteri do. ⁊ hoi ⁊ in
ei⁹ arbitrio ſe ponere. Legē etiā ciuilē habet' ad h. A.
xiij.31. Tollite ḡ vobiſcū v̄ba. Oſee.xiiij. Et ꝯfitemi
Ar.iij. ¶ Ex iſta necītate dꝫ volū- (alterutrꝫ pctā ve. Ja. vlt.
tas ꝯfitēt' artari ꝙ bn̄ diſponat: q: in tā necārio ope ni
ſi bn̄ diſponat maximū īminet piculū. Nec aūt diſpo
4 ſitio debet eſſe ꝙ doleat cōmiſſa: ſic ptz. C.v.8. Scḋo
ꝙ reſtituat ablata. Tertio ꝙ ꝓmittat ceſſare: ⁊ vt de h
pleniore faciat fidē ꝙ fugiat pcti occaſiōes. ¶ Scḋm
Exēm ptz: q: niſi reſtituat: par̄ ꝓdeſt ꝯfeſſio. Sic ptz ꝺ illo de
q̄ fert' q̄ſi ſic: ꝙ fec iniuriā cuidā ꝺ trāſmarinis ptib⁹ in
iuſte bona ſua detinēdo: poſtea v̄o iniuſticiā ꝯfitebat':
nec tn̄ reſtituit: hūc ḡ oportebat ſemel ad ptes illas pe-
regrinari. Et trāſiēs ꝑ q̄ndā villā in q̄ erat demoniac⁹
q̄ dixit mirabilia īproperādo hoi⁹ ſtatū ſuū in q̄ erāt
⁊ pctā q̄ fecerāt: cogitauit ꝙ illuz videret: q: cogitauit
ꝙ nihil poſſet ei improperare: qui ꝯfeſſus fuerat: ⁊ ve-
niens ſolus ad eū ne forte aliq̄d ei corā plurib⁹ īprope-
raret: q̄ſiuit mlta: ⁊ cū ad ſingula caute rn̄deret q̄ſiuit
de ſtatu ꝓprio. Adiurās eū de veritate dicēda. Cui rn̄-
dit: tu es in ſtatu malo ⁊ q̄ ad aiam: ⁊ q̄ ad corp⁹: q̄ ad
aiaz: q: iiuſte bona tal' detines: q̄ ad corp⁹ etiā es in pi-
cl'oſo ſtatu: q: ille cui⁹ bona detines ē ī villa iſta: ⁊ ſi ſci
ret te h male te tractaret. Et ali⁹ rn̄dit: heu inq̄t nō vi
deo: ꝙ fides nr̄a nō valet. Et q̄re ait demō: q: inq̄t fi-
des eccl'ie eſt ꝙ pctā ꝯfeſſiōe delent': Cui ali⁹ ſubdēs
nō inq̄t reſtituiſti iō pctm̄ manet. Caueāt ḡ illi: q̄ hn̄t
bona defunctoꝝ vl' viuoꝝ ſp ſolutionē differētes mlt'
annis: ⁊ credūt bn̄ abſolui ⁊ cōicare. Et tn̄ duz res h̄
extra: pctm̄ h̄ intra in aia: ergo male abſoluunt' ⁊ cōi
cant' de q̄b⁹ dicit ſcriptura. Ad Titū.j. q: confitent' ſe
noſſe deū v̄bis ſcz: fact' autē negāt. Deo em̄ confitent'
5 v̄bis ꝫ nō fact'. ¶ Tertiū ptz vicz ꝙ bene ꝯfitēs debet
fugere pcti occaſionē: ſicut fugiēs de carcere nō morat'
ꝓpe vbi facilit' iteꝝ poſſet capi ⁊ incarcerari: ꝫ fugit lō
gius. Alit' videt' velle iteꝝ capi. Et h etiā dicit' de tali
poſtq̄ꝫ capit' iteꝝ. Ita nō ſufficit cōfiteri pctm̄ fornica-
tiōis vl' cuiuſcūqꝫ officij vel ſtat⁹ quē ſine pctō tenere
nō pōt: niſi illā mulierē de domo eijciat: ⁊ fugiat loca
⁊ occaſiōes cū ea loq̄ndi: ꝙ etiā ſeruitiū dimittat: qḋ ſi
ne pctō exercē nō potuit. Alit' carcerarij poteſtatē imo
nec carcer' cuſtodiaz fugit. Sꝫ de carcē ꝯfitet': in carcē
6 manēs ⁊ vult finalit' a diabolo capi: q: cū ꝑuerſo ꝑuer
tet': ⁊ cū ꝑuerſo capiet' ⁊ puniet': Sic capt⁹ in ſocietate
latronū. Iō ſignāter dic' Apl's. Exurge a mortuis ⁊ il
lumiabit te chr̄s Eph.v. Nō dic' a morte ſolū ꝫ a mor
tuis.i.a mal' hoib⁹ ſp̄ualit' mortuis. Et niſi h fecer': n̄
bn̄ ſurrexiſti a morte pctī: q: ſic videm⁹ ꝙ expimentū
vite corpalis eſt qn̄ hō aliq̄lit' abhorret ſocietatē mor-
tuoꝝ: q: ſi ſit viu⁹ aliq̄lit' abhorreret eſſe ſol⁹ int' corpa
mortuoꝝ. Mortuū aūt corp⁹: alia corpa mortua non
abhorret. Eodē expimēto cognoſcē poteris ſi ſis viu⁹
vel mortu⁹ ſp̄ualiter. Illi em̄ qui ſic in infirmitate vel
7 q̄drageſima cōfitent': vel pcipiunt in teſtamēto ꝙ oīa
reſtituant': ⁊ per iſtū modū accipiunt treugā cum deo
vſqꝫ poſt paſcha vel infirmitatē: non faciūt pacē ſimi-
liter: quia ad eandē ſocietatem ⁊ ad eadē peccata rede-
unt ⁊ eadem bona retinent: imposteꝝ: ſunt ſicut illi q̄
ꝓpter periculū qḋ vident quādo nauis onuſta incipit
ſabulū tangere: merces in mari ꝓijciunt: quas cuz pe-
riculū euaſerunt: ſuper terrā euntes nituntur collige-
re: ⁊ q̄ pri⁹ eiecerūt: iteꝝ colligunt. Iſtoꝝ volūtas nō
eſt bene diſpoſita: quia non eſt abſoluta: ſed conditio-
nata: q: timore ꝯfitent'. Tales dicere pn̄t illḋ Eſa.xij. 8
Cōfitebor tibi dn̄e: qm̄ irat⁹ es mihi ⁊c̄.
¶ Iſtius bone voluntatis manifeſtatio eſt: ſi ꝓpter la- Ar.iiij.
borem vel tediū non dimittat: quin diſcretū eligat cō-
feſſorem in tā arduis cauſis ſicut cure ſapientioris me
dici libenti⁹ te cōmittis ⁊ a melius ſciēte viā queris in
via dubia. Et videns eligit ſpeculator ⁊ vbi periculū
imminet de amiſſione hereditatis: a ſapientiore ꝯſilia-
rio libentius conſilium queris. Sic dicas in ꝓpoſito
illud Pſal.cxxxvij. Confitebor tibi domie in toto cor-
de ⁊c̄. Sed heu. C.v.19. Et cauſa eſt freq̄ter q: ma-
gna peccata volūt facere: ⁊ querunt cecū ꝯfeſſorē. Vo-
lentes ergo diſcretiores querere null⁹ impediat: q: im
pedientes agunt ⁊ contra ſalutem illorum quos impe
diunt: ⁊ contra doctrinam eccleſie. ¶ Primum patet:
quia aliq̄n̄do citius multis annis non ꝯfitent' q̄ꝫ ali-
quib⁹ confiteant': ⁊ hoc expertū eſt vel forte ꝓpter vere
cundiā quia quotidie eos vident ip̄i timent quia ali-
quod nocumentū vl' aliquid fecerūt de quo timēt eos
grauare: ſi illud eis oſtenderent quia timent ꝙ minus
eos imposteꝝ diligerēt: minuſq̄ꝫ de eis confiderēt vel
ꝓpter minorem affectionē quā ad eos habent ꝓpter de
licta que in eis vidēt vel ꝓpter eoꝝ ignorantiā ⁊ inſuf-
ficientiā inuite eis confitent' ⁊ ſi ꝯfitent' ꝯfeſſionē dimi
diant: qḋ eſt contra illoꝝ ſalutē: peccant ergo impediē
tes: quia occaſionē dant eoꝝ perditiōi: ergo meli⁹ eſt ꝑ
vtraqꝫ parte ꝙ eos licentiēt. Primo p̄latis ⁊ ſacerdoti 9
bus: quia exonerant' ꝑ ſubditis etiā infirmis q: dicit
Seneca.iiij.li. declamationū ꝙ nihil mag' ꝓdeſt egr'
q̄ꝫ ab eo curari: a quo volūt ⁊ vbi diligūt. Et ponit ex- Exēm
emplū de quodā qui ſanauit patrē infirmū vbi medi
ci dixerūt ꝙ ſanari nō potuit: magis expti in ſciētia q̄ꝫ
ip̄e filius fuit: poſtea v̄o rogauit filiū ꝙ curaret etiam
nouercā infirmā: noluit: cui pater: eūdē morbū habet
quo ego laboraui: cui fili⁹: nō tibi medic⁹: ſed fili⁹ pro
fuit: q̄tū tibi erat q̄cq̄d meis manib⁹ acceperas: nouer-
ca v̄o mea videns me ḡuat' ⁊ ampli⁹ infirmat': ſi loq̄r
ei dolor incendit' ſi tangā eā: extra ſe erit: ⁊ medic⁹ deci
pi poſſum: ꝫ p̄uign⁹ de morte nō poſſuz excuſari. Cō-
cludit ḡ ꝙ nihil pl⁹ egr' ꝓdeſt q̄ꝫ ab illo curari a q̄ vo-
lūt qḋ licet veꝝ ſit in infirmitate corpali: mlto tn̄ veri⁹
eſt in infirmitate ſp̄uali. ¶ Scḋm ptz ꝑ canonē: ſeu de
cretū qḋ dicit ꝙ penitēs debet q̄rere ꝯfeſſorē diſcretū.
De pe.di.j. quē penitet. Et rō ptz. B.ij.25. ¶ Sic ele 10
ct⁹ n̄ pcat: ꝫ v̄itatē dicat: ⁊ ſp cogitet ꝙ ī loco ⁊ iudicio
illo maior ē oī hoīe: q: locū tenet ī terr': nec pcat ḡ nec
ꝓpt lucꝝ: ne lucꝝ amittat etn̄ū nec ne grāz ꝯfitet' ꝑdat
ne grāz ꝑdat dei ⁊ ſctōꝝ nec ne eū triſtet: ſciēs ꝙ meli⁹
eſt filiū triſtari ⁊ eū vidē lachrymari ad correctionē q̄ꝫ
ad ſuſpēdiū: ⁊ meli⁹ ē egro vl' vulnerato ꝙ ſentiat do-
lorē ad verā curationē q̄ꝫ ficte curet' ſine dolore ad tp̄s
⁊ poſtea ſentiat dolorē ad mortez. Tal' poſtmodū ſciet
medico q̄ ei pepcit malas ḡtes. Ita illi q̄b⁹ mō pcit' ne
triſtet': qn̄ audiēt triſtē ſn̄iaz ī iudicio: poterūt ſup ꝯfeſſo
res ſuos capita agitātes dicē: maledicti vos q̄ noluiſt'
nos triſtare veritatē dicēdo. Nō erim⁹ ī triſticia etn̄a
Ip̄i etiā penas n̄ euadēt: q: ꝓditorie ſe habuerūt ī cura
filij reg' ī nō cuſtodiēdo ⁊ n̄ curādo. De talib⁹ nō. A.
vij.20. Quilibet ḡ ꝯfeſſor ⁊ p̄dicator ⁊ ꝯſiliari⁹ ⁊ corre
ctor ⁊ p̄lat⁹ ⁊ q̄ cuſtodiā hꝫ alioꝝ veritatē dicendo di-
cat qḋ Paul⁹.ij. Cor.ij. dixit: ſcribēdo hec inq̄t ſcripſi
vobis: vt nō cū venero triſticiā ſup triſticiā habeā nec

deberēt ꝺ veritate offendi: qꝛ ſi amiſiſſent hereditatem terrenā: ſciret grates danti ꝯſiliū quō illā recuperent. Ita in ꝓpoſito ne ſint ſiłes Judeis: ꝺ qbꝫ dixit chriſtꝰ Vultis me lapidare hoīem: qui veritatē dixi vobis.

Ar.v. ¶ Sicē medico diſcreto electo tota plaga eſt oſtendēda Ita medico aīaꝝ diſcreto: vt dictū eſt electo: oīa pctā:
11 tā cordis q̄z oris q̄ opis q̄z obmiſſionis integralit̄ oſtēdēda ſunt: q̄ ad oēs circūſtātias aggrauātes: q̄ notant̄ in h̄ v̄ſu. Quis q̄d vbi q̄ties p q̄s cur̄ quō q̄n. Oſtendit ei oīa. Math.iiij. Eſa.lviij. Diſſolue cogitatiōes impietat̄.i. mortalia pctā: ſolue faſciculos ꝺprīmētes.i. circūſtātias agg̃uātes. Et ſic omē onꝰ diſrūpe. ¶ Circa qꝺ p̄rio oſtēdet̄ ꝓpoſitū mult̄ exēplis. Scđo oñdet̄ piculū nō facientiū ꝓpoſitū Exēplis ꝛ hiſtoria. ¶ Primū videlicet ꝯfeſſionis integritas ptꝫ exēplo arboris ꝛ herbaꝝ nociuarū: q̄s q̄ ꝓſternit: niſi etiaꝫ oēs eradicet iteꝝ creſcūt. Aliq̄n multe p vna. Ita pctm̄: niſi eradicet: occaſio ꝛ ſocietas p quaꝫ p̄us incidit in pctm̄: q̄ eſt q̄ſi radix. Niſi etiā eradicet̄ peccādi ꝓpoſitū. ꝛ oēs pcti circūſtantie: iterū creſcunt ꝛ multipliciter ſe oſtēdunt. Iteꝝ lepra carnis lepra cutis lepra veſtis lepra domꝰ id eſt pctm̄ cordis oris ꝛ opis ꝛ obmiſſiōis iubet̄ ſacerdotibꝫ oſtēdi. Leui.xiij. Et ꝺ peni.diſ.j. Moyſi. ꝛ confeſſio oīm maloꝝ ſit iniciū oīm bonoꝝ: ꝛ vn̄ mors orie bat̄: inde vita reſurgat. ¶ Iteꝝ ligatꝰ mltis vinculis in carcē vel ad ſtipitē vt cōburat̄: nō euadit niſi om̄ia vincula rūpat. Sic ſolue oīa vincula pctōꝝ. Iux̄ illꝺ Treñ.ij. Effunde ſicᷓ aq̄ cor tuū. Ita vtcꝫ q̄ nulluꝫ ſignū pcti in eo remaneat: nec ira in corde: nec pecunia vel res aliena in ciſta. Aliq̄n em̄ liq̄res coloris ſignuꝫ vel ſaporis etiā effuſi: in vaſe dimittūt: qꝺ non fac̄ aq̄.
12 Sic ḡ effundite corā illo corda vr̄a In ps.lxj. Aliꝺ exēplū. Nota. A.xj.4. Item.iij. Re.viij. Dicit̄ q̄ tēpluꝫ fuit dedicatū cū oībus vtenſilibꝫ ſuis. Sic tēplū nr̄m cū oībus ſenſibꝫ pctā ſinguloꝝ ꝯfitēdo ꝛc̄. ¶ Periculū v̄o integralit̄ nō ꝯfitentiū ptꝫ exēplis ꝛ hyſtorijs. Primo exēplo vulnerati: cui paꝝ ꝓdeſt q̄ ſex plage mortales ſanent̄: ſi ſeptima mortalis nō oſtendat̄ nec ſanet̄: qꝛ p illā ſolā eque morit̄ ſicut p oēs: quid ḡ ꝓdeſt medico plagas ſanaſſe ducētas: vnica ſi fuerit: qua moriatur hō. Sic ſp̄ualiter cū vnū modicū venenū totā ollā corrūpat anglice ſpillud. Et ꝓpter vnū punctū vł̄ verbū falſificatū: puincat̄ falſificans. Ita bulla dei anīa. Et ꝓpter vnū verbū male ſcriptū in carta tua poteris amittere totā hereditatē: ꝛ nauigās quia oīa foramina in naui p̄ter vnū obturat ſubmergit̄. Et obſeſſus qui totā ciuitatē p̄ter vnā ptē cuſtodit: capit̄: ꝛ ꝓpter vnuꝫ ouū dimiſſum in nido: auis ad nidū redit. Sic diabolus ad aīam. Et narrator in banco regis ꝓpter vnum verbū p̄termiſſum in narratiōe ſua: totā narrationem amittit: ꝛ breue anullat̄. Et ꝓpter vnā ſagittā in corpe dimiſſam: morit̄. Ita modicū fermentū peccati totam maſſā corrūpit: qꝛ in pluribꝫ peccatis exiſtēs: de vno ſine alijs verā penitētiā agere nō pōt: qꝛ ꝺꝰ partē cōdonare non nouit De peni.diſ.iij.§. His autoritatibus: Vn̄ Bern. Summa dei pietas veniā nō dimidiabit aut nihil aut totū ꝓpiciando dabit qꝺ pulchre oſtēdit ī h̄ q̄ totā expulit legionē nullū ī hoīe demonē dimittēs. De pe.diſ.iij. Sunt plures. Sit ḡ ꝯfeſſio pura cū
13 oībꝫ circūſtātijs q̄ pctm̄ aggrauāt De peni.diſ.j. Que penitet. Illi q̄ aliter penitēt vel ꝯfitent̄ ſunt ſicᷓ ille qui
Exm̄ ore ꝯfitebat̄: ꝛ vna manu pectꝰ ꝑcutiebat: ꝛ alia ſacerdot̄ burſam ſcindebat dicēs. Deꝰ ꝓpiciꝰ eſto mihi peccatori. Sic ille q̄ ore ꝯfitent̄ ꝛ vna manu pectꝰ ꝑcutiūt ꝛ letanias ꝛ oꝛōes mltas dicūt: h̄ alijs pctis ꝺeū expugnāt: eiuſcꝫ burſaꝫ in mēbris eiꝰ cū duro ꝺſilio ꝛ mltis

mal̄ vijs ſcindunt: bona illoꝝ auferēdo vł̄ ꝺtinendo tales ſunt ſerpentes pellē ꝺponēdo h̄ non venenum.
Fabula ¶ Talibꝫ pt dici qꝺ dixit vulpes aratori ſcḋm fabulas: hec em̄ venatorem fugiēs p̄cibꝫ obtinuit ꝛ ꝓmiſſis q̄ arator eā ſb colobio abſcōderet: ꝛ req̄ſitꝰ aſſereret q̄ ad
14 nemꝰ fugiſſet qꝺ ꝛ ore fec̄: h̄ digito ꝛ oculo oſtēdit eam eſſe ſub colobio. Vulpes igit̄ capta ait: bn̄dicta ſit lingua illa: h̄ maledicti ſint manꝰ ꝛ oculi. Ita pōt dici ill̄ q̄ bn̄ in ꝯfeſſione ꝛ alijs negocijs loquunt̄ mlta ꝓmittūt: aſſerūt ſe velle oīa pctā dimittē aliena reſtitnē penitentiā agere. Sꝫ manꝰ manꝰ ſunt eſau. Talibꝫ alia ſacramēta ꝛ bona opa nō valent ad ſalutē qꝺ ptꝫ p h̄ q̄
Exm̄ fert̄ q̄ſi ſic de q̄dā muliere a ꝺmonio vexata diu: que nec ꝯfeſſione nec cōione liberari potuit. Quidā ḡ religioſus illuc aduenīēs ꝛ corpꝰ chr̄i in pixide ſecū honeſte portās demonē adiurauit: q̄re ſacramēta eccłiaſtica nō valuerūt eā liberare: q̄ coactꝰ r̄ndit qꝛ vnū pctm̄ ſpꝫelauit: qꝺ cū ipa audiret: ꝺ illo ꝯfeſſa liberata eſt. Ptꝫ ḡ q̄ qui offendit in vno factꝰ eſt oīm reus. Et q̄ abſcōdit ſcelera ſua: nō dirigēt: qui aūt ꝯfeſſus fuerit miſericordiā ꝯſequet̄ Prouer.xxviij.
Ar.vi ¶ Sed qꝛ iſta ꝯfeſſionis integritas ſine deliberatione ꝛ p̄cogitatiōe fieri nō pōt: qꝛ ſicut intrās domū obſcurā ꝛ tenebroſam: ſtatim nō bene videt ea q̄ in illa ſunt:
15 ſed oportet q̄ ibi moret̄ aliquātulū: ita q̄ trāſeundo nimis feſtināter reſpiciūt tenebroſam ꝯſciētiā ſuā nō vident oīa q̄ ibi latēt. Ideo oportet q̄ in reſpiciēdo morā ibi trahat. Ideo ad cōfeſſiōis integritatē neceſſario requirit̄ p̄cogitatio ꝛ inq̄ſitio cū diligēti examinatiōe. ¶ Exēplū ad h̄ de his q̄ vocant̄ ad cōputū reddendū hij diligēter cogitāt ꝛ clericū ꝓducunt q̄ eos dirigat ꝛ expēſas in ſcriptis ponat ꝛ locū ꝛ villā ꝛ tp̄s ꝛ negocia in q̄bꝫ ꝛ circa q̄ expenderūt cū diligēti ſollicitudīe excogitāt an̄q̄ ad cōputū veniāt: Sic in cōputo ſp̄uali diligēter cogitādū eſt quō poſt vltimā ꝯfeſſionē vitā expendimꝰ que plus valet q̄z pecunia. In q̄ loco in q̄ villa in q̄ ſocietate viximꝰ: q̄ pctā illi hoīes cū q̄bꝫ habitamꝰ facē ſolebāt ſi in malis ſocietatē ill̄ p̄buimꝰ an
16 nō. Exēplo: ezechie reḡ Eſa.xxxviij. dicēt̄. Recogitabo tibi oēs annos meos. Si ſic ſcrutarent̄ ꝛ morarent̄ in domo obſcura ꝯſciētie: ꝛ diligēter inq̄rerēt quō animā ſuā expēderūt ꝛ peccauerūt ꝯ deū ſeipōs ꝛ p̄xios: quō decē p̄cepta trāſgreſſi ſunt: p̄cepta ſingula ad memoriā reducēdo: ꝛ ſeptē mortalia pctā ꝑcurrēdo: multa inuenirēt q̄ eos latēt: qꝛ ꝯſciam nō ſcrutant̄: h̄ ſubito ad ꝯfeſſionē q̄ſi ſub q̄dā iocoſa leuitate veniūt dicē-
17 tes: Interroga me. Et eſt mirabile q̄ p totū annū p̄rīnō fuit ꝯfeſſus: feſtināter venit vł̄ ad eccłiaꝫ vł̄ ad religioſos q̄n videt eos p viā trāſire carucā dimittēs ꝛ dicēs. Audias me ſtatim ero expeditꝰ: n̄ habeo niſi vnū v̄bū. Et tn̄ ſi bn̄ ꝯſciam examinarēt: īuenirēt q̄ mlta hn̄t pctā q̄ req̄rerēt mlta v̄ba ꝛ mlta ſapiētiū ꝯſilia an̄q̄z bn̄ eēt ſibi ꝯſultū. ¶ Iſte modꝰ ē mltū ꝯ rōem. Rō em̄ cuiuſcūq̄z dictat q̄ ſicᷓ cū magna deliberatiōe cogitāt pctā ꝛ malicias ꝛ deſideria ſua ſplē. ꝛ cū magna diligētia. Ita cū dolore cogitādū ē diligēter quō emēdā faciāt. Rō em̄ dictat q̄ cū maiori ſollicitudīe eēt celuꝫ ꝑquirēdū q̄ infernꝰ. ¶ Scđo rō cuiuſcūq̄z ꝛ volūtas aſſentit ꝛ cor ꝯcordat audit̄: q̄ ſi q̄s tali mō veniret ad
18 cōputū reddēdū vbi magnū īmineret piculū: ſi nō bn̄ cōputaret: ꝛ dicēt auditoribꝫ cōpoti interrogate me: nihil p̄cogitaui: qꝺ male iret negociū ſuū: iō diligēter an̄ cogitant ꝛ adhuc ſine damno vix euadunt. Et circa ſeminatiōem emptiōem ꝛ venditōem meſſionem: ꝛ circa om̄ia negocia mundi diligēter tempꝰ excogitāt aptius: Et breuiter om̄ia tempꝰ habent: niſi anima non.

Et ſi ita negligēs ſit circa ſalutē ꝓpriā ꝙ nō fecerit qđ ad eū ꝑtinet q̄tū ad ꝑcogitationē: nō ꝓpᷣ h̄ dimittat ꝯfeſſoꝛ facē qđ ad eū ꝑtinet: ipm̄ diligēter informādo ⁊ ordinate inq̄rēdo: qꝛ ſicꝰ cleric⁹ iuuat laicū ad ordinādū cōpotū: ita ꝯfeſſoꝛ penitētē. Ita ꝙ debet eſſe ⁊ adiutoꝛ: ⁊ cōpoti auditoꝛ. nō ad eū inuoluēdū ⁊ obligādū: ſicꝰ faciūt aliq̄ auditores cōpoti pecuniaꝝ: ſȝ ad eū liberādū ad reducēdū ⁊ exponēdū dei mādata ⁊ moꝛtalia

19 pctā cū brachijs ſuis ⁊ circūſtantijs. Et nō ſolū vt auditoꝛ cōpoti: ſȝ vt nauta reſpectu illi⁹ q̄ eſt extra nauē: ⁊ vult intrare: habebit ſe ꝯfeſſoꝛ erga ꝯfitentē. Nauta eñ q̄nq̄ȝ tabulā exponit: ꝑ quā nauē facili⁹ intret: ⁊ ne de plāca illa cadat: manū ſuā ei poꝛrigit eū tenendo ⁊ ſic ad nauē eū introducit. Sic ꝯfeſſoꝛ ei q̄ eſt extra nauē eccl'ie ꝑ moꝛtale pctm̄ exponat ſecundā tabulā poſt naufragiū: ſcȝ penitentiā: oſtēdēdo q̄nte virtutis ſit: quō de filijs diaboli ⁊ heredib⁹ inferni fac̄ filios dei: ⁊ heredes dei ⁊ celi: quō ꝑ illā non ſolū nauē eccl'ie ⁊ ſocietatē ſctōꝝ ſed etiā gaudia aule celeſtis intrare pōt. Et ne in via deficiat: manū abſolutiōis ⁊ celeſtis ꝯſolationis ⁊ ꝓmiſſionis eterni gaudij ad modū ouis cui man⁹ ramū oſtēdat: ⁊ eū ducat. Et ſic ad modū Noe manū extēdendo: colūbā in arcā introducat: vt ei cōfitens vere dicere poſſit illud ps. lix. Saluū me fecit de-

20 xtera tua. Et ſicut poſt compotū petit lr̄as acquietātie q̄s ſecū poꝛtat ⁊ diligēter cuſtodit: q̄s vult bene ⁊ ſufficiēter ꝑcipi: ⁊ ꝙ null⁹ ſit in eis defect⁹. Ita poſt compotū ꝯfeſſionis accipiat lr̄as acquietātie penitētie ⁊ ſatiſfactiōis q̄s debet deſiderare hr̄e ſufficiētes: qꝛ ſi non plenarie ſatiſfaciat: lr̄e acquietātie ſunt deficiētes quia nō acquietāt eū de toto: ⁊ ideo in cōpoto alteri⁹ curie totū illud exigēt ſicut ille de quo nō habet acq̄etantiā ſicut optime ptȝ. A. vij. 22. ¶ Tertio ratio ⁊ coꝛ cuiuſ-

21 cunq̄ȝ audiētis ꝯſentit ꝙ ſi q̄s eſſet citat⁹ vel neceſſitatus ad reſpōdēdū in iudicio regis terreni in cauſa periculoſa vbi imminet dānū ⁊ periculū amiſſiōis vite vel mēbroꝝ: vel oīm bonoꝝ: niſi bene reſponderet: ſi non diligēter ꝑcogitaret vel conſiliū caperet: null⁹ reputaret eū ſapientē ſed ſtultiſſimū. Ideo ſapiētes viri in talib⁹ cauſis rogāt ꝙ poſſint cape ꝯſiliū: ⁊ petūt vel libellum vel temp⁹ ad deliberandū. quāto magis hoc facere deberent in iudicio dei ⁊ cōfeſſione: vbi agitꝰ de lucro vel ꝑditione vite eterne: ⁊ mēbroꝝ ⁊ totius coꝛpoꝛis ⁊ aīe damnatiōe: ⁊ regni celeſtis amiſſione: ſi bene non reſpōdeat. Unde btūs Gregoꝛi⁹ ſup euangelia Homel. xxvj. Certe inquit: ſi aliquis veſtrū cum ſuo aduerſario cauſaȝ dictatur⁹ in meo iudicio die craſtina eſſet exhibēdus totā foꝛte noctē inſomnē duceret q̄d ſibi dici poſſet: vel reſpōderet cogitatur⁹: ⁊ ne apud me appareret noxi⁹ foꝛmidaret. Et quis aut quid ſum ego: cito poſt futur⁹ vermis: ⁊ poſt vermem puluis. Si ergo tāta cura ꝑtimeſcitꝰ iudicium pulueris: quāta intentiōe ꝑtimeſcendū eſt tante iudiciū maieſtatꝭ. Diligentꝰ ergo cogitandū eſt: ⁊ vniuerſalitꝰ conuertēdum ad deū: ⁊ ſi ſic ꝯuertimini ⁊ ſalui eritis. Eſa. xlv.

Ar. vij. ¶ Sed quia parū ꝓdeſt confitēti oīa peccata ſua cōfeſſoꝛi oſtendere: niſi velit in his que ad ſalutē ſuā per-

22 tinent ei obedire: ſicut nec ꝓdeſt infirmo: ſtatum ſuuȝ medico oſtēdere: niſi velit medicinā recipe. Ideo poſt iſtum articulū ſextum de ꝯfeſſionis integritate: neceſſario videtꝰ ſequi articul⁹ ſeptim⁹ de confitētis obedientia: qđ videlicet: omnib⁹ oſtēſis peccatis obedienter recipiat oēs ei penitētias impoſitas. ¶ Sic ergo exiſtenti in periculo ſubmerſiōis ⁊ volenti de periculo illo liberari duo ſunt nec̄ria. ¶ Primū eſt ꝙ poꝛrigat manū ei qui eſt in loco ſecurioꝛi q̄ȝ ipſe ſit: vicȝ ſup terram ſolidā: vel in naui: quia ſi ei qui in eodē eſt periculo manū poꝛrigeret eū iuuare nō poſſet. ¶ Scdm̄ eſt: ꝙ non capiat nec aliū ad ſe trahat qꝛ tunc vtriq̄ȝ ſubmerguntꝰ: ⁊ ipſe nullū auantagiūȝ repoꝛtat: nec in aliq̄ iuuatꝰ. Ita ſpūaliter volēs liberari a periculo ſubmerſionis inferni debet manū ſuā poꝛrigere non exiſtenti in eadē culpa foꝛnicatiōis vł vſure: ſed exiſtēti ſup ſtatum firmū in naui eccl'ie vel in ripa religionis: nude ⁊ aperte periculū ei oſtendēdo. Quia ſi accipiat exēpluȝ vel ꝯſiliū a malis: cū cecus cecū ducat: facilitꝰ in foueā cadit. Debet eñ manū ſuā in manu ꝯfeſſoꝛis ponē diſcreti. ¶ Scđo non debet niti cū excuſationib⁹ ꝯfeſſorē ad ſe trahere dicēdo vſura ꝓdeſt ⁊ mihi: ⁊ ei cui mutuaui nō poſſum reſtituere nec vxorē ducere nec ieiunare: ſocietas me facit hoc facere: vicini mei ⁊ hoīes magni ſtatus ſic faciūt: ⁊ ſic vēdūt: vt cari⁹ vadat i anno: qꝛ talib⁹ coloꝛib⁹ ⁊ falſis excuſationib⁹ et allegatiōib⁹ ad ſe ꝯfeſſorē nimis facilitꝰ trahāt: vterq̄ȝ eſt in ꝑiculo ſubmerſionis. debet ḡ manū in manu: id eſt totū in arbitrio ꝯfeſſoꝛis ponere: dicēdo trahe me poſt te. Cañ. j. ⁊ libera me de aq̄s multis: ⁊ de oꝛe leonis.

¶ Sȝ quia ꝑfect⁹ obediēs nō eſt qui nimis tardat facere illud ad qđ tenetꝰ. Quia ſm̄ Bern. Perfect⁹ obe- Ar. viij.
diens morā neſcit: mādatū non ꝓcraſtinat. Qui vult 23
oſtēdere ꝙ in his q̄ ad aīe ſalutē ꝑtinēt in foro cōfeſſionis hn̄ eſt obediēs: opoꝛtet ꝙ cito ꝯfiteatꝰ. Si ante quadrageſimā peccet: quadrageſimā non expectet nec ſenectutē. Si quadrageſimā expectet: nō expectet finē quadrageſime. Sed vulnerat⁹ ſtatim medicinā q̄rat ſicut optime ptȝ. A. xvj. 3. 7. A. xj. 4. Ad hoc mlt̄a habem⁹ exempla. Sicut eñ ꝯtra rōnem naturalē videtꝰ prius ſeminare anteq̄ȝ terra aretꝰ. Ita ꝙ ꝑus oꝑa penitentie faciat ⁊ poſtea ꝯfiteatꝰ in fine q̄drageſime. Et ſicut contra rōnem eſt ꝙ bonā meſſem expectet: q̄ ꝑus nō ſeminauit: vel ꝙ intendat circa autūnū ſeminare q̄n deberet metere: ita ꝙ in moꝛte bonā mercedē expectet: q̄ caȝ ꝑus nō meruit: ⁊ q̄ expectat bona ſeminare in ſenectute q̄n deberet metere. Uide. P. vij. 23. ¶ Rō ḡ dictat ꝙ ſpinis ⁊ herbis nociuis extirpatis: ⁊ terra ꝯfeſſione arata ⁊ mūdata in ꝑncipio q̄drageſime: poſtea bonis oꝑib⁹ ſeminetꝰ. Pri⁹ eñ vas lauari debet: añq̄ȝ liq̄r preci-

24 oſus infundatꝰ. Et hūc oꝛdinē chr̄s ſuo exēplo docuit eſſe tenendū: q̄ pri⁹ baptizat⁹: ieiunauit ſic ptȝ Math. iiij. Sic nos ⁊ h̄ eſt qđ oꝛe docuit Matth. vj. dicens. Tu aūt cū ieiunas faciē tuā. i. ꝯſciētiā laua: ſtatim poſt pctm̄ ⁊ in ꝑncipio q̄drageſime. Et h̄ ꝓpᷣ periculi vitationē: ⁊ ꝓpᷣ vtilitatꝭ aſſecutionē. ¶ Primo ꝓpᷣ periculi vitationē. Sicut eñ equ⁹ habēs frenuȝ in oꝛe faciliter ducitꝰ: ⁊ ſicut ebrietas in foueā ⁊ in alia pctā cadē facit Ita ebrietas pcti q̄ ſtatim ꝑ penitētiā nō deletꝰ ſuo pōdere: ad aliud trahit: vt ait Gregoꝛi⁹: qꝛ diabol⁹ iā frenū in oꝛe poſuit: ⁊ nō ſolū cū freno vni⁹ pcti ad aliud trahit pctm̄ ſȝ ad penā. Cuidā igitꝰ dn̄o infirmato ⁊ ꝑ Exem
ꝯfeſſore mittēti ꝙ in craſtinū ad eū veniret: ſapiēter remiſit ꝯfeſſoꝛ dicēs: dicas dn̄o tuo ꝙ neſcit ſi cras viuet qđ cū dn̄s audiret: miſit ꝙ ſtatim veniret qđ cuȝ factū fuiſſet ⁊ ꝯfeſſus eēt: illa nocte moꝛtu⁹ eſt: ⁊ craſtinū nō
vidit: Nec ſolū īfirmis: ſȝ etiā ſanis maximū ꝑiculū ē 25
ꝯfeſſionē ꝓcraſtinare: qꝛ nō eſt dies nec nox in q̄ nō moriatꝰ aliq̄ ſbito i aliq̄ ꝑte mūdi. Alij apoſtemate: alij ſquinātia: alij occaſiōe: alij ſbmerſiōe: nec i maioꝛi certitudie penitētie ſum⁹ nos q̄ȝ illi: certū eñ eſt ꝙ ſi capti fuerint i moꝛtali ꝙ dānati ſūt. Si icertū ē i q̄ ſtatu fuerīt icerti ſum⁹ đ eis: audatioꝛ eñ ē q̄ i pctō moꝛtali q̄ȝ q̄ intꝰ ſeptē hoſtes moꝛtales doꝛmit qꝛ i illo caſu aīa ⁊ coꝛp⁹ i iſto ſolūmō coꝛp⁹ amittit. Certi⁹ eñ ⁊ meli⁹ ē ꝯfeſſiōe

liberari ab vtroqꝫ: qꝛ certū eſt ꝙ oīs ꝯfeſſio fit ad ſa-
lutē. ad Ro.x. Sic̄ eī aptio vene vt ſanguis corruptꝰ
exeat fit ad corꝑis ſalutē. Ita aptio oris ī cōfeſſione fit
ad anime ſalutē. Et hoc feſtināter eſt faciēdum: feſti-
nat eī ꝓ medico infirmꝰ mittere pſ.xv. Multiplicate
ſunt infirmitates ⁊c̄. Feſtinat etiā maculas in facie ter
gere q̄ eſt in pn̄tia mltoꝝ: ⁊ ſordes cadētes ſuꝑ veſtes ī
pectore qn̄ ſedet in mēſa: ⁊ feſtinat bouē vel equū de fo
uea extrahē: ⁊ feſtinat muſcā đ oculo extrahē ⁊ ignem
nociuū in domo extinguē: alr̄ totū cōburit̄: ſic ſpūalr̄
repromiſſio neq̄ſſima mltos ꝑdidit. Eccl'iaſtici. xxix.
26 Et mirabile ſi rex feciſſet ꝙ q̄ nō eſſet ꝯfeſſus ꝑma eb-
domada q̄drageſime: amitteret viginti ſolidos: pauci
eēnt q̄ tūc non ꝯfiterent̄: ⁊ magna eſſet ꝑſſura circa ſa-
cerdotes. Sꝫ heu qđ facerēt timore amiſſiōis viginti
ſolidoꝝ: nō faciūt timore amiſſiōis aīe oīm bonoꝝ celi
⁊ q̄ corā veſte tergit ſordes ī pectore feſtināter: non ter
git ſordes in aīa exiſtēs in pn̄tia totiꝰ curie celeſtꝭ. Sic̄
ptꝫ. A.xxv.17. Btūs q̄ pn̄tia illoꝝ ſordes tergit ⁊ ſe
ornat vt de eo dici poſſit illđ Pſ.ciij. Cōfeſſionē ⁊ de-
27 corē īduiſti ⁊c̄. ¶ Ptꝫ g̊ ꝙ ꝯfeſſio eſt cito faciēda ꝓpter
ꝑiculi vitationē. Scđo ꝓpt̄ vtilitatꝭ aſſecutionē. Mul
tas eī vtilitates ex h̄ aſſequit̄ cito ꝯfitēs ⁊ ſpūales: et
tꝑales. ¶ Pꝛīo gaudiū in ꝯſcīa ⁊ toto vultu exteriori.
Sic̄ eī nimio onuſtꝰ onere ī collo nō fac̄ bonū vultū
ſꝫ cachinat: ita onuſtꝰ pctīs in ꝯſcīa nō hꝫ verā leticiā
in corde: nec verā oñdit ī vultu: ſꝫ apparētē. Sꝫ exone-
ratꝰ gaudet: q̄ eī mr̄ nō gauderet đ reſuſcitatiōe vni-
geniti filij ſui. Sic ⁊c̄. Sic inq̄t pſ.cxxi. Letatꝰ ſum in
his q̄ dicta ſunt mihi: ſupple ī ꝯfeſſiōe: ī domū dn̄i ibi
mꝰ. ¶ Quātā leticiā hꝫ īfirmꝰ qn̄ medicꝰ dic̄ ei certitu-
dinalr̄ ꝙ viuet: q̄ itā leticiā latro hꝫ vl' homicida: qn̄
ad eccl'iaꝫ euadit: eos fugiēs q̄ eū v̓ſus patibulū duxe-
rūt. Iđ q̄ tales ducūt diligētiꝰ cuſtodiūt ⁊ tenēt qn̄ ec
cleſijs aꝓꝓinq̄nt. Ita diabolꝰ mō circa q̄drageſimā
fortiꝰ pctōres tenet: ⁊ plꝰ eos q̄ alijs tꝑibꝫ tētat: qđ ptꝫ:
qꝛ plures lites ⁊ diſcordie ī ciuitatibꝫ ⁊ vniuerſitatibꝫ
cōiter h̄ tꝑe īcipiūt: vt ꝑ h̄ pateat q̄nta malignatꝰ ē ini
28 micꝰ ī ſctō In pſ.lxxiij. ¶ Quātā leticiā hꝫ fidel' hō de
mltꝭ debitꝭ deobligatꝰ: dū eī cogitat ſe eē ī mltꝭ debitꝭ
dū etiā de h̄ audit loq̄ in aliq̄: cor pōdere grauat̄ fidel'
hoīs ſꝫ nō falſi: q̄ deobligari non vult. Ita q̄ cogitat ſe
eſſe obligatū diabolo: ⁊ pene eterne: dū de h̄ cogitat et
audit loq̄: quō leticiā in corde pōt hr̄e? Et reuera ſi nō
ſoluit die ſtatuto cū ſoluē poſſet: nō ē fidel'. Ita q̄ ī ꝑn-
cipio q̄drageſime diebꝫ purgatiōis q̄ ad h̄ ordinant̄:
ſe nō deobligat bn̄ g̊ deberet feſtināter ſe deobligare: ⁊
licet videat̄ graue: nō dimittat: ſꝫ dicat cū pſ.xxxi. Cō-
29 fitebor aduerſum me in iuſticia. ¶ Mercatores eī tūc
merces oñdūt qn̄ plꝰ lucrari pn̄t. Ita nos merces pec-
catoꝝ in ꝑncipio q̄drageſime vel ſtatim poſt pctm̄: qꝛ
tūc plꝰ lucrari poſſumus videlicet oīa bona opa: q̄ po-
ſtea facimꝰ. Ergo iux̄ ꝯſiliū apl'i dū tꝑs habemꝰ: ope-
mur bonū. Sic̄ ſapiēs ꝑegrinat̄: dū tꝑs aptū eſt. Et ſi
cut volēs ad terrā ſctām vl' ad loca ſctā ꝑegrinari: ſi ſa
piēs eſt ꝑus ꝯfitet̄: vt indulgētia ei valeat. Sic volēs
ieiunare in q̄drageſima: ⁊ alijs tꝑibꝫ aliaqꝫ facē bona
opa: priꝰ ꝯfiteat̄: vt opa ſibi valeāt. Alias ſeminat int̄
ſpinas: ſi vult ſanari ꝑus de vulnere ferꝝ trahat: ⁊ po
ſtea emplaſtrū aꝓponat. Sed ꝑus tractet de aīe incar-
cerate liberatiōe. Et poſtea bonis opibꝫ redēptionem
ſoluat. dū ꝓceſſus offert̄ dn̄ica ꝑma q̄drageſime qn̄ di
cit̄ grām dei recipiatis: ſaccꝰ cordis in ꝯfeſſione apiat̄:
30 qꝛ tūc dies ſalutis. ¶ Sꝫ heu dicit Ambroſiꝰ. Auꝝ ti-
bi offerā: nō dicis mihi cras veniā: ſꝫ ſtatim exigis ne-
mo differt: nemo excuſat: redēptio aīe ꝓmittit̄: ⁊ nemo

feſtinat. Sed tāto grauiꝰ puniet̄ q̄nto diutiꝰ expectat̄ a
deo: qꝛ plus eū offendit. Sic etiā deberet plꝰ puniri ab
eccl'ia. Ideo ꝯgrue ordinauit q̄dā ſctūs epūs in epātu
ſuo: ꝙ q̄ venirēt ad ꝯfeſſionē poſt ꝑmā q̄ndenā q̄dra-
geſime ꝙ aliā q̄ndenā ieiunarēt poſt paſcha. ¶ Sꝫ ali-
qui ſe excuſant dicētes: nos ſumꝰ in laboribꝫ ⁊ aliorū
ſeruicio ita occupati: ꝙ non poſſumꝰ in ꝑncipio q̄dra
geſime ad ꝯfeſſionē venire. Sed iſta excuſatio videtur
irrōnabilis: qꝛ in fine q̄drageſime: plꝰ erāt ab ope im-
pediti ⁊ diutiꝰ: qꝛ ꝓpt̄ preſſurā ⁊ mltitudinē q̄ tunc ad
ꝯfeſſionē currit: oportebit eos tūc diutiꝰ expectare an-
teq̄ audiri poſſint: tūc eī faciunt vnū circulū circa ſa
cerdotē: nitētes quilibet aliū ꝑuenire: habebūt g̊ tūc te
diū de expectatiōe: habebūt ⁊ dānū: qꝛ eo ꝙ ꝯfeſſor vi-
dens tot expectātes ⁊ volēs ſingulos expedire: nō pōt
eos ita diligēter de mō ꝯfeſſis ⁊ puritate informare: qꝛ
plꝰ feſtinat q̄ꝫ faciat qn̄ pauci ſunt in eccl'ia circa eū: fa-
cit etiā ꝯ rōnem ⁊ ſeipm̄ dānificat multꝭ modis ſupra
e. tactis. xxiij. In ꝑncipio v̓o pōt ſtatim expediri. Iđo
ꝯgrue dicit regula iurꝭ in ſexto decretaliū: qui ꝑor eſt
tꝑe: potior eſt iure. Ideo etiā ſignāter dicit̄ Jo.v. Qui
cunqꝫ ꝑor deſcēdebat: ſaluꝰ fiebat: a q̄cunqꝫ detinebat̄
infirmitate. ¶ Alij ſe excuſant alioꝝ ſeruicio dicentes 31
forte: ꝙ illi q̄bꝫ ſeruiūt: nō ꝑmittēt eos de ope ſuo rece-
dere. Iſta etiā excuſatio eſt irrōnabilis ⁊ inſufficiens:
⁊ ex ꝑte dn̄i impediētis: ⁊ ex ꝑte ſerui impediti. ¶ Pri-
mū ptꝫ multiplicit̄. Pꝛīo ſi rex vocaret eū ad ſeruiēdū
ſibi: nō poſſet nec auderet eū impedire. Scđo qꝛ faciūt
dānū ꝓꝓriū dū eī ſunt infideles deo vtpote in mor
tali pctō: diabolꝰ faciliꝰ fac̄ eos infideles dn̄is ſuis: qꝛ
hn̄s frenū vniꝰ pctī faciliꝰ ducit̄ ad aliđ. Deberēt g̊ fi-
lios ⁊ filias ⁊ ſuos ⁊ ancillas cōpellē ire ad ſermōes:
⁊ cito ꝯfiteri: qꝛ in vtroqꝫ docēt̄ quō non ſolū erūt deo
fideles: ſed etiā illis quibꝫ ſubſunt. ¶ Tertio exponūt 32
ſe periculo: dei ꝓditores receptātes. Sicut g̊ cito regis
ꝓditorē de domo expellerēt ne eſſent ſuſpēſi ꝓpter rece
ptionē: ⁊ leproſum etiā expellerēt ne ab eo inficerent̄:
Ita ſubditos expellāt ad ꝯfeſſionē: dicētes eis illđ pſ.
ciiij. Cōfitemini dn̄o ⁊ inuocate nomē eiꝰ. Ex ꝑte ſer-
ui etiā qꝛ nullū opꝰ eſt ita vtile ſic̄ circa ſalutē aīe: nec
aliqđ opꝰ deberet illos ab illo retrahere: nec deberent
dn̄o terreno obedire in his q̄ ſunt ꝯ deū ⁊ aīe ſue ſalu-
tē. Quia teſte Petro Actuū.v. Potiꝰ eſt deo obedien-
dū q̄ hoībus. Et vt breuiter ꝯcludat̄: nullꝰ bonā excu
ſationē habet q̄re nō ꝯfitet̄ in ꝑncipio q̄drageſime: qꝛ
nō eſt aliq̄s quin ſi eſſet certꝰ ꝙ tūc ꝯfeſſus lucraret̄ cē
tū libras vel ſi ſciret ꝙ q̄ nō tūc ꝯfiteret̄ tantū ꝑderet:
cito ꝯfiteret̄: qui g̊ ſe nō excuſaret vbi imminet lucrū
vl' dānū tꝑale: ⁊ excuſat ſe vbi eſt dānū ſpūale: excuſa-
tio nō ē niſi ad excuſandas excuſatiōes ī pctīs: an̄ mor-
tē g̊ ꝯfiteri. i. ſtatim poſt pctm̄: qꝛ aliter forte n̄ poteris
ante mortē ꝯfiteri: qꝛ neſcis vbi mors te expectat: ⁊ tūc
poteſtatē amittes ꝯfitēdi. Sicut ptꝫ. A.vj.6. Sequit̄:
qꝛ a mortuo q̄ſi nihil perit ꝯfeſſio. Eccl'iaſtici. xvij.
¶ Sed forte cogitāt aliq̄ ſi ſtatim poſt pctm̄ vel in ꝑn- Ar.ix.
cipio q̄drageſime ꝯfiteremur: cōfeſſio illa nullū locū
teneret: qꝛ iteꝝ peccaremꝰ: ⁊ iterū oporteret nos an̄ pa-
ſcha ꝯfiteri. Et ideo melius eſt totum ſeruare vſqꝫ ad
vnum: cōtra iſtā cogitationē eſt iſte nonus articulus:
in quo oſtendit̄ q̄ntū valeat frequenter ꝯfiteri qđ etiā 33
magis eſt eligibile frequēter cadēti frequēter reſurgē:
⁊ emendā facere: q̄ꝫ frequēter cadēti raro reſurgē ⁊ ꝯfi
teri: hoc eī rō dictat ⁊ exēplū oſtēdit. Rō eī dictat
qꝛ meliꝰ eſt habere lucida interualla: q̄ꝫ freneſim cōti-
nuā: qꝛ in lucido interuallo poſſet ꝯfiteri ⁊ đ ſtatu ſuo
ordinare. Meliꝰ etiā ꝙ infirmitas ſanitate media iter-

rūpat: q̄ꝫ ꝙ ꝯtinuet. Exiſtēs etiā ī ꝓfundiſſimo carce: aliqñ care cōducit vt ſit in ſupiori ꝓ vna nocte: ſi etiaꝫ in craſtino debeat ad abyſſuꝫ redire. Et meli⁹ eſt freqñter diabolū vincē q̄ꝫ ꝯtinue in ei⁹ ſeruitute iacē. Et puer q̄ frequēter reſpicit lectionē ſuā ꝛ frequēter tradit eā oblinioni: abilioꝛ fit ad doctrinā: q̄ꝫ nihil vl' raro reſpiciēs. Et vaſi freqn̄t loto ñ ita fortit adherēt īmūdicie.

34 ¶ Tali em̄ exēplo q̄dā vt ferṫ cōuertit vnū a tali cogi
Exm̄ tatiōe q̄ſi ꝑ iſtū modū: ſolebat em̄ freqn̄t cōfiteri ꝛ cito iteꝝ cadē: cogitauit vt p̄dictū eſt ꝙ meli⁹ eſſet expectare ꝛ totū ſil' cōfiteri: ꝛ diu cōfeſſionē diſtulit: cui cū cōfeſſoꝛ obuiaret ꝛ q̄reret de ſtatu ſuo: R̄ndit q̄ ad coꝛp⁹ bn̄ valeo: q̄ ad aīaꝫ ī q̄drageſima oſtendā tibi: quō ſit: ſic em̄ apō me cogitaui: ꝙ meli⁹ eſt expectare vſq̄ ad illō tp̄s. Cui confeſſoꝛ: q̄re mihi duas ollas: ꝛ iple eas luto: qō cuꝫ factū fuiſſet: ait confeſſoꝛ ꝑmittas lutū in vna aliq̄bꝫ diebꝫ: aliā v̄o om̄i die lauari facias: ꝛ iterū luto īpleri: qō cū factū fuiſſet: ait cōfeſſoꝛ: eijcias lutuꝫ ō ea q̄ om̄i die fuit lota qō ꝛ fec̄ facilit: ō alia v̄o nō potuit q: īduratū erat: ƀ citi⁹ frāgebat q̄ꝫ mūdabaṫ: q̄ fracta lutū pecijs etiā poſt fracturā adheſit. Sic inq̄t confeſſoꝛ eſt ō frequēter ꝯfitētibꝫ: q: facilit mūdanṫ ꝛ ō raro ꝯfitētibꝫ: ō q̄bꝫ freq̄nter ꝯtingit ꝙ citi⁹ moꝛte frangaṫ: q̄ꝫ mūdenṫ: ꝛ lutū pc̄ti pecijs .i. tā coꝛpi q̄ꝫ aīe adherens: ambos ad ꝑditionē ꝑducit ꝛ ƀ ſic fracta olla:

35 ſcꝫ coꝛpe. ¶ Eſt ḡ freq̄nter ꝯfitēdū ꝓpṫ tria: videlicꝫ periculi vitationē: honeſtatē ꝛ vtilitatē. ¶ Primū ptꝫ ꝙ ꝑiculū maximū eſt tm̄ ſemel ī anno ꝯfiteri. Nō q: nūq̄ꝫ erit bon⁹ cleric⁹ q̄ tm̄ ſemel in anno reſpicit librum ſuū: nec bon⁹ chrian⁹ q̄ tm̄ ſemel reſpicit librū cōſcientie. Et ſic tal' cleric⁹ nō bn̄ r̄ndebit cū ab eo lectio q̄riṫ: ꝛ iō v̄berabiṫ. Et p̄poſit⁹ vl' balliu⁹ vl' expēdēs alioꝝ denarios: q̄ tm̄ ſemel ī anno cogitat ō expēſis ſuis: dānificaṫ. Sic ſemel ꝯfitēs. Et ſic p̄dicti cleric⁹ ꝛ diſpenſatoꝛ triſtes venīūt ad rōem reddēdū ꝛ ad cōputādū: ſic iſte triſt' veniet ad cōputādū ī moꝛte: ꝛ etiā ī cōfeſ-

36 ſione lectionē ſuā neſciet. ¶ Facias ḡ qō faciunt pueri, vn⁹ vidēs aliū grauit v̄berari q: lectionē ſuā neſcit: librū ſuū reſpicit: ꝛ lectionē ſuā repetit. Et diſpēſatoꝛ vidēs aliū ꝓ defectu cōpoti grauit īcarceratū vl' dānificatū diligēti⁹ ō cōpotu ſuo cogitat. Qn̄ ḡ audim⁹ multos ꝓ defectu cōputatiōis ī ꝯfeſſiōe dānatos: q: nimis illā cōputationē expectabāt: ꝛ iteꝝ ſunt capti ꝛ incarcerati mille milia ī iferno: videam⁹ nos diligēti⁹ librū ꝛ lectionē cōſciētie nr̄e: ꝛ freq̄nter cōfitēdo cōputem⁹: ne ſubito p̄occupati die moꝛt': q̄ram⁹ ſpaciū penitētie ꝛ īuenire nō poſſim⁹. ¶ Si q̄raṫ: q̄le ꝑiculuꝫ ſit tm̄ ſemel ī anno cōfiteri: mlt'e ſunt cauſe q̄re. Quia exiſtēs ī pc̄tō moꝛtali toto illo tp̄e amittit ꝑticipationē eccl'ie et opeꝝ ſuoꝝ ꝛ alioꝝ: ꝛ fructū amittit q̄ntū ad remunera

37 tionē ī celo. ¶ Scd̄o q: diabol⁹ eū ad alia pc̄tā ꝛ ꝑicula ꝛ ꝯfuſiōes iteꝝ trahet. Sic ptꝫ ſup. e. c. xiiij. ¶ Tertio q: īterim p̄t moꝛi. ¶ Quarto ī tali dilatiōe pc̄tā obliuioni tradet ꝛ ſic nūq̄ꝫ ō eis cōfitebiṫ: vix em̄ occurrit q̄d ad dimidiū annū vl' ad q̄ndecim dies comediſti vl' q̄d tale die dixiſti. Quō ḡ occurreret q̄tiēs ꝑ annuꝫ vane ꝛ male ꝯ̄ dei p̄cepta iuraſti: q̄tiens īmūda cogitaſti. Et ſic ō alijs pc̄tis. Qn̄ em̄ demōes ī moꝛte īꝓperabūt pc̄tā ñ ꝯfeſſa: foꝛte dicēt ñ occurrerēt vob. Quibꝫ demōes: īmo occurrerēt nob cito poſt factū vl' occurriſſent ſi ſtudioſe examinaſſet' ꝯſcias v̄ras. Tūc obmuteſcēt ſic ille a q̄ q̄rebaṫ ī euāgelio: quō itrauit nō bn̄s veſtē nuptialē. Btūs ḡ q̄ dicē pōt illō ps. xviij. Meditatio coꝛdis mei ī ꝯſpectu tuo ſp. Et iteꝝ q̄m iniq̄tatē

38 meā ego cognoſco ꝛc̄. ps. l. Et ƀ frequēter q: ſequiṫ: ꝛ pc̄tm̄ meū ꝯ̄ me eſt ſp. ¶ Scd̄o ꝓpṫ honeſtatē frequent

em̄ man⁹ lauāt ꝛ pedes tergūt. Si em̄ ſemel ī anno ƀ facerent: inhoneſti reputarenṫ apud mūdū. Qui ḡ ſemel ī anno tm̄ ꝯfitenṫ min⁹ videnṫ curare de hōeſtate ſp̄uali ſcꝫ aīe: q̄ꝫ pedū vl' calcioꝝ. Et tales reputanṫ inhoneſti apō curiā dei. Sic em̄ diuites renouāt frequēter veſtes coꝛpis: Jta ꝛ nos mēt'. Et ƀ ſpecialit in magnis feſt' qn̄ induūt coꝛp⁹ īduāt aīaꝫ. Juẋ illō ps. ciij. Cōfeſſionē ꝛ decoꝛē īduiſti: amict⁹ lumīe ſic veſtimēto. Ad modū aq̄le q̄ renouat antiq̄s pēnas. Jn ps. cij. Renouabit vt aq̄le iuuēt⁹ tua: q: tal' aq̄la ī altū volat Et ſicut ī curia mūdi male īdut⁹ a feſto expelliṫ vbi bn̄ īndut⁹ ītroduciṫ ꝛ honoraṫ. Jta ꝯfeſſiōe īdut⁹ ī altū ī moꝛte volat vſq̄ ad celū. Et vbi nō bn̄s hāc veſtē nuptialē a cena agni excludiṫ. Jſte introduciṫ. Renouamini ḡ ſp̄ū mēt' v̄re: ꝛ īduite nouū hoīem q̄ ſꝫm deuꝫ creat⁹ eſt Ephe. iiij. ¶ Sꝫ ſcit' quō cogſciṫ ꝙ q̄s ſit re- 39
nouat⁹ ſp̄ū: recte ſicut cogſciṫ qn̄q̄ ꝙ q̄s hꝫ nouā tunicā: ꝑ ƀ ꝙ dimittit vl' nō vtiṫ antiq̄. Jta qn̄ viderit' hominē q̄ fuit luxurioſus luxuriaꝫ dimittē ꝛ viuē caſte. Et ſic ō auaricia ꝛ ſic ō alijs: ꝙ mutat⁹ eſt ī viꝝ alteꝝ: ꝛ nouū hoīeꝫ īduit: dicēs illō ps. xxix. Circūcidiſti ſaccū meū ꝛc̄. Sic ptꝫ. ſ. e. c. xxvij. ¶ Tertio ꝓpṫ vtilitatē Valde em̄ vtile eſt in om̄i arte ꝛ ope ꝛ mlt'ū iuuat hīc exercitiū: ſic ī arte aīe. ¶ Et ſic mlt'uꝫ ꝓdeſt ſollicitāti te ad pc̄tm̄ dure r̄ndere: ꝛ minari ſollicitāti ad furtum ꝙ vis eū balliuis ꝓdē: q: tal' ſtatim fugiet a te. Jta mlt'ū ꝓdeſt ꝯſiliū diaboli q̄ frequēter ſollicitat te ad malū: frequēter ꝓdē balliuis dei .i. ꝯfeſſoꝛibꝫ: q: tunc fugiet. Juẋ illō Jaca. iiij. Reſiſtite diabolo: ꝛ fugiet a vobis.
¶ Et ſicut mlt'ū ꝓdeſt ꝙ ſentina nauis frequēter pur- 40
geṫ: imo ƀ eſt nc̄cariū: q: frequēter ꝓpṫ aquā ſbintrātē ſbmergiṫ: ſicut patebit ifra: ſic ī ꝓpoſito. Et imagīes ī vitro clariſſimo pulueribꝫ deturpanṫ ꝛ obſcurātur: ꝛ abſterſione ꝛ mūdatiōe īdigēt: ſic aīe. Et ſic cū frequētius mūdanṫ: facili⁹ mūdanṫ. Et ſicut cādela nouit extincta fumigās facilit reaccēdiṫ. Sic aīa extincta peccato ſtatim ꝯfitēs facili⁹ charitate accēdiṫ. Statim ḡ accedite ad eū .i. ad locū dei tenētē: ꝛ illuminamini ꝛ facies veſtre nō confundenṫ: ſuꝑple in iudicio coꝛā toto mundo. Pſal'. xxxi.
¶ Cōfeſſiōis v̄o bn̄tis oēs p̄dictas ꝯditiōes magna ꝛ Ar. x.
mlt'iplex eſt vtilitas. ¶ Priō: q: mētē alleuiat ꝛ a deſperatione liberat. ¶ Scd̄o: q: aīam a demonis poteſtate ꝛ eterna dānatiōe eripit. ¶ Tertio qn̄q̄ ꝛ a coꝛpali pena ꝯfitentē ꝯ̄ſeruat. ¶ Quarto gaudia eterna acquirit
¶ Primū ptꝫ: q: ſic coꝛp⁹ ſudoꝛe alleuiaṫ īfirmi. V̄n vulgarit ō: īpe eſt leuioꝛ mō: q: ſudauit. Sic aīa ꝯfeſſione. Sicut ptꝫ ſupra. e. c. xxvij. ꝛ. 8. 22. A deſperatiōe
etiā reuocat ꝙ ptꝫ ꝑ ƀ qō ſcribiṫ ō ſc̄tō Eadmūdo ar- Exm̄
chiep̄o: q̄ quedā deſpatū reuocauit cōfeſſionē dicēs: ſi vis ꝯfiteri: pono aīam meā ꝓ te ꝙ ſaluaber'. Et ſic ad ꝯfeſſionē ꝛ ſalutē eū adduxit. ¶ Scd̄m ptꝫ ꝑ ƀ ꝙ ferṫ 41
q̄ſi ſic ō q̄dā ſc̄tō viro: q̄ vidit pc̄toꝛē v̄ſus eccl'iaꝫ eūtē Exm̄
quē diabol⁹ tenuit mult' cathenis ligatū: ƀ paulatiue vt ꝯfitebaṫ ſoluebaṫ. ¶ Ferṫ etiā ꝙ cū q̄dā ꝯfitereṫ qō Exm̄
diabolo coclear argēteū in homagiū dederat: in ſignū remiſſionis pc̄ti idē coclear in medio illoꝝ cecidit: ꝛ q̄ in pc̄ti deteteſtationē ꝛ dei miſcd̄ie recoꝛdationē ſemꝑ poſtea comedebat. ¶ Ad idē ferṫ ꝙ q̄dā mlier bona re Exm̄
putatiōe libēter faciēs opa miſcd̄ie: vno pc̄tō nō cōfeſſo appꝛopinq̄uit ad moꝛtē: q̄ tp̄e vn⁹ trāſiēs iuẋ cōgre- 42
gationē demonū: vnū audiuit ſe iactare ꝙ de illa eſſet cert⁹: q̄re ait demonū magiſter: q: inq̄t habeo linguaꝫ ei⁹ in burſa mea. Jā em̄ loq̄lā amiſerat qō cū cōfeſſoꝛi notificatū fuiſſet: oꝛōne obtinuit lingue ꝛ loq̄le facultatē. Jpa igiṫ ꝯfeſſa cū idē q̄ vocē pri⁹ audiuit ꝑ eūdē lo-

cū trāſiret: audiuit vocē q̄rulosā q̄ p̄dicta mulier ena
ſiſſet: cui mgr̄: imo dixiſti: q̄ babuiſti linguā ei⁹ in bur
Exm̄ ſa tua: babui in qt: ß ſacerdos ſcidit burſā meā. ¶ Ad
idē fert de q̇dā ſctō q̄ vidit diabolū portare magnū li
43 brū ⁊ reqrēti q̇d eſſet: R̄ndit demō pctā boim. Et ac-
cipiēs librū inuenit ſe ibi p̄ vno cōpletorio q̇d nō dixe-
rat: de q̄ cū doluiſſet cū p̄poſito forte ꝯfitendi: nihil ibi
inuenit diabol⁹: q̇ ideo ait: nō oſtēdā tibi iterū ꝯſilium
Exm̄ meū. ¶ Ad idē fert q̄ſi ſic: q̄ demō in q̇dā demoniaco
improꝑabat boib⁹ pctā ſua: q̇dā ḡ bn̄s ſuū ſuū ſuſpe-
ctū d̄ q̇dā maleficio dixit ſeruo ſuo q̄ p̄paret ſe ad ve-
niēdū ſecū ad villā illā: ſeru⁹ ſuſpicās cām: ꝯfitebatur
cū tāta cōtritiōe q̄ fecit ſacerdotē diſciplinare dorſum
ei⁹ vſqꝫ ad ſanguinē: dn̄o ḡ q̄rēti a demone ſi ſciret ali
q̇d de boīe illo. R̄ndit nihil ſcio de boīe cū rubeo dor-
44 ſo ¶ Ad idē fert de miracul' btē virgīs: q̄ q̇daꝫ demō
Exm̄ in forma bois accuſauit q̄ndā viduā apd̄ impatorē de
crimine magno: at illa citata p̄ rn̄ſione pri⁹ ꝯfeſſa eſt:
q̄ cū cōpareret: dixit demō q̄ eā nō nouit: ⁊ q̄ nō fuit
Exm̄ illa quā accuſauit. ¶ Itē q̇dā ſapiēs i libro ſuo narrat
de q̇dā q̄ frequēter cogitauit ꝯfiteri: ⁊ ſp̄ qn̄ vēit ad cō-
feſſorē p̄ verecūdia nō potuit: trabēs ḡ ad mortē p̄ cō-
feſſore miſit. Et ſic tūc vt prius qn̄ venit ad illd̄ pctm̄
trāſiuit vltra: quo facto: vidit q̄tuor demones ante eū
venire ⁊ int̄ ſe ꝯtēdē: q̇s eorū eū p̄ntaret tāqꝫ ſuū lucrū
an̄ mgr̄m illoruꝫ: ⁊ q̇libet allegauit p̄ pte ſua. Prim⁹
dixit ego babeo melius ius: q̄ ego feci eū peccare. Se-
uicē tenet honeſtatis ornamēta: illum enĩ q̄ hec habet
veſtimēta pſeuerantie honeſtauit in laboribꝫ: ne veſti-
menta honoꝝ operũ diſcōtinuata q̄ſi diruta nuditatē
oñderēt ⁊ cõplent labores illius Sapieñ. x. Sciēs q̄m
nō eſt honeſtum a bono inchoato deficere.
Arti. iiij. ¶ Hoꝝ aũt honeſtoꝝ veſtimentoꝝ triplex eſt vtilitas
Vna ante mortē: ſicut enĩ apud ſeculũ ꝓpt̄ corpalē pul
6 chritudinē alique pſone citius maritant̄ ⁊ ꝓmouent̄:
ita apđ deũ hec pulchritudo ſpũalis cordis: oris ⁊ ope
ris facit deũ q̄nq; ſubito honeſtate pauperē Eccl. xj.
¶ Alia in morte ſicut enĩ vbi magna eſt pſſura in por-
ta vt ad feſtũ intrēt: in q̄ preſſura nudi ⁊ turpit̄ ornati
a ianitoribus excluduntur: bene vo ornati introducũ-
tur. Sic in preſſura mortis: quando illi q̄ predictis nō
ſunt honeſtatis induti veſtimētis: vtpote q̄ veſtimētũ
nō hñt fidei: vel q̄ veſtimentũ ꝯtinētie decurtatũ hñt
nuditatē natiũ oñdētes vel q̄ veſtimētũ charitatis ni-
mis breue hñt: tm̄ amicos diligētes: ⁊ ſic de alijs exclu
dent̄. Alij q̄ iſta veſtimēta pfecta hñt itroducent̄. So-
lus ḡ ſic indut⁹ ꝯfidēter mori põt: ⁊ porte celi appropi-
q̄re dicendo illud. ij. Mach. vj. eleazari: honeſta morte
pfungar. ¶ Tertia poſt mortē: q2 q̄ñ nō hñs veſtē nu-
ptialē de dei ꝯuiuio expellet̄: habēs predicta nuptiaꝝ
veſtimēta cũ deo ſp gaudebit: ḡ in amicitia ei⁹. i. hone-
ſtatis delectatio bona ⁊ in opibꝫ manuũ illi⁹ honeſtas
ſine defectiõe in celo ſc; Sapieñ. viij. in q̄ venerũt oĩa
bona cum illa et innumerabilis honeſtas per manus
illius Sapieñ. vij.

Honor cuiuſcunq; boni. H. iiij.

Primo deo eſt reddēdus honor huius ſeculi.
Scđo a bonis nō eſt de iure appetēdus. Tertio de fa-
cto tota fere ppli multitudo plus circa ſeculi q̄ȝ dei in- Arti. j.
¶ Primũ ptz p tres rõnes: quarũ (tenta eſt honore.
Prima accipit̄ a lege gratitudinis: ſcđa a lege vtilitatis
tertia a lege iuſte equitatis. ¶ Prima rõ ex factis patet 1
antiquoꝝ: ſi enĩ romani regulã quandã ſequētes grati
tudinis liberatoribꝫ ⁊ triũphatoribꝫ ſuis tãtũ attribue
bãt honorē q̄ vel ſtatuas vel arcus erigebãt triũpha-
les ſicut adhuc rei docet euidētia: nã vſq; hodie ĩ illoꝝ
honoris memoriã roma plures tales oñdit effigies in
quibꝫ toti⁹ victorie honorē ſuis reddebãt pncipibus.
A fortiori rõne ⁊ maiori gratitudinis neceſſitate chri-
ſtiani nō ſolũ liberatori ⁊ triũphatori: ſ; etiã creatori ⁊
glorificatori ſuo chriſto ſicut ei poſt victoriã in paſcate
arcũ: in eccl'ia erigũt triũphalē. i. cereũ paſcalē: honorē
victorie ĩ materia forinſeca attribuēdo: ita ei oĩa bona
in illis opanti: iuxta illud Eſa. xxvj. Oĩa enĩ opa ope-
ratus es in nobis ⁊ diabolũ ⁊ pctã vincēti oĩm bonoꝝ
operũ ⁊ victoriarũ honorē in cordibꝫ ſuis reddēt dicē
tes ſoli deo honor ⁊ gloria. j. Thim. j. q̄ enĩ p victoria
ſua ſibi vendicat: in Pſ. xlix. dicēs. Inuoca me in die
tribulationis eruã te ⁊ honorificabis me. ¶ Scđa rõ 2
ex ſcripturꝭ ptz ſctõꝝ: in q̄bꝫ legit̄ q̄ qui deũ honorant
ab ipſo honorabunt̄: ſicut ptz pmo de recte credētibus
quoꝝ recta fides in honorē redũdat dei: ſicut fidelitas
ſerui in honorē redũdat dñi ſui. Ideo ab eo honorabũ
tur: vobis igit̄ honor credētibꝫ. j. Pe. ij. Scđo idē ptz
in hijs: q̄ mũdo ſũt corde ⁊ corpe: honeſtas ⁊ mũdicia
miniſtri in honorē redundat dñi ſui. vñ de tali dño in
eius laudē dici ſolet: q̄ȝ educatã ⁊ bonam hñt familiã.
Qui inſup imaginē alicu⁹ ſancti mundã ſeruat: ipſuȝ
honorat: q̄ vo ipam in lutũ ꝓijcit ipm inhonorat. Sic
in ꝓpoſito de hijs q̄ imaginē in aĩa habēt dei: quã q̄ in
lutũ ꝓijcit peccati deũ inhonorat: ⁊ ab ipſo exhonora-
bit̄: q̄ vo ipam mũdã ſeruat ab ipſo honorabit̄. j. Thi
mo. ij. q̄ ſe emēdauerit ab iſtis erit vas in honorē. De
vtroq; ſimul. j. Reg. ij. q̄ me honorificauerit glorifica
bo eum: qui aũt me cõtemnit erit ignobilis. ¶ Tertio
idem patet p elemoſynarũ ⁊ miſericordiarũ amatores.
Tales enĩ dum ſua ꝓpter deũ dant: ⁊ ꝓpter illũ iniuri-
as ⁊ damna remittũt: deũ honorãt: ſicut qui miniſtris
alicu⁹ dñi ꝓpt̄ illi⁹ amorē aliq̄ dãt vel remittũt: ſic ho
nora dñm de tua ſbã Prouer. iij. qđ facis ei⁹ dãdo vel
remittēdo miſtris: dñ tñ p ei⁹ facꝭ honore: q2 honorat
dñm: q̄ miſeret̄ paupis Prouer. xiiij. Sic miſericordes
deũ honorãt: ita imiſericordes deũ inhonorãt: ſic patet
E. iij. 29. ¶ Iſtis ḡ exhonoratꝭ alij honorabunt̄: ſic ptz
Mat. xxv. vbi iſtꝭ expulſis: illis dicet: venite bñdi. ⁊c.
ſciētes q2 victoriã ⁊ honorē acq̄rit: q̄ dat munera Pro
uer. xxij. victoriã ſupple celeſtē ſic Alexāder p ſuã largi
tatē victoriã obtinuit terrenã. ¶ Quarto idē ptz ĩ iuſtꝭ 3
q̄ honorãt dñm ſuũ: dũ eũ a cupiditatꝭ nota pſeruãt: q̄
vt eũ ditēt munera accipiēdo a vitatꝭ nō deuiãt trami-
te. Sic tales q̄ ſibi ⁊ alijs bñ pſunt iuſte ſe hñtes q̄ȝtuȝ
ad ſeipos ⁊ alios a deo honorabũt̄: teſte Paulo. j. Thi
mo. v. q̄ inq̄t bñ pſunt pſbri: duplici honore digni ſũt
¶ Quĩto idē ptz ĩ loquētibꝫ reuerēter: q̄ ad deũ ⁊ vtilit̄
q̄ ad ꝓximũ Eccl. v. honor ⁊ glia in ſermone ſenſati.
¶ Sexto in bñ opantibꝫ ⁊ pſeuerãtibꝫ: tales deũ hono
rant: dũ tñ in ipm ſperãt q̄ vſq; ad mortē ꝓ illo opus

bonū ꝯtinuāt:tales a đo honoꝛabunť:q̄ glīa ꝛ honoꝛ
oīu opanti bonū. Ro.ij. ¶ Septimo idē ptꝫ in bene
patiētib᷒:tales eīn honoꝛē deo reddūt:ſicut militū ꝓ-
bitas: dū ab inimicꝭ ꝓ dño ſuo multa foꝛtiter tolerāt:
tales a deo ſuo honoꝛabunť. Cōicātes igiť chꝛi paſſio
nib᷒ gaudete:q̄ ſi exꝓbꝛamini in noīe chꝛi beati eſtis:
q̄ qđ eſt honoꝛis ꝛ glie ꝛc. Sup vos requieſcet.j.Pe.
4 iiij. ¶ Tertia ratio ex lege ptꝫ neceſſitatis:ex q̄ nāq̄ in-
ter deū ꝛ nos talis facta eſt mercatiōis ſeu opis ꝛ labo
rū ſocietas q̄ ipē de oīb᷒ bonis habeat honoꝛē: ꝛ nos
lucrū ſine infidelitatis piculo:ipm ð pte ſua defrauda
re nō poſſum᷒:ex q̄ infidelitate puatio iuſte imminet
partis nr̄e:ſicut miniſtro infideli periculū imminet ꝓ-
uatiōis oīm honoꝝ:ſic in ꝓpoſito ſicut ptꝫ Actuū.xij.
de Herode agrippa:q̄ puatus eſt vita ꝛ oīb᷒ bonis:
q̄ꝛ pcuſſit eū angel᷒ eo q̄ nō dediſſet honoꝛē deo. Iſtis
ḡ trib᷒ de cauſis afferte dño glīam ꝛ honoꝛē:in ps.xcv.
Ar.ij. ¶ Et ſicut honoꝛ ver᷒ eſt deo a bonis exhibed᷒ ꝓpter
tria: ita honoꝛ falſus a bonis non eſt petendus ꝓpter
5 tria. Pꝛimo:q̄ malis vel ꝓpter mala dať. Scđo q̄ nō
eſt durabil'. Tertio:q̄ decipit ꝛ culpa excecat ꝛ ad pe-
nas ducit eternas. ¶ Pꝛimū ptꝫ:q̄ ſicut cib᷒ poꝛcoꝝ:
ita nec honoꝛ maloꝝ a bonis appetend᷒ eſt. Rō eīn di
ctat q̄ illud qđ eſt cōe ꝛ dānabile malum nō debet eſſe
appetibile bonis:ſed honoꝛ mūdi eſt malis cōmunius
q̄ malis vel ꝓpť mala cōmuni᷒ dať:q̄ꝫ bonis vel ꝓpť
bona mala. ¶ Pꝛimū vicꝫ q̄ malis cōmuni᷒ deť q̄ti-
diana docet experiētia:q̄ videm᷒ q̄ pl᷒ honoꝛis ſtatui
Erē gradui vel dignitati dať ꝛ foꝛtune atq̄ꝫ diuitijs q̄ꝫ gr̄e
bonitati hūilitati atq̄ꝫ ceteris deť virtutib᷒. Ex q̄ euen
tu ptꝫ:q̄ eſt de ſeculi honoꝛe:ſicut ð Italicoꝝ clamoꝛe:
in illa eīn terra pugne ꝛ frequētes fiūt ꝯgreſſiōes inter
magnos partiū gibilinoꝝ ꝛ guelfoꝝ ſub q̄b᷒ popula-
res habitātes clamāt:qn̄ ꝯgredi debēt:ꝓ pte q̄ dñatur
q̄ntūcunq̄ꝫ mala iniuſta ꝛ odioſa ſit:dicētes:viuat vi-
uat. In illo nāq̄ꝫ clamoꝛe oculū nō habēt:q̄ ps iuſtioꝛ
vl' melioꝛ ſit,ſed q̄ potētioꝛ.ex q̄ ſeq̄tur q̄ frequēter oꝛe
clamāt ꝓ illo:quē coꝛde vellēt eſſe ſuſpēſuꝫ:ſicut dictū
eſt.A.xvj.7. Sic in ꝓpoſito clamoꝛ ꝛ fauoꝛ mundi et
ꝓpl'i: pl᷒ reſpicit potētiā terrenā nobilitatē pecuniaruꝫ
largitatē potiuſq̄ꝫ tales honoꝛāt ꝛ ꝓmouēt q̄ntūcūq̄ꝫ
hec habētes mali ſint ꝛ iniuſti q̄ꝫ faciant vite bonitatē
ꝛ moꝝ honeſtatē:ꝛ ideo in mūdo ver᷒ honoꝛ non eſt.
Vn̄ Seneca in q̄dā ep'la. Ex q̄ pecunia in honoꝛe eſſe
cepit ver᷒ honoꝛ cecidit:nō ſolū q̄ malis dať:ſed quia
frequēter ꝓpť mala dať:ſicut ptꝫ de dominis ꝛ poten-
tib᷒ q̄ ꝯſpiratoꝛes ꝛ falſos honoꝛāt: vt falſitatē ab eis
req̄ſiti vel vt eis placeāt:cōmittāt. Adulatoꝛes etiam:
q̄ eis adulanť vt veritatē non dicāt:honoꝛāt. ¶ Iſtis
nāq̄ꝫ de cauſis mal᷒ rex Balach malū honoꝛauit pꝛo
phetā Balaā. Nūeri.xxiij. Decreuerā in q̄t honoꝛa-
re te ꝛc. ꝓ malefactis ſuis ꝛ falſitate ſicut ibidē patet.
6 ¶ Ex iſta pꝛima falſi honoꝛis ꝯditiōe ſcđa ſequitur q̄
vicꝫ durabilis eſſe non pōt: q̄ ex hoc q̄ honoꝛ mundi
ſup falſum fundať fundamētū ſup potētia vicꝫ vl' in-
oꝛdinato amoꝛe:vel lucro vel malefactis vt dictū eſt.
Iſto fundamēto deficiēte:ꝛ cadente neceſſe eſt honoꝛē
cadere ſupedificatū. Sed fundamētū tota die mutať:
q̄ ꝑtāte vel hui᷒ ſeculi ꝓſperitate nihil mutabili᷒:iđo
ꝛ honoꝛes:q̄ illas volubiles foꝛtūas ſequunť: ſicut ro
ta:in medio rote q̄tidie mutari videť:que quidē hono
ratiōis ꝛ vitupatiōis mutatio moderuuꝫ ꝓpl'm in hoc
Erē populo aſſimulať romano in q̄ ab antiq̄ diſcoꝛdia eſſe
ſolebat inter duas magnas parentelas:vicꝫ inter colū-
nenſes ex vna pte:ꝛ vrſinos ex alia pte:in quodā ergo
cōgreſſu inter iſtos ferť ꝓpl's clamaſſe ꝓ colūnenſib᷒:
quoꝝ ꝓſperitas ꝛ poteſtas maioꝛ reputabať: dicendo
viuāt colūnenſes viuant:ꝛ moꝛiant vrſini. Colūnen
ſib᷒ vo illo die victi:victoꝛes ſe duri᷒ ad ꝓpl'm habue-
runt. ¶ In alio vo ꝯgreſſu ecōuerſo clamauerūt ꝓ vr
ſinis tūc dominātib᷒:mutationē nanq̄ꝫ foꝛtune muta
tio ſequiť vocis. Vrſinis vo illo die victis:clamantes
victoꝛes erubuerūt atq̄ꝫ timuerūt. ¶ In tertio vo ꝯfli
ctu clamauerūt:viue q̄ venke:viue q̄ venke.i.viuat q̄
vincit. Nota de pena taliū.A.xv.32. Ecce illi cū pote 7
tioꝛib᷒:q̄s vicꝫ potētioꝛes viderūt vel potentioꝛes ſpe-
rabāt clamabāt ignoꝛātes:q̄ ps potentioꝛ eſſet futura:
cuiq̄ꝫ parti foꝛtuna victoꝛiā daret:de neutra parte eſſe
nolebāt:vt manifeſte oſtenderet:qm̄ ad veritatē vl' ad
iuſticiā oculū nō haberet:vel ad fidelitatē:ſꝫ ad ꝓpꝛiū
cōmodū vt quieti᷒ ſub victoꝛib᷒ viuerēt:ꝛ ad mundi
ꝓſperitatē:recte nec pl᷒ nec min᷒:ſꝫ oīno eadē in mo-
dernis nobilib᷒ inueniť ꝯditio:hec eīn q̄tidiana docet
experimēta: in q̄b᷒ videť q̄ diſcoꝛdia inter magnos in
cipiēte:ꝛ partib᷒ ꝓ retinētia ꝛ ſubditis ſuis mittētib᷒:
illi q̄ pꝛi᷒ retēti fuerūt ad feoda ꝛ robas ꝛ maximis iu
ramētis ſe aſtrinxerunt:cū dñis ſuis in moꝛte ire:ſicut
Petrus:ignoꝛātes q̄ ps p̄ualebit apte de neutra pte ſe
eſſe oſtēderūt:ſꝫ podogrā vel guttā vel infirmitatē vl'
os in pede ꝓditoꝛie fingūt vſq̄ꝫ viderint q̄ ps p̄ualere
incipiat:ꝛ tunc ad illā oēs cadūt:dicētes:viuat viuat.
Si vo illa ps iteꝝ ſuccūbat:ſtatim ad aliā mutanť ptē
dicendo viuat:in coꝛde tn̄ illoꝝ vellēt ſuſpendiū ꝛ ſic
nec ad iuramentū qđ pꝰus fecerūt nec ad fidelitatē vel
iuſticiā oculū habēt:ſed ad ꝓpꝛiū cōmodū: vt lucrenť
vel ſaltē ſeipos ſeruent indemnes:ꝛ ꝓpter hoc totiens
vocē ꝛ honoꝛē mutāt:dicētes:cū illo q̄ dicere ſolebat:
quotiēs gameleon ſuuꝫ mutat coloꝛē ſic habeť.A.xv.
25. ¶ Et mirū eſt:q̄ potētes videntes populi ꝛ ſubdi
toꝝ falſitatē:tm̄ de illoꝝ curāt honoꝛe ꝛ ſeruitio:q̄ be-
ne ſcire poterūt:q̄ eos nō honoꝛāt ꝓpter ſe: ſꝫ ꝓpť ſua:
de illis nanq̄ꝫ loquiť ſcriptura Ecci.x. dicens. Eſt hō
qui honoꝛificabiť ꝓpter ſbām. ¶ Et bene ſcire poterūt
q̄ ille honoꝛ nō erit ſtabilis ſed mutāte foꝛtuna. Moꝝ
vt honoꝛificati fuerint:ꝛ exaltati queadmodū fumus
deficient in ps.xxxvj. Et non ſolū mutante foꝛtuna ab 8
illo quē pꝛi᷒ honoꝛabāt ſe retrahūt victoꝛes: vt dictuꝫ
eſt venerātes:ſed qđ peius eſt cū victoꝛe ſup victū cla-
mant:ipmq̄ꝫ cū victoꝛe ad moꝛtē moꝛe canū ꝓſequunť
in quo facto iudeis aſſimilanť: qui chꝛo ī die palmarū
a toto populo honoꝛato: ꝛ ꝓſpere agente ipm cū alijs
honoꝛabant clamātes. Oſanna benedict᷒ ꝛc. Foꝛtuna
vo circa eum eodē die mutata maioꝛib᷒ cōtra euꝫ ſur-
gentib᷒ ipm cum illis vſq̄ꝫ ad moꝛtē ꝓſequebanť cla-
mantes:crucifige eum. ¶ In hoc iterū facto cani aſſi-
milanť:de quo habeť.F.j.17. ¶ Illi vo q̄ in talib᷒ cō-
fidunt honoꝛib᷒ ꝛ falſoꝝ fauoꝛib᷒ ꝛ mala in illoꝝ con
fidentia cōmittunt ꝛ ꝓtectione: a quib᷒ poſtmodū cō
culcanť quādo cōculcari inceperint: gemētes cum leo Leo
ne cui in hoc aſſimilanť: dicere poterūt. Ille nāq̄ꝫ fm̄ Fabula
fabulas aliq̄ infoꝛtunio: vtputa ſenectute vel cōſimili
debilitatus:ꝛ ab oībus beſtijs a quibus pꝛius hono-
rari ſolebat inuaſus ꝛ cōculcat᷒ dolens dixit:cum eſſet
mihi virtus:fuit ꝛ honoꝛ:ceſſante vo virtute: ceſſauit
ꝛ honoꝛ. Sic oīno eſt de multis quos dū in rota foꝛ
tune aſcenderūt:multi honoꝛauerunt:dum vo ex alia
parte aſcēdē inceperūt eos vacuos ꝛ ſine honoꝛe abie-
cerūt Iudith.j. de quib᷒ verificať illud Sap.iij. Sine
honoꝛe nouiſſima. ¶ Tertio fugiendū eſt non ſoluꝫ q̄ 9
nō eſt durabilis: vt dictū eſt:ſed quia in illa quam ha
bet breuitate multos excecat:ingratoſq̄ꝫ facit vel oſtē-
dit:ꝛ ad penas ꝑducit eternas. Nōnullis eīn audituꝫ

eſt ꝯtingere: ꝙ in paupꝑtate gratitudinē magnā tā deo
ꝙ̄ hoīb⁊ habere ꝓmittebāt: ⁊ ope vt poterant oſtende
bāt q̄ honorati vtriq̄ʒ ingrati extiterūt. quib⁊ deꝰ iuſte
miniſtrare pōt: ſicut miniſtrauit q̄dā nigromāticꝰ di-
ſcipulo ſuo de q̄ narrator ait: ꝙ multa mgr̄o ſuo ꝓmit
Ex.xiiij tebat cū nihil haberet: mgr̄ v̄o tantū fecit ſuis incanta
tionib⁊: ꝙ fecit ſibi videri ꝙ magnꝰ eſſet dn̄s. corā quo
veniēs ab eo tanq̄ incognitꝰ vilipēſus: medio q̄ ſic ex
altabat ſubtracto ad pauperē in q̄ illuʒ inuenit redigit
ſtatū. Sic deꝰ faciet illi: qui cū in honore eſſet nō intel-
lexit in pſ. xlviij. Medijs eīm quib⁊ honorant̄ cū vita
ſubtractis de tali honore quo abuſi ſunt ad eternū de-
ducent̄ dedecꝰ: ⁊ tūc apparebit verſuū ſequentiū veri-
tas. Magnꝰ honor ſed maius onus ſed maximꝰ hor-
ror: hiſq̄ʒ minant̄ accidit heret me: magnꝰ honor qn̄q̄ʒ
in cathedra ſpeculat̄ in alta: maiꝰ onus cū ſit abſq̄ʒ q̄e-
te labor: maximꝰ eſt horror cū diſtrictam rōnem: tā de
grege q̄ʒ ꝓ ſe reddere paſtor habet. Ex trib⁊ ḡ p̄dictis
rōnib⁊: ratio ptʒ decreti dicentis ꝙ fugiēdi ſunt hono-
res ⁊ fugientib⁊ offerēdi. viij. q. j. in ſcripturis. Et ſolꝰ
ille honor verꝰ in celo eſt appetendꝰ. Et ſm̄ Augu. de
ci. dei li. xxj. Nulli cōfert̄ indigno: nec vlli negabit̄ di-
10 gno. ¶ Si illos aut qui honores fugiūt neceſſitas ho-
noris ſtatū tenere cōpellat: exemplū nō ſequant̄ predi
cti diſcipuli: nec ſimarij: de quo dictum eſt. G. iiij. 14.
Tales ſunt q̄ ꝓ honore ⁊ beneficio reddūt ꝯtumeliā.
Ecc̄i. xxix. ¶ Sed ꝯditionē ſequant̄ Heſter: q̄ cū ho-
norata eſſet ad magnū ſtatū ꝓ ꝓp̄lo ſcʒ indigēte depre-
catura ꝑiculo ſe expoſuit: ſicut ptʒ Heſter. iiij. Exem-
plū etiam accipiāt Thobie: q̄ donaria recepta ab his a
quib⁊ honoratꝰ fuerat. Thob. j. Non poſuit in carba
nā: ſed inde elemoſynas fecit Gabelo: ⁊ alijs indigen-
tib⁊ dando ⁊ mutuādo. Et non obſtante: ꝙ in magno
eſſet honore viles paupes captiuos ⁊ incarceratos nō
ſpreuit: ſed ꝑgebat ꝑ oēs: qui erāt in captiuitate ⁊ mo-
nita ſalutis dabat eſuriētes alebat nudiſq̄ʒ veſtimēta
p̄bebat: ⁊ mortuis atq̄ʒ occiſis ſepulturā ſollicitꝰ exhi-
bebat. ¶ Sed heu nōnulli in magnoꝝ officijs vel cu-
rijs honorati: non faciūt qd̄ fecit Thobias: nec loquū
tur cū Heſter: a primo eīm cupiditate a ſcd̄o inordina-
to frequēter impediunt̄ timore q̄ timēt dn̄is diſplicere
vel a curia vel officijs amoueri: q̄bus ab illis q̄s v̄bo
vel ope iuuare poſſent ⁊ deberent nec tn̄ faciūt ꝯgrue
dici poſſet: ſicut dixit Mardocheꝰ ad Heſter: q̄ roga-
ta vt indigētes iuuaret: in principio ſe excuſauit: ⁊ quo
dāmodo difficilē reddit ſicut Heſter. iiij. ptʒ: cui ille:
ne putes ꝙ aīam tuā tm̄ liberes q: in domo regis es p̄
cunctis iudeis: ſi eīm nūc ſolueris per aliā occaſionē li-
berabunt̄ iudei: ⁊ tu ⁊ domꝰ patris tui peribitis ⁊ q̄s
nouit: vt idcirco ad regnū veneris vt in tali tp̄e parer'
hoꝝ ḡ exemplo ſint chriſtiani honore inuicē p̄uenien-
tes. Ro. xij.
Ar. iij. ¶ Non obſtāte hoc: ꝙ de iure q̄ ad honores exhiben-
dos vel fugiēdos fieri deberet ſicut p̄dictis patet exē-
11 plis ⁊ ſcriptur': de facto tn̄ quaſi totius multitudinis
intentio circa mundi verſat̄ honores qd̄ patet in trib⁊
generib⁊ hoīm. Primo in honorantib⁊. Secūdo in ho-
noratis. Tertio honorē in deſiderantib⁊ ⁊ deficientib⁊
¶ Primū patet in factis tam principū: ⁊ p̄ſidentiū in
poteſtate eccl̄iaſtica q̄ ſeculari: vterq̄ʒ ⁊ cōiter plꝰ ho-
noris exhibent viliſſimo pctōri: in diuitijs ⁊ ſtatu ma-
gno cōſtituto: ꝓpter ſeculi honorē: q̄ʒ faciāt optimo vi
ro in paupꝑtate ꝓpter amorē dei: q̄s ſub cōgruo reprę-
Ex.xiiij hendūt exemplo libri Barlaā de rege facto: q̄ volens
oñdere errorē duo ſcrinia repleri fecit: vnū de magnis
diuitijs: aliud de reb⁊ vilib⁊: p̄mum exili: ſcd̄m p̄cioſo

cooperuit indumēto ⁊ cōſiliarios ⁊ miniſtros ſuos: q̄
grauiter tulerūt: ꝙ tātū honorauit paupes vocauit di
cens: qd̄ de iſtis duob⁊ reputatis meliꝰ: vel maiori di-
gnū honore: q̄ reſpōderūt ꝙ illd̄ qd̄ optū erat p̄cioſiꝰ:
ipo vtroq̄ʒ apto oſtēdit: q̄ʒ turpiter in eoꝝ errauerunt
iudicio aſſerēs illos ſili deceptos errore in honoris ex-
hibitiōe: quē vos inq̄t illis exhibet' ꝓpter veſtes ⁊ for
tunā quā exteriꝰ videtis: ego paupib⁊ exhibeo ꝓpt̄ vir
tutes ⁊ grām quā intus intelligo: ſciēs quoniā honor
regis iudiciū diligit in pſ. xcviij. plꝰ de his q̄ intus cre
dunt̄: quaʒ de his q̄ veſtib⁊ apparēt. ¶ Scd̄m ex v̄bis 12
patet Ber. de ꝯſideratōe ad Eugeniū papā li. iiij. c. v.
Videns inq̄t oēm eccl̄iaſticū zelū feruore ſola ꝓ digni
tate tuēda: honori totū dat̄ ſanctitati nihil aut paruʒ ſi
ſocialiꝰ te hr̄e tentaueris: abſit inquit: non decet: tem-
pori nō ꝯgruit maieſtati nō ꝯuenit: q̄ʒ geras ꝑſonā at-
tendite de placito dei vltima mētio eſt ꝓ iactura ſalut'
nulla cūctatio niſi qd̄ ſublime hoc ſalutare dicamus ⁊
ꝙ gl̄iam redolet illud iuſtū: ita oīe hūile ꝓbare ducit̄
vt faciliꝰ q̄ eſſe q̄ʒ q̄ apparere humilis inuenias timor
dn̄i ſimplicitas reputat̄: nō dicam fatuitas. Hec ille.
Inter q̄ v̄ba primo ponderādū ꝙ dicit honori totum
dat̄ ſanctitati nihil: qd̄ vt clariꝰ videat̄ exemplū in me
diū adducat̄: in q̄ appareat quō eccl̄ie p̄ſidentes de ho-
nore nudo ⁊ de vanitate nulla ſanctitate vel cōmodo
ſpūali vel corꝑali veſtita inter ſe magnas nō dicā ſcā-
daloſas: habēt brigarū diſcordias: ſicut ptʒ de cruce in
aliena dioceſi nō portanda: ex cuiꝰ portatiōe nulla deo
ꝯtingeret honoratio: nulla aīarū ꝑditio: nulla prorſus
ſequeret̄ reꝝ ſeu vere iuriſdictiōis ablatio: niſi ꝙ vnꝰ
ſibi ſoli approꝗriare velle videt̄ ꝙ ſummꝰ paſtor oībꝰ
indulſit: q̄ vult inq̄t poſt me venire tollat ſuā crucē et
ſequat̄: q̄ etiā paſtor in montib⁊ ⁊ latro de regno ban-
nitꝰ libere vtunt̄ priuilegio. Vnde ḡ tāta cordiū ani-
moſitas tantaq̄ʒ inter illos: q̄ totius pacis ⁊ concordie
ſpecula eſſe deberent litigij materia: vt vnus a ciuitate
ſeu ꝯgregatiōe ſe retrahat: in qua aliꝰ pomposo eq̄tuʒ
vallatꝰ numero: ad chriſti dedecus ⁊ ſubditoꝝ ꝑnicio
ſum exemplū potiꝰ q̄ ad quātūcunq̄ʒ ſanctitatē crucē
portat. ¶ Quō ſubditorū brigas ⁊ ſeculariuʒ ſuꝑbias
cupiditate ⁊ terreno veſtitas cōmodo mitigabūt: q̄ di
ſcordias inter ſe vbi nulla ſubeſt cōmodi ratio nutriūt
Mundiales nanq̄ʒ ꝓ terris ⁊ redditib⁊. Iſti v̄o ꝓ ho
norib⁊ ⁊ miſeria placitāt vanitate: in quo facto verbi p̄
dicti quo dicit̄ ꝙ honori totuʒ ⁊c̄. apparet veritas. Si
eīm tantū haberēt cordi crucis venerationem ⁊ gregis
ſanctitatē quantū habent crucis portationē ⁊ ꝓpriam
vtilitatem non haberēt tot oues morbidas: totq̄ʒ ꝯcu-
binarios: ⁊ alios honoris dn̄i trāſgreſſores in gregibꝰ 13
eis deputatis. ¶ Sed heu audiūt vnam crucē in dio-
ceſi ſua portare: vel vnū ꝓuiſorem volentē prebendaʒ
in eccl̄ia ſua occupare: vel quēcunq̄ʒ d̄ iuribus ſuis vl̄
redditib⁊ volētem aliquid ſubtrahere: grauiter offen-
dunt̄: exquiſitiſq̄ʒ cōſilijs multiſq̄ʒ libroꝝ: ⁊ legum re
ſolutionib⁊ toto conamine nitunt̄ reſiſtere. Audiētes
v̄o vel potius audire negligētes diabolū: dioceſim in
trare ⁊ multas aīas ad infernū portare multoſq̄ʒ alio-
rū bona per vſuras ⁊ iniuſticias occupare: ⁊ alioꝝ ſa-
lutem ꝑ luxuriam ⁊ mandatorū dei tranſgreſſionē ſb-
trahere non dico quin chriſtiani cum ſint in aliq̄ offen
dant̄. Sed vnum ſcio: ꝙ vtinā nec a deo nec ab homi
ne ſcitum eſſet ꝙ nō tanto cōſilio tantoq̄ʒ niſu ⁊ cona-
mine diabolo reſiſtūt ⁊ peccatis: animarūq̄ʒ perditori
bus ⁊ honoris dei ablatorib⁊ quāto reſiſtūt p̄bendaꝝ 14
ac pecuniaruʒ petitorib⁊: ⁊ honoris ꝓprij imperitorib⁊
ſicut patet. L. iiij. 17. ¶ Ex q̄ facto in parte verbū pre-

dictū relucet Ber. q̄ dic̄ ꝓ iacture ſalut' nulla eſt cun-
ctatio. Si em̄ in ſuprema eccl'ie p̄ſidentes curia in cete-
ris aīarū curā habentib9 tantū feruerent tanq̄ʒ duras
facerent ſanxiones circa aīas ſaluādas: ſicut faciūt cir-
ca florenos ⁊ pecunias colligēdas: non eſſent tot in cle
ro ⁊ populo adulteri vſurarij fornicarij ꝑiuri concubi
narij: ⁊ hmōi mandatoꝝ dei ⁊ honoꝝ deſtructores.
¶ Sed heu niſi taxa vel reſiduū ad certū ſoluat̄ termi
num. Et niſi eccl'ia decima certo ſit tp̄e ſoluta: rigidiſſi
ma contra non ſoluentes adhibet̄ excommunicatiōis
cenſura ab his q̄ in clero ⁊ populo duriora ſcire pote-
rūt delicta: q̄bus tam breui termino tanq̄ʒ rigida non
obuiet̄ cenſura: mandatū nanq̄ʒ illorū de pecunia pre-
tergrediens ſoluenda excōicatiōis ⁊ interdicti ⁊ pene
eterne ab eis punit̄ damnatiōis: mandatū vō dei q̄ſq̄
tranſgrediēdo de clero vitam ducēdo luxurioſam: pe-
na punit̄ pecuniaria: in q̄ pleriq̄ʒ burſe impletioni ma
gis q̄ʒ culpe vident̄ intendere correctiōi. Nota. D. vj.
15 xxv. ⁊. F. iij. 15. Item. D. vj. 28. ⁊. lvij. Optime. ¶ Ex
quo vnum patet: ꝙ dicere vehemētiſſime expaueſco: ſi
lere tamen non audeo: ne in illud incidā ve Eſaie. vj.
dicent': ve mihi q2 tacui: ꝙ videlicet quales tales ⁊ le-
gum ꝯditores: bulle nanq̄ʒ ⁊ legis ſanctio ꝯditoris eſt
oſtenſio: tot nanq̄ʒ bulle pecuniares: ⁊ furū rerū tem-
poraliū excōmunicatiōes: pecuniarū oſtendūt amato
res: ⁊ tot peccatoꝝ ꝯ̄ dei mandata diſſimilatiōes aīarū
oſtendūt neglectores. ¶ Sed reſpondebūt: ꝙ aīarū cu
ram ſuis cōmiſerunt ſubditis: q̄ illas in illoꝝ periculo
ſuſceperunt cuſtodiēdas: ex qua ip̄i ſuſceptiōe exhono
rant̄: ad pecunias vō colligendas: eos ſumptuū cōpel
lit neceſſitas. Quib9 reſpōdet̄: ꝙ ſicut aīarū curam ita
pecuniarū ⁊ decimarū diſpēſationem ſubditis cōmiſe
runt. Ex quo ḡ de duob9 pecunijs colligēdis ⁊ aīabus
corrigendis curam ſubdit' commiſerūt: de quarū vna
maximā habent ſubditi in colligendo diligentiam: de
alia magnā habent in non cuſtodiēdo negligentiam:
quare ḡ in illa parte in qua diligētes ſunt eis iuuamē
offerunt: vbi iuuari noſcent ⁊ in alia p̄te vbi defectuo-
ſi ſunt ⁊ auxilio indigētes eos periculo ꝓprio derelin-
16 quunt. ¶ Quod vō dicūt ꝙ defectus eos ad hoc com-
pellit: vt tales faciant de eccl'ia ⁊ conſecrādis in curia:
⁊ de veniētib9 ad curiā ⁊ de epiſcopatib9 dat' in curia
exactiōes deus ſcit ⁊ facta oſtendūt: quō ſuꝑuacuis ex
penſis in illā incidūt neceſſitatem: ſubtract' nanq̄ʒ car
dinaliū oneroſa numeroſitate ⁊ eq̄rū ⁊ familie nimia
multitudine ⁊ parentele inordinata affectiōe ⁊ totius
apparat9 ſuꝑba vanitate tantarū neceſſitas ceſſabit col
lectarū. A quib9 ideo ceſſare deberent: ne gregem puſil
lū q̄ in chriſtū credit: eiuſq̄ʒ ſanguine redempt9 eſt ſcā
dalizarent: licet de conſecrat' in curia iuxta abuſum vl'
ꝯſuetudinem annuū eccl'ie valorem: licetq̄ʒ de eccleſijs
vacantib9 p̄mi anni fructus: licet etiam quādo eis pla
cet eccl'ie decimam ſine magno peccato reciꝑe poſſent:
tamen ꝓpter vitandū ſcandalum a talibus ſe refrena-
re deberent: ne fons vite fons efficiat̄ veneni. Si em̄ il
lius ſanctiſſime ſedis p̄ſidentes: ſcirent quō non ſoluʒ
infideles ſaraceni iudei ſciſmatici ⁊ heretici: ſed etiam
fideles de illoꝝ nō dico ſcandalizant̄: ſed obloquūtur
apparatu quem ſuꝑbum ⁊ a chriſti tramite deuiātem
iudicant: quō de illa retentiōe: quam a conſecrat' vel
dat' in curia ꝓ camera retinēt pape ppl's detrahit chri
ſtian9 dicens. Non tam bene tanti illum emit epiſco-
patum: q̄s nr̄am ſymoniā vitabit. Eſtimo ꝙ ſi dn̄i vt
deberent timerent a talib9 ceſſarent. exemplo illoꝝ. J.
17 ix. 13. ¶ Si em̄ chriſt9 ſuum dedit: ne puſillos ⁊ infir-
mos quoſlibet ⁊ ignorantes ſcandalizaret: ſicut patet

Matth. xvij. vbi ait vt aūt non ſcandalizemus eos va
de ⁊c̄. A multo fortiori illi q̄ locum chriſti tenent in ter
ris illa que alienis deputata ſunt vſibus dimittere de-
berent ne cecis offendiculum fieret: maledictionē dei ti
mentes: quā incurrunt: q̄ ceco ponunt offendiculū: et
maxime q2 illorū ſcandalū non eſt ex malicia ſicut ſcan
dalum phariſeoꝝ: q̄ de chriſti ſcandalizant̄ doctrina.
Matth. xv. ſed ex infirmitate potius ⁊ ignorātia ꝓce-
dit: qua neſciūt quali talia facitis licentia: in quo caſu
vos admonet apl's. j. Cor. viij. dicēs. Videte ne for-
te licentia veſtra offendiculū fiat infirmis ꝓpter taliū
nanq̄ʒ ſcandalum vitandū ſm doctores etiam a licit'
abſtinere deberent ſicut patet. F. ij. 7. Illam dn̄icā ſen
tentiam cū tremore excogitantes: qua dr̄ q̄ ſcandaliza-
uerit vnum de puſillis q̄ in me credūt expedit ei vt ſu-
ſpendat̄ ⁊c̄. Matth. xviij. ſi ſic punit̄: q̄ vnum ſcanda
lizat puſillū: qualiter puniet̄ q̄ multos ſcandalizāt pu
ſillos ⁊ magnos. Primo vicȝ ip̄os ꝯſecratos: quos ad
magnam pecunie ſummā obligant: anteq̄ aliq̄d de ec
cleſia ſumant ꝓ qua mutuo accipiēda eccl'ias aut pre-
bendas creditorib9 ſymoniace qn̄q̄ʒ dant vel ꝓmittūt
qn̄q̄ʒ palium vl' alia p̄cioſa obligāt: qn̄q̄ʒ nec ip̄is cau
ſidicis ſeu p̄ſtatoribus vel q̄bus ſuis crudelib9 vſura
rijs obligatiōes faciunt ⁊ fideiuſſores inueniunt et ꝓ
ſimplo forte ſe obligant ad duplum: ⁊ duplū rōne int̄
eſſe qn̄q̄ʒ creſcit in decuplū. ¶ Pro quo ſoluēdo vel ty-
rannidem in ſubditos exercent ⁊ collectā de clero faci-
unt ꝓ debito curie ſoluendo: q̄ ꝯtractū in curia factū ſe
cretum eſſe nō patit̄ vel miſerā vitā ⁊ parcā: ⁊ a mult'
notatā ex̄ dioceſim morādo ducūt: ꝓ quo nō ſoluto ſu
ſpēdunt̄ excōicant̄ tam ip̄e q̄ʒ fideiuſſores ſui ab ip̄is q̄
in fauorem vſurarum grauiſſimas exercēt cēſuras. Sȝ
ꝯ̄ ip̄os vſurarios: q̄ ſolo ad eos veniēti decem accōmo
dant: ⁊ obligationē de q̄ndecim recipiunt quē ſolum
ideo habere volunt in hoc caſu: ne cum ſocijs vſuras
ꝓbare poſſet: nunq̄ʒ inuenire ſciuerunt remedia: cū ta
men morbus quaſi vbiq̄ʒ terrarum inueniat̄. ¶ Si ḡ
p̄dictam penam incurrūt: q̄ vnum ſcandalizāt q̄d erit
de illis: quoꝝ occaſione tot mala ꝯtingunt atq̄ʒ ſcāda-
la: quoꝝ occaſione peccant ip̄i conſecrati: pecunias ad
vſuras accipiēdo in caſu in quo non eſt neceſſitas eos
in hoc excuſans: ſicut patebit infra. M. ix. 2. q2 hoc fa-
ciunt vt de dignitate gaudeant: quam poti9 fugere et
quaſi coacti ⁊ quaſi nolentes reciꝑe deberent. ¶ Quo
rum occaſione ſecūdo ip̄i vſurarij nouā incurrūt rui-
nam: quorum occaſione fideiuſſores excōicant̄ depau
perant̄ ad romā currētes vexant̄ ⁊ mult' modis ma-
le tractant̄ quoꝝ occaſione ſubditi grauant̄ talliant̄: a
q̄bus duris modis pecunia leuat̄ quoꝝ occaſione to-
tus fere mund9 obloquit̄. Si Cōſtantin9 imꝑator ſa-
racenus ꝓ vita vel ſanitate corꝑali pueroꝝ effundere
ſanguinem noluit: quare iſti chriſtiani ꝓ ſuꝑba ſuſten
tatione mundiali tot aīas ꝑdere volunt: q̄ potius eas
ſaluare deberent. Nota. V. xij. 29. Sanctius ḡ ⁊ ꝓ ſe-
ip̄is ⁊ ꝓ alijs eſſet: pauciores ⁊ de toto mundo electos
habere cardinales: vtpote qui totū mundū ſunt rectu
ri: in q̄bus eccl'ie potius q̄ ꝑſone vel parentele eſſet ꝓ-
uiſum: q̄ de terris templarioꝝ vel de aliqua certa ⁊ eis
aſſignata portione ſine ſcādalo viuerēt: muneribus ⁊ ex
actionib9 in ſempiternū excluſis: q̄ʒ ſꝑ quaſi d̄ incerto
⁊ de male acq̄ſito ⁊ cum multoꝝ viuere maledictioni-
bus non dijs: ſed peccat' detraho: nec pono os in celū
ſed in ſcenū eo mō quo Paulus Petrum reprehendit.
Gal'. ij. ſicut ptȝ. C. xvj. 30. Nec tango montē ſed mor
tem: nec patris reuelare intendo turpitudinē. Cam ti-
mens offenſam: ſed potius patris nuditati ſubueniēs:

velare int̃ pudēda: Sem ſequēs veſtigia: reddēſq; qđ
debeo: cui timorē timorē: ⁊ cui honorē honorem Ro.
xiij. Nota. D. xij. 20. ¶ Tertia ps iſti⁹ articuli ex ver
bis patet. Criſo. ſup Math. Ep̄s inq̄t ſi debitum ho
noris nō accipit a p̄ſbytero aut p̄ſbyter a diacono: aut
diaconus a lectore iraſcit̃ ⁊ turbat̃. Si aūt viderit aut
ep̄s p̄ſbyterū aut p̄ſbyter diaconum circa eccl'ie obſe
quiū non p̄manentē: aut alias peccantē neq; iraſcit̃ ei
neq; curat: quia om̄es q̄dē đ honore ſuo ſolliciti ſunt:
de honore aūt dei null⁹ iniurias etiam ꝓprias ⁊ nō dei
feruēter vindicant: cum tamē iniurias ꝓprias diſſimu
lare vituperabile ſit. ¶ Predictorū vo triū generū ho
minū: patet rep̄henſio Malach. j. vbi de eis dn̄s ꝯque
19 rit̃ dicens. Si ego dn̄s vbi eſt honor meus. ¶ Illorū
vo patebit inſania: q̄ñ ⁊ p̄ſentem quem tantū queſie
runt honorem amittent ⁊ futuro quē non queſierunt
carebūt. Tunc quippe eis oſtendet̃ q̃ ſtultū fuit poti⁹
honorem eligere traſitoriū q̃ in eternū duraturū: cu
ius honoris minima portio plus valet: q̃ totius hui⁹
ſeculi honor' magnitudo: de illo nāq; honore dici pōt
quod dixit q̄dam ciuis Pariſiēſis cuidā ciui carnotēſi
Carnotēſes nanq; ferunt Pariſiēſem ad ſe optime fe
Exm̄ ſtiuaſſe. Pariſiēſes vo Carnotēſem ad ſe venientē ſo
lūmodo ſalutauit: de quo cū rep̄hēderet̃ rn̄dit gallice.
Mieulx vault vng bñ nenāt de paris que tonte ſa feſte
de chartreez. Ita oībus honorib; mundi numin⁹ pre
ualeret honor dei cui eſt honor ⁊ gl'ia ⁊ imperiū ſempi
ternū Amen. j. Thimo. vj.

H. v. **Hoſpitalitatis.** Prio oſtē
denda eſt vtilitas. ſecūdo generalitas. Tertio
neceſſitas. Primū in ſex oſtendit̃ effectib;. Primo nā
q; hoſpitiū purgat intrinſecū. Secūdo illđ illuminat
Tertio deum ⁊ angelos recipere facit. Quarto tā ſpi
ritualiter q̃ tp̄aliter ditat. Quinto a periculis p̄ſeruat
Sexto ad hoſpitiū ducit eternum.

Ar. j. ¶ Primo hoſpitalitatē diligēs pauperēſq; in domo ſua
materiali libēter recipiens purgationē dom⁹ meret̃ in
j terioris: id eſt ipius anime. Hoc p̄mo oſtendit̃ hiſto
ria que habet̃ li. vij. hiſtorie eccl'iaſtice de quodā ſacer
Exm̄ dote Apolinis q̄ quendam catholicū ep̄m Gregoriū
noīe neceſſitatis cauſa ad eum decliuantē: hoſpitio re
cepit: poſt cuius receſſum demon p̄ cuius reſponſa ſa
cerdos vixit ſe p̄ hoſpitem ſuū eiectum aſſerēs: reſpon
ſa dare renuit ſacerdos dolens ep̄m ſecutus ab eo lite
ras obtinuit in q̄bus cōtinebat̃: q̄ p̄miſit eum ad locū
ſuum redire ⁊ facere ſicut cōſueuerat: ſacerdos vo tan
tam videns fidei virtutē poſtmodū ab eodem ep̄o ba
ptizatus: ⁊ poſt mortē eius in ep̄atu ei ſucceſſit: in quo
totius ꝯuerſionis ⁊ peccatoꝝ remiſſionis: ⁊ ſordiū ſpi
ritualium purgatōis: p̄ncipiū ⁊ occaſio ⁊ origo ſancti
viri fuit receptio. ¶ Secūdo idem in Zacheo oſtendi
tur Luce. xix. qui chriſtū recipiēdo remiſſionē etiā re
cepit: cui chriſt⁹ teſtimonium p̄hibuit: dicens. Hodie
2 huic domui ſalus facta eſt. ¶ Secūdo tenebris eiectis
p̄ hoſpitalitatē deus cordis illuminat̃ quia boni hoſpi
tes receptores ſuos de cognitiōe ⁊ amore dei ⁊ ꝓpria ſa
lute informare debent: vt ſicut ipi reficiunt̃ exterius:
ita illi interius reficiant̃: hoc dum ex vtraq; parte faci
unt: vtriq; conditionē chriſti ſequūtur ⁊ diſcipulorum
euntiū in Emaus: qui poſt q̃ chriſtū receperunt ipiq;
panem dederūt ei⁹ informatiōe in illius deuenerunt
cognitionē: de q̄bus dictū eſt cognouerūt ⁊c. Hoſpi
tio vo ſic hoſpite mūdato ⁊ illuminato deus illud cū
familia intrat angeloꝝ: hoc q̃tū ad deū: hiſtoria oſten
dit de nobili muliere q̄ pauperē vt ſibi videbat̃ infir
mum clamantē p̄mo intra portā: deinde eius videns Exm̄
debilitatē intra aulā: deinde in camera recepit in lecto
ei ad quieſcendū parato: marito vo q̄ illā de elemoſy
nis ſuis frequēter rep̄henderat reuertenti ⁊ camerā in
trare volenti: cū maximo oſtium qđ claue firmauerat
aperuit timore oſtio vo apto ambob; intrantib; in le
cto formā inuenerunt crucifixi q̄ corā eis euanuit poſt
ſe maximā derelinquēs ſuauitatem: p̄ quā non paupe
rem: ſed ſuauitatis auctorē illuc aduenirre cognouerūt
¶ Sic q̄ purū pauperē hoīez recipe ꝓ chri noīe credūt 3
ip̄m recipiūt chriſtū: q̄ hanc de illis q̄ paupes in noīe
ſuo recipiunt ſententiā ꝯfirmat dicens hoſpes eram ⁊
collegiſtis me ⁊ non deū ſolū: q: nec dignū eſt tantū re
gem ſine angeloꝝ hoſpitari familia: ſed etiā ip̄os ange
los hoſpitales merent̃ recipe hoīes qđ optime ſignifi
catur in Abraā ⁊ Loth q̄ ꝓpter hoſpitalitatis: quē ha
bebant amorē angelos ſicut ex Geneſi ptz. c. 19. Suſci
pere meruerūt q̄bus apl's teſtimoniū p̄hibet dicens p̄
hanc q̄dā placuerūt angelis hoſpitio ſuſceptis Heb.
xiij. q̄bus ſuſceptis: ſaluabunt̃ non ſuſcipientib; inter
fectis. Unde Origenes domos hoſpitales ingreſſi ſūt
angeli: domos vo hoſpitalib; clauſas ignis ⁊ ſulphur
ſuccendit. ¶ Quarto tales hoſpites domū ditant quā 4
ingrediūt̃ tam ſpūaliter q̃ tp̄aliter: vt eam habēs me
rito dicere poſſet venerunt mihi om̄ia bona cū illa: tā
ſpūalia: qđ ex vbis ptz Criſoſtomi ſup Math. x. qua
lem inq̄t mercedem habet q̄ ꝓpter deū peregrinat̃ ta
lem habet q̄ ſuſcipit peregrinātē: ⁊ fiūt ambo eq̄les:
⁊ q̄ ꝓpter deū refrigerat: ⁊ q̄ ꝓpter deū laborat: cuius
auctoritatis ratio p̄ argumentū patet a ꝯtrario ſenſu.
Si eīm qui furat̃ ⁊ qui furem recipit eandē incurrunt
penam: rōnale videtur q̄ qui bona opatur: ⁊ qui bene
opantem recipit eandē mereant̃ gl'iaz. ¶ Secūdo tam
tp̄alia q̃ naturalia: ſicut patet Ioſue. ij. vbi Raab cū
amicis ſuis exploratores recipiendo vitā ꝓmeruit na
turalem. ⁊. iiij. Re. iiij. Mulier ſunamit' helyſeum re
cipiēdo filio reſuſcitationem ꝓmeruit ad vitaz: q̃ etiā
fortuita: ſicut patet. ij. Re. vj. de Obededom cui⁹ do
mui benedixit deus opulentia magna ſ̄m Ioſephum
cum p̄us eſſet pauper: quia archam dn̄i hoſpitio ſuſce
pit. iiij. Re. iiij. Vidue que ꝓphetas dilexit cuius etiā
vir deum timuit ad preces Helyſei multiplicauit de⁹
oleum vidue etiam que Helyam hoſpitio ſuſcepit. iij.
Re. xvij. Deus vtraq; bona tam naturalia ſuſcitādo
filiū q̃ fortuita ipam cū filio paſcendo multiplicauit.
¶ Quinto a periculo preſeruat ſicut patet in Raab ⁊ 5
Loth: de quo dicit Augu. in libro ꝯ q̄nq; hereſes: q̄
tp̄ale euaſit incendiū ⁊ eternū cōſecutus eſt premium.
¶ In quo ſextū hoſpitalitat' notat̃ commodū: recipiē Exm̄
tes nanq; chriſtum eternū recipienti ꝓmiū: infra hi
ſtorias nanq; quaſdam ꝯtinet̃ de quodā qui inter ali
os paupes quos letāter ſuſcepit: quendā ſuſcepit ⁊ pa
nit pedeſq; lauit: quos dum lauando clauis pforatos
inueniret: ⁊ pterritus clamaret: paup euanuit dicens: Exm̄
quia ſuſcepiſti me in terra ſuſcipiam te in celo. ¶ In vi
ta etiam ſancte Marthe legit̃: q̄ chriſtus ei morienti ap
paruit: dicens: quia me frequēter in hoſpitio tuo rece
piſti: veni in thalamū meum: hodie a me recipienda.
Huic concordat quod ſcribit beat⁹ Gregori⁹ in Ho
mel'. de diſcipulis euntib; in Emaus in qua nos hor
tatur libenter elemoſynas dare: pauperēſq; ſuſcipere: vt
mereamur chriſtum ſuſcipere ⁊ vt ab eo ſuſcipi merea
mur: ⁊ ponit exemplū de quodam hoīe in hoſpitali q̄ Exm̄
q̄dam die chriſtū in forma paupis ſuſcepit cuius ma
nib; cum aquā infundere vellet diſparuit. Nocte vo
ſequenti eidē apparuit: dicēs q̄ eum in ſuis frequēter

receperat membris. Illo vo die in ꝓpria receperat pſo na: ⁊ nō eſt dubiū quin tam curialis dñs eū recipiētes in domibꝫ ſuis: dū in ſua eſt paupertate: ⁊ recipere velit indigentes ad ſuā domū venientes qñ in ſua eſt gloria. Ideo beat⁹ Grego. in quadā Homel. hortaꝛ dicens: ad mēſas veſtras chriſtū ſuſcipite: vt ab ipſo recipi ad eterna conuiuia valeatis. Sitis ergo hoſpitales inuicē ſine murmuratiōe. j. Pe. iiij. Predicte nancꝫ vtilitates diligenter excogitate oēm murmuratiōis materiā auferre deberent.

Ar.ij. ¶ Tanta vo que predicta eſt hoſpitalitatis vtilitas magnā requirit in hoſpitalitate generalitatem atcꝫ perſeuerātem durabilitatem. ¶ Primum reſpicit recipiē-
6 dos pro amore dei: inter quos non debet fieri diſcretio nec pſonarū examinatio. ¶ Secundū reſpicit recipientem in quo non debet fieri hoſpitalitatis ceſſatio. Primū exemplis ⁊ auctoritatibꝫ Canonū patet ⁊ ſanctoꝝ. Mercator vbicūcꝫ ⁊ quocūcꝫ modo commode poteſt lucraꝛ. Sed omnibꝫ dando omneſcꝫ recipiēdo de omnibꝫ lucrari pōt: ģ ⁊c. ¶ Iterū donū exceptū examinari non debet ſed hoſpitalitatis homo poti⁹ accipit: qꝫ dat: ģ ħ ſine examinatiōe fieri debet ⁊c. Hāc eīn cām aſſignat decretū di. xlij. c. qeſcam⁹ acceptū ex vbis Criſo. ſup eplām ad Hebreos nō inqt das: ħ accipis: ne ģ i bis examines. Si eīn Abraā ſerutator eſſet circa refugiētes ad ſe nūqꝫ angelos hoſpitio recepiſſet: fortaſſis eīn non putaſſet eos angelos: ſed cū reliqs repelleret. ¶ Sed quoniā oēs recipiebat angelos ſuſcepit: non eīn ex vita eorum: quos recipis mercedem tibi redditurus eſt deus: ſed ex voluntate ⁊ miſcdia: ex honorificentia multa ⁊ bonitate. ¶ Ad idem Augu. in li. cōtra qncꝫ hereſes: diſcite inqt chriſtiani ſine diſcretiōe exhibere hoſpitalitatē: ne forte cui domuꝫ clauſeritis cui
7 humanitatē negaueritis ipſe deus ſit. ¶ Ad idem Ambro. li. de officijs: videns inqt ꝙ Abraam deū ſuſcepit hoſpitio: dū hoſpites querit: vides ꝙ Loth angelos ſuſcepit. vnde ſcis an ⁊ tu cū ſuſcipis hoīem ſuſcipias chriſtū: cum chriſtus in hoſpite ſit: qꝛ chriſtus in paupere eſt: ſicut ipſe ait: hoſpes eram ⁊c. Ergo oēs recipiendi ſunt: ⁊ pcipue paupes: cui⁹ cauſa eſt qꝛ ſm Decretū. xvj. q. j. quoniā: quod acceptū eſt ex verbis Hieronymi. Quicqd habent clerici pauperū eſt: ⁊ domus eorum cōmunes eſſe debēt: ⁊ ſuſceptioni peregrinorū ⁊ hoſpitū diligēter inuigilare debent ſpeciali⁹ tamen viris aplicis: ſicut ex capitulo ptꝫ ibidē immediate precedēti ex verbis accepto eiuſdē Hieronymi. Aplicis inquit viris ⁊ euāgelizatoribꝫ chriſti in neceſſarijs vſibus nolle tribuere: ſeipm ꝯdēnare eſt. ¶ Exempla vo
Ex.iij hmōi in hoſpitalitate gnālitatis habem⁹ in btō Gregorio in cuius vita ſcribiꝛ: ꝙ quotidie ad mēſam peregrinos habebat: oībus etiam paupibus frumentū caſeum ⁊ hmōi dabat: tribꝫ millibꝫ ancillis dei octoginta libras auri annualiter dabat: p oēm regionem infirmis ſtipendia mittebat verecūdioribꝫ vo de mēſa ſua ſcutellā dirigebat. Item de beato Iuliano ⁊c. de beato etiam Silueſtro hiſtoria ſua continet: ꝙ circa aduenas ſic erat ſollicitus: vt chriſtū in ipſis ſe recipe gauderet. Nulla inops vidua: nullus paup: null⁹ orphan⁹ indigens in tota vrbe erat: quē non haberet in ſcriptis quot vidue erat in regiōe? quot orphani? quot clerici?
8 ſciebat ⁊ neceſſaria miniſtrabat: p debitis obligatis et detētis in vinculis interdū ſe debitꝰ obligabat. ¶ Ecce quantū antiqui romani pontifices hoſpitalitatē cordi habebant. Pro cuius exhortatiōe leges ⁊ decreta ꝯdebant: ipſamcꝫ in ope vſcꝫ ad ſui depauperationē ⁊ obligationē oſtēdebāt. Moderni vo alijs de cauſis leges condūt ⁊ pecunias colligunt: ſicut in parte dictum eſt M. iij. 15. ¶ Ex pdictis ģ exemplis ⁊ auctoritatibꝫ patet quāta requiriꝛ in hoſpitalitate generalitas: in qua petentiū p amore dei nulla faciēda eſt pſonarū examinatio: inter quos tamē euangelizatores pcipue recipiēdi ſunt. ¶ Sed heu omnino ꝯtrariū fit qꝛ duobꝫ ad portam monaſterij vel dom⁹ cuiuſcuncꝫ venientibꝫ: quū vn⁹ diabolū ſecū ducit: vtpote q raptor vſurarius et peſſim⁹ leccator: eſt tamen in poteſtate conſtitut⁹ in q tpaliter nocere pōt. Iſti portam ſtatim maior aperiet cum optimo vultu ⁊ pulchris locutionibꝫ: licet tamen peſſimo corde ⁊ puatis maledictionibꝫ recipieꝛ omnes ei erunt attendētes: ⁊ eſculētis ⁊ poculentis ⁊ lectiſternijs ⁊ oībus alijs ſupflue pcurabiꝛ cū equis ⁊ canibꝫ
9 ⁊ pterua famulantiū ſequela. ¶ Ali⁹ vo ſine eqs ⁊ canibꝫ peditādo ⁊ in forma veniens pauptatis etiam ad portam illoꝝ qui ſup hoſpitalitate faciēda p animabꝫ fundatoꝝ ſuorum fundati ſunt: ꝓpter quā largas acceperunt terras ⁊ redditus copioſos ⁊ noīe petens chriſti etiam licet chriſtū ſecum: vtpote qui in bona eſt vita: ducat. Iſte portam inuenit clauſam. Janitorē inuoluntariuꝫ: qui illū vel omnino excludet vel poſt longas diſceptatiōes ⁊ excuſatiōes ⁊ murmuratiōes tarde intrare pmittet: quo intrante vultū omniū inueniet rigidum verbum maledicum cibū parcum: hoſpitium et dormitorium frigidū lectum durum: talibus ſcribitur Sapi. xix. Bonos inquit hoſpites in ſeruitutē redigebant. De qbus etiam loquiꝛ Ber. in expoſitiōe regule ſancti Benedicti in parte tertia. c. vij. tractās illud. Prouer. xxv. Celum ſurſum ⁊ terra deorſum: oſtēdēs quomō iſtud verbum nunc puertitur: diabolus inqt honorifice recipitur: ⁊ deus cōtumelioſe repelliꝛ: vbi raptores: ⁊ vſurarij cum honore recipiunꝛ: ⁊ magnis expenſis pcuranꝛ: boni vo paupes vel repulſam patiuntur vel male pcurantur. ¶ Si vo dixerint ꝙ illos qui nocere poſſunt oportet omnino recipere: ne noceant nec ħ eſt vituperabile cū cuicꝫ ſm iura licitum ſit iniuſtam redimere vexationem: eis reſpōdeꝛ. A. xx. 9. Ita eīn illa faciant ꝙ ea que dei ſunt: non omittant: ſi dixerint: ꝙ oībꝫ facere non poſſunt. Reſpondeꝛ. E. iij. 44.
Si iterum dixerint: ꝙ in duobus pdictis ad eos declinantibꝫ: nec ſciunt deum eſſe vel diabolum: ⁊ ideo neſciunt vel in quo deum recipe vel in quo diabolū excludere debeant. Reſpondeꝛ primo ꝙ licet eſſet ſtat⁹ vtriuſcꝫ eis a deo certitudinaliter reuelatus: nō min⁹ quod pdictum eſt facerent. Et pterea licet ſtatū vl cōditionē neſciant petētis: ꝯditionem tamē illi⁹ nō ignorant: p cuius amore petit: quem recipis et cui das: qñ ei das qui in noīe ei⁹ petit: ſicut oſtēſum eſt. E. iij. 46. 10
⁊ quem excludis: qñ illum excludis. Qui vo deum excludit ⁊ diabolū icludit nō eſt mirabile ſi multa ſuſtineat aduerſa. In deo nancꝫ eſt oīe bonū: qꝛ de illo dictum eſt Exo. xxxiij. oſtendā tibi oīe bonū: q vo omne bonum excludit de domo ſua: pro quo etiam omnia bona que habet domui illi dabantur: quod mirabile eſt ſi domui illi plura non denꝛ. Sed prius data potius ſubtrahantur quia ceſſante cauſa non eſt mirabile qꝫ ceſſet effectus: cum ergo deus ⁊ charitas: que in domo tali aliqñ vigebat cauſa fuerit donatiōis terrarū ⁊ reddituū cauſis illis ſubtractis: non eſt mirabile immo rōnabile ⁊ omī nature pſonum: ꝙ tpalia minanꝛ ſicut congrue oſtenſum eſt. E. iij. 41. Quando ģ in domibꝫ religioſorum ⁊ virorum eccliaſticorum videritis domū ſupra domum cadere grangias proſterni: terras ⁊ maneria impinguari: domibuſcꝫ diſcoptis vbicꝫ pluere: ⁊ oīa diſſuta: ⁊ inordinata: qd aliō 11

cogitare reſtat? niſi ꝙ ille artifex increatus: qui omnia
illa magna ordinauit ⁊ fecit edificia: qui ſuauiter dum
morabatur diſpoſuit oīa: de loco illo receſſit: ipīs eū
excludentibꝫ ⁊ inimicum recipientibꝫ: qui oēm in quo
habitat locum diuiſum facit ⁊ deſolatū quia ſicut rui-
na maneria dn̄i tp̄alis ſignū eſt: ꝙ dn̄s a loco illo mul
tum abſentat ſe. Sicut etiam pallor mēbrorꝫ ſignū eſt
frigiditatis ⁊ indiſpoſitiōis ſtomachi: ita ruina in do-
mibus eccl'iaſticis abſentiam ſignat dei ⁊ exteriorꝫ bo-
norum infortunia: extinctionē ſignant interioris calo-
12 ris ⁊ charitatis. ¶ Ex quo patet ꝙ nōnulli errant defe
ctum in talibꝫ dicentes eſſe: qꝛ boni non ſunt patreſfa-
milias: antiqui eñ patres q̇ domos illos fundauerūt
minime fuerunt in exterioribꝫ rebꝫ ſimplicitatꝭ: ſed nō
parue charitatis ⁊ hoſpitalitatis. Primo nanqꝫ ⁊ p̄n-
cipaliter regnū dei ⁊ iuſticiā eius q̄rebant: ⁊ ideo oīa
exteriora eis adijciebant̄: dum oēm ſollicitudinē ſuā
in deū ꝓijciebant: ⁊ cogitatū ſuū in dn̄o habebant in
deum ſperātes irriguūqꝫ ſupnis habentes deuotiōis:
ipī cura erat de eis ipoſqꝫ nutriebat irriguū dando in
ferius abūdantie exterioris: ipoqꝫ deus paterfamilias
fuit ꝓ eis. Contrariū vo modernis facientibꝫ: ꝯtrari⁹
13 accidit effectus. ¶ Et non ſolū illis ſed ⁊ toti regno mi
ſericordie defect⁹ ꝯcauſa eſt oīm infortuitorꝫ ⁊ tempe-
ſtatum ⁊ vindictarū: qꝛ in terra iſta: nō ſolum in falſi-
tate ſed etiā in hoſpitalitatis defectu multas alias exce
dūt natiōes: qꝛ vix inuenit̄ terra in qua tam pauca in-
ueniant̄ hoſpitalia vel dom⁹ dei ꝓ pauperū receptiōe
in quo parua ex antiquo ſignat̄ ad paupes deuotio: in
illis adhuc paucis pauci ⁊ cum multis p̄cibꝫ ⁊ aliquā
do p̄cio intrant ipīs cuſtodibꝫ oīa deuorantibꝫ: pro-
pter quas cauſas pauperes in terra inhūaniter tractan
tur ⁊ de⁹ offēdit̄ ſic oſtēſum eſt. D.ix.5.7.6. Si ḡ iſtis
miſerijs ⁊ infortunijs ꝑ deū mitigatis in tp̄alibꝫ ⁊ ſpi-
ritualibꝫ cupitꝭ ꝓſperari hoſpitalitatē nolite obliuiſci.
Hebre.xiij. ¶ Secundā vo huius articuli particulā
hoſpitalitatis videlicet ꝑſeuerantiā factum docet eulo
Exm̄ gij in vi.pa. de quo ꝯtinet liber ille: ꝙ quendā debilem
ire nō valētem ad domū ſuam portauit: quē q̇ndecim
annis pauit: ſed ita in fine incepit eſſe tedioſus: hoſpiti
ſuo verba dicēdo amara: aſſerēdo etiam ꝙ ei grates de
beneficijs neſciuit: de ꝯſilio tamen patris Anthonij q̇
hoc ex diaboli aſſeruit euenire tentatiōe: qui hoſpitali-
tatē eius ꝑ inꝑſeuerantiā maculare nitebat̄: op⁹ chari
tatis qꝺ inceꝑat: nō dimiſit: hui⁹ ergo exēplo q̄ntum-
cunqꝫ viſus tactus ⁊ corrupt⁹ miſerabiliū ꝑſonarū in
principio ſit grauis: ꝓpter tamen leticiam quā in mor-
te reddit: ſicut patet. E.iij.15. ſcitis quātū poſſibile eſt
generaliter ⁊ perſeueranter hoſpitalitatem ſectantes.
Roma.xij.
Ar.iij. ¶ Hec aūt apl'i doctrina neceſſaria eſt: non ſolū ꝓpter
mala ⁊ infortunia fugienda terrena: de q̇bus p̄dictum
13 eſt: que ſola hoſpitalitatis carentia ſufficienter induce-
ret: ſi aliud in terra vitiū non regnaret: ſed etiam ꝓpter
rapine culpā ⁊ penā raptoribꝫ debitā a deo ⁊ alio ſecu
lo infligendā euitandā: ipī nanqꝫ hoſpitalitatē vbi il-
lam exhibere tenent̄ ſubtrahentes ꝑ decretū ſumptum
ex verbis Hieronymi di.xlij.c.j.§.ordinandus ſacer-
dos raptoribꝫ aſſociant̄. Ait nanqꝫ ꝙ aliena rape con-
uicit̄: qui vltra ſibi neceſſaria retinere ꝓbat̄ in q̊ etiam
decreto: multa alia habent̄ q̄ ad hoſpitalitatē hortātia.
¶ Si ḡ raptores iuſte a dō eternaliter punient̄. Si etiā
Dauid iuſte occidit Amon regem Amon ⁊ cōplices
ſuos inhūaniter recipiētes ⁊ turpiter miniſtros ſuos
tractātes.ij.Re.x. Si inſuꝑ filij iſrael iuſte bellauerūt
⁊ occiderūt illos de Gabaa beniamin q̇ venientes ad
ſe hoſpites recipe noluerunt: ſed poti⁹ ad illos male ſe
habuerūt: de q̇bus dicet̄ Judi.xix. ꝙ null⁹ eos hoſpi-
tio recipe volebat. Ergo de⁹ eandē iuſte recipe pōt vin
dictā de male tractantibꝫ hoſpites ſuos. ¶ Sed ab iſta 15
hoſpitalitatis impletiōe: nōnulli pauꝑtate ſe excuſant
dicentes ſe vel ꝓpter malos ⁊ caros annos vel ꝓpt̄ one
ra ⁊ exactiōes regaliū ⁊ aliorꝫ potētiū: vel alia infortu-
nia: non poſſe hoſpitalitatē exhibere: q̇bus respondet̄
ꝙ radix illius pauꝑtatis defect⁹ fuit bone voluntatis:
deus prius dedit eis poſſe: ⁊ req̇ſiuit ab eis velle: ipīs
vo retrahentibꝫ velle deus iuſte retraxit poſſe: qꝛ quā-
do ſatis habent mali hoſpites ſunt teſtamētorum dei.
Ephe.ij. Et ideo iuſte hic defectū ⁊ alibi penā patiunt̄
cum illis de q̇bus ſcribit̄ Sapi.xix. Juſte inquit patie
bant̄ ſm̄ ſuas nequicias: eteñ deteſtabiliorē in hoſpi-
talitatem inſtituerūt: alij quidā ignotos non ſuſcipie-
bant aduenas: alij aūt bonos hoſpites in ſeruitutē re-
digebant ⁊ non ſolū hoc: ſed ali⁹ quidā erat reſpectus
illorꝫ: quoniā inuiti recipiebāt extraneos hec ibi.

Humilitatis. Primo oſtē- Ar.j.
dit̄ diſtinctio. Secūdo inductio. Tertio oſten
ſio. Quarto conſeruatio. Quinto vtilitas. Sexto ne- j
ceſſitas.
¶ Qtū ad primū triplex inuenit̄ humilitatis ſpecies:
vulpina aſinina vera. ¶ Prima: primo ⁊ principaliter
in clericis non ꝓmotis vel ad maiora ꝓmoueri deſide
rantibꝫ: ⁊ etiā in oībus q̇ vel in ſtatu ſeculari vel eccle-
ſiaſtico magna in animo deſiderāt officia: vel ꝓmotio-
nes īuenire: q̄ ideo vulpina dicit̄: qꝛ ſicut de vulpe fin Exēplũ de culpe
gitur ꝙ ſeipām mortuā in via iacēs finxerit: vt in qua
driga poneret̄: vt alecia q̄ ducebat; comederet: que qui
dam comedēdo ſe viuā ⁊ non mortuā vt finxerat eſſe
oſtēdit: oꝑa eñ ſequētia duo: vicꝫ fictiuū ficticijqꝫ cau
ſam declarabāt p̄cedētia. Sic hypocrite modeſtos hu
miles morigeratos ⁊ quaſi oībus malis ⁊ pctīs mor-
tuos: maxime erga illos a q̇bꝫ iuuari adhuc ad qꝺ an
helant poterunt ſeipōs eſſe fingūt vt in officijs ponā-
tur vel ꝓmoueant̄: ⁊ hoc vt comedant ⁊ bibant ⁊ cor-
poris commodū faciāt de q̇bus Ezech.xiij. quaſi vul-
pes in deſerto: ꝓphete tui iſrael que ſicut ſe mortuam ſe
eſſe fingit extra: cum ſit vita doloſa plena intra: ita iſte
nequiter ſe humiliat ⁊ interiora eius plena ſunt dolo.
Eccl'iaſtici.xix. ¶ Quem quidā dolū verbis palliunt: 2
dū ore renitentiā quandā oſtendūt veraciter ⁊ mēda-
citer ſe ꝓ officio vel honore vl' gradu quem deſiderāt:
⁊ ad quem petunt̄ indignos nolenteſqꝫ indicāt: vera-
citer eñ hoc dicunt: quia in veritate indigni ſunt: men
daciter vero: qꝛ aliud mente concipiunt: ⁊ vt ceterorū
talium ꝯditio in vnius oſtendat̄ facto. Exemplū i me
dio compeat qꝺ de pollicraticon ſumptum eſt li.vij.c. Exm̄
xvij. de quodā ambicioſo religioſo: q̇ cū ad abbatiam
quā p̄emerat vocaret̄: ⁊ ille ī modeſtiā ſimulās: vt aui-
dius peteret̄: onus refugeret recuſaret honorē ⁊ ſe pa-
lā tāte rei indignū diceret plane inq̇t p̄nceps indign⁹
eſt: qꝛ illā tanta mihi pecunia data emiſti: ſed ꝑ me non
ſtat quo min⁹ pactio impleat̄ ſed ꝑ te: qꝛ indignū te di
cis: igit̄ ad domū redeas: ⁊ q̇ dign⁹ eſt deſtitute p̄ficia
tur eccl'ie. ¶ Ex quo facto ptꝫ quō verbis mendacibꝫ:
⁊ veracibꝫ ſe humiliant. Nota. Q.vj.32. ¶ Cōtra ta-
lem magna adhibēda eſt cautela: ſicut cōtra venenum
coloratū pulchris coloribꝫ: ⁊ ſicut ꝯ lupū in pelle oui-
na coopertū: q̇ caput inclinat vt ſb̄ ouili intret: ⁊ oues
mactet ⁊ deuoret: ſic ſi hūiliat⁹ cadat curuus obfirma
animū tuū: ⁊ cuſtodi te ab illo Ecci.xij. Obfirma inq̇t
animū tuū ne cito ei aperiat̄ vel in his que deſiderat ei

3 ꝯdeſcēdat:q̄ ſi ignot⁹ tibi ſit expecta pauliſper: ⁊ non
erit:q̄ ſic gutta d̄ vaſe agitato exiēs certo oſtēdit indi-
cio:q̄le reliquū ſit qđ int⁹ remanet:ita vboꝝ ⁊ operū
gutte de oꝛe ⁊ manib⁹ illius decurrētes:ipſius interio-
rem oſtendunt qualitatē. Non dico q̄ verba ⁊ opa h̄
oſtendūt:que rei deſiderate adeptionē vel ipſius prece
dunt agitationem:ſed que ſequuntur:q̄ vt dictū eſt: ta-
les ante rei quam cupiūt poſſeſſionem humiles ſe fin-
gunt:anteq̄ etiam verbo diſplicentie vel quacūq̄ tan
gatur: vel agitentur aduerſitate:guttam nullā ſuperbie
emittunt: vl' impatientie: ſed poſtq̄ fuerint adepti qđ
deſiderabant oſtendūt ope quales prius fuerūt volun-
tate cū etiā tacti fuerint: p guttā effluentē hoīs intrin-
ſeci oſtendūt qualitatē:ſicut nup accidit d̄ quodam in
Exm̄ quadam ꝯſtituto maioꝛitate: vt ille ceteris p̄eeſſet paſto
ribus:hic quadā die in ſocietate fratrū exiſtens ſeipm̄
vituperauit humilitate ficta ſeipm̄ ꝓ officio tali indi-
gnum aſſerens:cui cum quidā de circūſtātib⁹ teſtimo-
niū phiberet graui ꝯ illū ira exaſperat⁹ ipm̄ male dice-
re aſſeruit:addens: q̄ nunq̄ ita bonū in illo habuerūt
officio. ¶ Talium nanq̄ cōmunis eſt cōditio: q̄ quā-
tumcūq̄ ſe indignos peccatoꝛes ⁊ defectuoſos aſſerāt
hoc tn̄ ab alio audientes iraſcuntur: ⁊ tria ꝓ vno amat
ro reddunt verbo:quoꝝ melācolie ſequens oſtenſio p̄
cedentis hūilitatis:quā oꝛe oſtendebant:oſtēdit fictio
nem: ⁊ factū ſequens vel p̄cedentis verbi oſtendit fal-
ſitatem vel ſui ipſius irrationabilitatē. Si enī vt dicūt
indigni non ſunt:quare indignos ſe eſſe dicūt. Si vo
ſunt tales quales ſe aſſerunt: q̄re iraſcuntur hoc ab alijs
audientes: de quocunq̄ enī tali dici pōt illud Eccl.xx.
Eſt qui ab humilitate leuabit caput:ficte nanq̄ caput
prius humiliantes illius humiliatiōis cauſis p̄ceden-
tibus caput eleuant:oſtendētes q̄ illud prius falſiter
⁊ amicitia magna pinneti ꝓ nobis orant: ſicut lauda-
mus qui in curijs magnoꝝ principū magnū locū no-
bis tenēt: ꝓpter hoc enī memoria iuſti cū laudib9. Pro
uer. x. Et laus ei9 in eccl'ia ſanctoꝝ: in pſal'. cxlix. Et ſi-
gnāter dicit in eccl'ia. i. ꝯgregatione ſanctoꝝ ⁊ non ma
loꝝ ſeu ꝓphanoꝝ: qꝛ ꝓphani iuſtū dū viuit non liben-
ter laudant ſed poti9 eis laudant ſil'es. Laudant mag'
mortuos q̄ȝ viuentes. Eccl'es. iiij. Poſt mortem vō ⁊ ſi
laudent laus illoꝝ ſancto non placet. ¶ Primū ex ver
bis ptz Senece in quadā ep'la ſectator inquit ep'larum
non de bene viuente: ſed de bene paſcente laudabilē ꝓ
fert ſententiā: nec hoc bene viuenti diſpliceat: ſȝ poti9
illoꝝ laudes ei diſpliceāt. Vnde Seneca ibidē. Sit ti-
bi tam triſte laudari a turpib9 q̄ȝ ſi lauderis ob turpia.
Letior ḡ eſto quotiens diſplices malis: ⁊ maloꝝ de te
eſtimatōes malas: verā tibi laudationē aſſcribe. ¶ Se
cūdū ptz. E. vij. z. Nō mortui laudabūt te: in ps. cxiij.
Ar. iij. ¶ Tertio laudaꝛ pctōr in deſiderijs aīe ſue: in pſal'. ix.
Et hoc male ꝓpter tria damna que ex tali ꝯtingūt lau-
3 datione. ¶ Primo nanqȝ ex hoc damnū cōtingit ipis
laudatis tripliciter vel aliquo triū modoꝝ ſm q de tri
bus vel de aliquib9 triū laudanꝛ: quia aut laudanꝛ de
bonis que forte int' alia mala pauca fecerunt: ⁊ tūc de-
cipiunꝛ: ſicut coruus a vulpe. G. ij. 15. vl' laudaꝛ de in
differentib9 que bona intentione ⁊ mala fieri poſſunt:
ſicut patet de domoꝝ edificijs ⁊ opibus magnificis ⁊
tunc ad inanem gl'iam inardeſcūt ad talia faciēda pro
pter hoīm laudes: etiā vijs malis: etiam vbi bone nō
ſufficiūt anhelāt. Vnde Criſo. ſup Math. in hoc caſu
quaſi mentē illoꝝ ⁊ verba recitans: ait. dicebant inqt ſi
bene fecerim9 cum pauperib9 vel mediocrib9: q̄s illud
videt: ⁊ ſi viderint nō multi vident: ⁊ ſi multi vident
ꝓ tpe. Meli9 eſt ḡ edificia facere: q̄ aſpiciāt oēs non in
hoc tpe ſolū: ſed imposterū. O inſipiēs inqt q̄d tibi ꝓ-
deſt iſta mora: ſi vbi es torq̄ris: ⁊ vbi nō es laudaris:
aut laudanꝛ vl' eis ſaltē arrideꝛ in turpib9 verbis ⁊ iu
ramētis ⁊ malis opibus ⁊ tunc ꝓmptiores ⁊ audacio
res fiūt ad ſil'ia ꝑpetrāda: qꝛ ex q̄ vident q alij de eoꝝ
rident nequicijs q qꝛ apud illos maiorē inueniūt gra-
tiā fiūt q̄ſi mimi ad oīa talia nepharia pati ſtudētqȝ
quō plures neq̄cias loq̄ ⁊ facere poterūt ⁊ ſic talis fit:
oſtendiꝛ ⁊ ꝓbatur homo ore laudātis. Prouer. xxvij.
¶ Secūdo nocēt alijs q̄ audaciores fiunt ad faciendū
mala: ad iurandū ⁊ deridendū videntes ⁊ audientes
q laudabunꝛ oēs qui iurant in eo: in ps. lxij. ¶ Tertio
nocent ſibijpis: qꝛ dū malos laudāt occaſio ſunt malo
rū: q̄ faciūt ⁊ legē dei derelinquūt ⁊ ſeipos malos eſſe
oſtendūt: de illis vicȝ de quib9 Prouer. xxviij. Qui de
relinquūt legē laudant impiū: ipi ſcȝ impij laudāt im
piū: q̄ ſi bene illoꝝ laudes cōſideraret: non pl9 ex illis
Exēm honoraꝛ: q̄ȝ ille vſurari9 de q̄ hiſtorie q̄dā cōtinent: q
cum in quadā patria mortu9 eſſet in q̄ defuncti ſm pa
trie conſuetudinē extra domū ad ſepeliēdū deferri nō
debuerūt anteq̄ȝ eoꝝ laudes recitarenꝛ ⁊ more q̄rūdā
nationū q̄ ſup mortuos cantilenas faciunt lamētabi-
les in quib9 defuncti opa recitanꝛ ⁊ laudes cantarenꝛ
Cū ḡ de illo peſſimo vſurario nullū bonum dicere ſci
rēt qui affuerūt: ⁊ ſic ſepultura ei9 ꝓ tanto impedireꝛ
affuit vn9 qui barbā eius radere ſolebat: dicēs: q nū-
q̄ȝ inuenit barbā ad radendū faciliorē ⁊ tali laude con
tent9: ſed non multū honorat9 ſepult9 eſt: ⁊ talis in ꝯ-
ditiōe impioꝝ ſine honore erit laudatio. Prouerb. xj.
Nota de hac materia. R. N. v. arti. ix.

L. iiij. **REgū. Primo oſtendetur**
differentia. Secūdo noue legis efficatia. Ter-
tio obſeruantia. Quarto infectio. Quinto infectionis
cauſa.
¶ Qtū ad pmū adaperiat dñs cor veſtrū in lege ſua Ar. j.
ij. Mach. j. Pro quo eſt aduertendū: q licet de oīni le-
ge tā nature q̄ȝ Moyſi q̄ȝ Chriſti q̄ȝ etiā gr̄e ſeu mūdi
poſſet intelligi illud. Ro. vij. Lex q̄dē ſancta eſt: ⁊ mā
datū ſanctū. Et iterū ibidē lex q̄dē ſpūalis eſt. Et iterꝝ
j. Thimo. j. Lex q̄dē bona eſt: ſi q̄s ea legitime vtatur
Non tū ſancta eſt ei q̄ ea nō bene vtiꝛ. Ea aūt bū non
vtiꝛ q̄ vba accipit cuiuſcūqȝ legis ⁊ nō ſenſuȝ. Sicut
Iudei legis Moyſi ⁊ heretici legis Chriſti. Et nōnul
li legiſte legis mūdi ſeu Graciani ⁊ Iuſtiniani: q̄ nuc'
maſticāt teſtā ⁊ nō nucleum: ꝓpter q̄d lacerata eſt lex.
Abacuck. j. ¶ Licet inq̄ȝ oēs p̄dicte in hoc ꝯueniāt ge
neraliter q in ſe bone ſint ⁊ etiam in vſu licet in abuſu
q̄nqȝ ꝯuertanꝛ tū in ꝯditionib9 ſpecialib9 magna eſt il
loꝝ differētia: ⁊ mutatio ſeu variatio. ¶ Nec enī diffe-
rentia ptz in lege Moyſi: ⁊ chriſti int' q̄s talis fuit diffe
rentia: q̄lis fuit differētia inter lucem pmo die creatā
Geñ. j. ⁊ ſolē q̄rto die creatū: q̄lis etiā fuit int' baculū
Helyſei a gieſi ad filiū mortuū deportatū. iiij. Re. iiij.
Et ipius Helyſei p̄ſentiā: qꝛ ſicut lux illa in ſolis crea
tiōe finita fuit atqȝ cōpleta q̄rta die. Ita lex Moyſi le-
ge gr̄e q̄rta die data: vt prim9 dies ꝓ tpe accipiaꝛ eter-
nitatis. Secūd9 ꝓ tpe legis nature. Terti9 ꝓ tpe leg'
Moyſi. Quart9 ꝓ tpe legis gr̄e in cui9 dei aurora or-
tus eſt ſol iuſticie chriſt9 de9 noſter. Ad quē finita ⁊ cō
pleta eſt lex Moyſi: ſicut vmbra adueniente veritate:
vmbrā enī habēs lex futuroꝝ bonoꝝ. Heb. x. Et hoc
eſt q̄d ait Math. v. Nō veni legē ſoluere: ſed adimple
re. Sicut etiā bacul9 ille a gieſi portat9 filium mortuū
ad vitā p̄ſtinā ⁊ ad ſtatū ꝑditū anteq̄ȝ ipemet veniret
Helyſe9 non reuocauit: ita per legē Moyſi: quā iudei
portabāt: fili9 dei gen9 hūanū vitā ⁊ ſtatū ſalut' amiſ-
ſum nō recupauit anteq̄ȝ chriſt9 p̄ſentiā ſuā exhiberet
qꝛ ex opib9 legis non iuſtificaꝛ oīs caro corā illo. Ro.
iij. Quia etiā lex neminē ad pfectionē ducebat. Heb.
vij. Nec ꝑ legē facta eſt ꝓmiſſio Abrae: ⁊ ſemini eius.
Ro. iiij. ¶ Rōnem vō q̄re de9 legē nature ⁊ Moyſi p̄ 2
cedere voluit legē gr̄e in plurib9 videre poſſum9 exem
plis. ¶ Primo nāqȝ videm9: q infirmi minori vtunꝛ
lumine: pueri etiā ⁊ oīno indocti groſſiori etiā ⁊ cō-
muniori pri9 informanꝛ doctrina ⁊ anteq̄ȝ ad altas et
ſubtiles ponanꝛ ſciētias ſub pedagogo ſunt: ſub q̄ per
rudiora ⁊ ſubtiliora intellectū abilitāt imbecillē. Sic
in ꝓpoſito igiꝛ lex pedagog9 noſter fuit. Gal'. iij. ¶ Ite-
rū videm9: q inimicitia inter duos exiſtēte: ille q̄ pacē
q̄rit ⁊ ꝯcordiā q̄nqȝ nūcios ⁊ mediatores alteri mittit:
ſine literis: q̄nqȝ cū literis vt pacē amicitiāqȝ reformēt
q̄b9 reformatis ſibi mutuo occurrentes oſculanꝛ. Sic
inimicitia exiſtente inter deū ⁊ hoīem: de9 qui noluit
mortē peccatoris nūcios homini miſit ꝑ antiq̄s p̄res ſi
ne literis ante legē Moyſi: ſicut Noe ⁊ alios iuſtos: q̄
licet ſine lr̄is veniret: qꝛ legem nō dabant in ſcriptis:
tū archā fabricādo ⁊ picula futura aſcēdēdo: pctōres
ad dei amicitiam hortabanꝛ. ¶ Poſtea vō alios miſit
ambaſiatores Moyſen vicȝ ⁊ Aarō cū ceter' illoꝝ ad-
iutorib9 cū lr̄is legis ſcripte: ꝑ q̄s illi ſaltē ꝓp'o eq̄liter
recōciliatus homini in vtero virginis gl'oſe occurrit:
ipmqȝ deoſculans: pacē cōpleuit ⁊ ſua p̄ſentia ꝯfirma
uit q̄ſtū ad illos de q̄b9 in ps. cxviij. Pax multa dilige-
tib9 legē tuā. ¶ Et rōnaliter q̄dē pacē tenebit cū diligē 3
tib9 legē ſuā: ⁊ nō alijs: qꝛ dū de pacis tractareꝛ refor-
matiōe: illa ꝯditio appoſita fuit: hoc nāqȝ recordaꝛ ꝓ-
pheta ⁊ in ſcriptis ſub manu publica redegit: dicens:
viuā: qꝛ lex tua meditatio mea eſt: in ps. cxviij. q̄ſi di.

Sub hoc pacto vitã ⁊ pacē habebo: ſi vicȝ legē tuam meditauero ⁊ dilexero ⁊ nõ aliter. Et hoc eſt ꝙ idē notari⁹ publicus teſtificat̃ in pſona dei loquens. Si in qt dereliquerint filij eius legē meã ⁊ in iudicijs meis nõ ambulauerint: viſitabo in virga iniqtates eoꝝ: pſal. lxxxviij. ⁊c. Nec talis legũ mutatio: mutationē arguit in legiſlatore deo: qꝛ ſm Decretũ di. lxiij. qꝛ ſancta romana. §. verũ. Legũ abrogatio ⁊ pcedentiũ cõſtitutionũ reuocatio ⁊ nouarũ ordinatio occaſione maloꝝ fit emergentiũ. Et ponit̃ ibi exēplũ de ſerpēte Eneo: quē Moyſes iubente dñõ fecit ne ſerpētina morte ppl's interiret: quē cũ poſtea ppl's colere ⁊ venerari inciperet. Ezechias rex volente dñõ deſtruxit. Sicut ḡ in iſto exemplo non dei mutabilitas ſed ppli non ſolũ oſtendit̃ mutabilitas: ſed etiã vtilitas dñi ꝓpter illoꝝ mutabilitatē ⁊ vtilitatē dei ordinationē mutauit ſerpētis: ita in ꝓpoſito de legibꝫ antedictis.

Ar. ij. ¶ Predictis nanqꝫ cauſis emergētibꝫ neceſſe eſt vt legis tranſlatio fiat. Hebre. vij. ¶ Sed cũ legũ trãſlatio
4 vel mutatio a ſapiētiſſimo legiſlatore deo: de quo Job xxxvj. Null⁹ ſilis ei in legiſlatoribꝫ nunqȝ fiat niſi in meliorē ⁊ honorabiliorē ſequit̃ ꝙ lex gratie ĩ quã alie tranſlate ſunt: ſic efficacior melior ⁊ honorabilior atqȝ virtuoſior. ¶ Pro quo eſt ſciendũ: ꝙ fuit de alijs legibus ante legē grē: ſicut de carta magne hereditatis alicui ꝑmiſſe ſcripta ⁊ non cõfirmata ꝑ teſtes ⁊ ſigillũ ſicut etiã de teſtamēto in q̃ multa alicui legant̃: q̃ tñ obtinere non põt ante mortē teſtatoris. Quia ſicut ille per cartã illam licet hereditatē vendicet: non tñ acq̃rit: nec etiã legatari⁹ legatũ ante carte ꝯfirmationē ⁊ mortē teſtatoris: tñ qñ cartã ſcribit vel ſcriptã habet ſigillationē petit ⁊ ſperat teſtamenti valorē expectat legatari⁹ ⁊ vtroqȝ optato vel expectato potiri poterit ſi ꝯditiones in carta ⁊ teſtamēto appoſitas teneat: ſi cũ fideli tractet hoīe. Si aũt non teneat fidelis ille pactũ de hereditate vel legato ei tenere nõ vult: nec tenet̃. Sic in ꝓpoſito lege nature ſcripta in cordibꝫ ⁊ Moyſi ſcripta in libris carta fuerũt non ſigillata ⁊ teſtamentũ non ꝯfirmatũ: qꝛ in carta illa ſub tipo terre ſancta hereditas ꝑmittebat̃ celeſtis de illa etiã loquēs: dicit: diſpoſui teſtamentũ electis meis: in pſ. lxxxviij. Tamē ꝑ cartã illã vel teſtamentũ nec celeſtē hereditatē eis in carta ꝑmiſſam ⁊ in teſtamento legatã acq̃rebãt: non obſtãte: ꝙ illa ſcribentes vel ſcriptis vtētes: ſpem haberēt de ſigillatiõe ⁊ ꝯfirmatiõe idqȝ peterēt Dañ. vj. dicētes. Confirma ſententiã ⁊ ſcribe decretũ anteqȝ chriſt⁹ veniret ⁊ cartã ⁊ ſententiã veteris legis teſtibꝫ illis adhibitis: de quibus Actuũ. j. Eritis mihi teſtes in iſrl' ⁊ in omni iudea ⁊c. Et ſigillo rubee cere. i. carnis ſue benedicte in cruce appoſite confirmaret nouas leges ⁊ Decreta addēdo: de qbꝫ pdicit̃: ſcribe Decretũ ⁊c. q̃ſi. d. Cõfirma ſententiã antique legis ⁊ ſcribe Decretũ noue: vt teſtamētũ mediante morte ſua legatario validũ fieret: qꝛ teſte Paulo. Hebre. ix. Ubi teſtamentũ eſt: mors neceſſe eſt: intercedat teſtatoꝝ: in cui⁹ ſignũ morēs dixit: ꝯſummatũ eſt ſcȝ tã ꝯtentũ in carta qȝ teſtamēto. ¶ Per cartã ḡ
5 ⁊ teſtamentũ hereditatē celeſtē acq̃rere pñt: q̃ ꝯditiões in carta oppoſitas tenēt: ille aũt ꝯditiões ſunt mãdatorũ dei cuſtodia. Deut. xix. Cũ dederit tibi cunctã terrã quã pollicit⁹ eſt ſi tñ cuſtodieris mãdata: ⁊ feceris q̃ hodie pcipio tibi vt diligas dñm deũ tuũ ⁊c. Et q̃ cõditiões etiã in teſtamēto appoſitas obſeruant: in pſal. lxxxviij. Sic uſtodierint filij ei⁹ legē meã ⁊c. Et iterũ pſ. cxxxj. Si cuſtodierint filij tui teſtamentũ meũ ⁊ teſtimonia mea hec q̃ docebo eos: ⁊ filij eoꝝ vſqȝ in ſeculũ ſedebũt ſup ſedē tuã ⁊c. Teſtatoriqȝ iterum grati exiſtãt: alit̃ nõ ſicut ptȝ. D. viij. 6. Ne dimittas ḡ legē matris tue. Prouer. j. Sȝ diligēter tene ꝯditiões q̃ in ea ſcripte ſunt ⁊ nõ dimittet te donec hereditate poſſideaaris ſanctuariũ dei. Si aũt illã dimiſeris dimittet te: immo qñ in morte libri aperient̃ legis: q̃ mõ ſunt q̃ſi ꝑ indēpturã diuiſi: ita ꝙ vnã pte de⁹ ꝑſus ſe reſeruat: qꝛ in dextera ei⁹ ignea lex. Deut. xxxiij. Aliã vo cõdiuiſam tradidit nobis in cuſtodiã: dicēs: dabo legē meã in viſceribꝫ vrĩs. Jere. xxxj. Et viſum fuerit q̃d lex iubet? ⁊ q̃d feciſtis? ⁊ q̃d ꝑmiſit? ſicut ptȝ. J. iiij. 2. Si nõ ſeruaſtis pacta q̃ in libris illis cõtinent̃: nõ ſeruabit ꝑmiſſa bona ĩ illis ꝯtēta: ſi aũt ſeruaſtis ſeruabit: ſicut ptȝ. X. j. 14. Ergo habēdo reſpectũ ad illud tps: q̃ cuſtodit legē beat⁹ eſt Prouerb. xxix. qꝛ ps indēpture quã habet ex pte ſua: ꝯcordat cũ pte dei: hoc nanqȝ neceſſariũ eſt: ꝙ vel ꝯtineat̃ anteqȝ in iudicio oſtendat̃ videas q̃d in pte dei ꝯtineat̃. Math. 5. Bti paupes ⁊c. ⁊. xxv. Eſuriui ⁊c. Et Exo. xxx. pcepta. Nõ. C. vij. 17. ¶ Ex oībꝫ iſtis ſic deductis ptȝ: ꝙ eſt q̃dãmodo de lege dei: ſic de ꝓfeſſione religioſoꝝ: de q̃bꝫ nãqȝ religioſis dꝛ ꝙ ꝓfeſſionē manu ꝓpria ſcriptã ⁊ reſeruatã ſup eos: qñ ſepeliunt̃: ꝓijciũt viui: q̃ſi. d. ſi pactũ nõ tenuiſtis: nec promiſſuȝ in iſta cedula: ſit hec cedula ꝯ te corã dõ. Si vo tenuiſti ſit ꝓ te: vt ꝑ illã hereditatē acq̃ras celeſtē. Sic in morte hereditatē obtinebitis eternã: ſi tñ legē pfeciſtis regalē. Jaco. ij. Nota. C. vij. 4. ¶ Qui vo ꝯ indēpturã ⁊ legē fecerũt ꝑmiſſis priuabunt̃: qꝛ q̃cũqȝ in legē peccauerũt ꝑ legē iudicabunt̃. Ro. ij. Tãto graui⁹ quãto legē trãſgreſſi ſunt meliorē: ſicut ptȝ. D. j. 21.

¶ Nõ ſolũ ḡ legis noue excellētia ⁊ efficacia: ȝ etiã nõ obſeruãtiũ pena ⁊ obſeruãtiũ gaudia: nos ad illi⁹ obſeruãtiã arti⁹ aſtringere deberēt: vt vicȝ primo habeat̃ in corde: ꝑ iugē meditationē ⁊ dilectionē: ſic lux in domo ꝯ oēs infidelitat' vel maloꝝ cogitationũ tenebras exēplo illi⁹ in pſ. xxxvj. Lex dei ei⁹ ĩ corde ipi⁹. Et iterũ: Quõ dilexi legē tuam dñe: tota die meditatio mea ē ⁊c. Et iterũ: Legē tuã in medio cordis mei. Cõtra negligētes legē dei q̃ vix minimã ptē cordis cũ illa vl' circa illã occupãt: de q̃bꝫ Ezech. xxij. Sacerdotes ꝯtēpſerũt legē meã ⁊c. ¶ Secũdo in volũtate ſicut regula in agēdis ⁊ mēſura in mēſurãdis: exēplo ſancti viri de q̃ in pſ. j. Jn lege dñi fuit volũtas ei⁹: ⁊ in lege ei⁹ meditabit̃ die ac nocte. ¶ Tertio in ore ſicut doctrina mgr̃i ad docendũ diſcipulũ ad illũ effectũ ſtude tu ⁊ labora: vt lex ei⁹ ſemp ſit in ore tuo. Exo. xiij. ⁊ non ad vanas diſputatiões. ¶ Quarto in ope: pmo vt ipam in teipo teneas atqȝ ope impleas. Secũdo vt ab alijs illã cuſtodiri facias. ¶ Ad pmũ nos artari deberēt tã gētiliũ exēpla qȝ etiam ratio ⁊ ſacre ſcripture auctoritas. Primũ ptȝ. J. xiij. 7. Ratio etiã h̃ dictat: qꝛ ex q̃ ipi gētiles tã ſtricte in ſeipis obſeruare voluerũt legē: q̃ corpa tñ regebat vt alijs obſeruãdi darēt exēplũ. A fortiori rõne: chriſtiani legē obſeruare deberēt quã dãt vel docet vl' pcipiũt q̃ aĩas regit ⁊ ad vitã ducit eternã: ⁊ etiã corpa ⁊ aĩas vt alijs darēt exēplũ eas tenendi. ¶ Sacra ſcriptura ad h̃ exēplũ ducit ⁊ auctoritatē. ij. Paral'. xvij. Docebãt inq̃t pplm habētes libr legis dñi in manibꝫ librũ legis in manibꝫ habēt: q̃ qd ore docēt manibꝫ implent. Exēplũ ad h̃ de ꝓpha: q̃ dicit ſcrutabor legē tuã ⁊ cuſtodiã illã in toto corde meo: in pſ. cxviij. ¶ Secũdo illã ab alijs obſeruari faciãt. Quia q̃d valet legem condere: niſi executiõi ⁊ obſeruatiõi demãdet̃. Non ḡ ꝓprijs parcat laboribꝫ vel diſpēdijs q̃n leges tã a chariſſimis ⁊ ꝓximis: qȝ etiã ab alijs oībꝫ ſubiectis obſeruari faciat. Exēplũ vniũ ad hoc habet̃ de Traiano. J. xiij. 8. ¶ Aliud exēplũ ad idē ſcribit Trog⁹ põponi⁹

Ar. iij. 6 7 8 Exē

li.iiij. de ligurgo: q̄ cū leges in ciuitate ſtatuiſſet: q̄ dure videbant obligauit ciuitatē: ꝙ illas ſaltē tenerēt vſqꝫ ad ciuitatē: de q̄ tūc erat exiturꝰ: rediret qđ cū ꝑmitterent exulauit nec vnq̄ꝫ redire voluit. Oſſa vo ſua ꝑcepit in mare ꝓijci poſt mortē ſuā: ne illis reducti ab obligatiōe viderent abſoluti. In q̄ facto oſtēdit: ꝙ q̄ legē neſciuit Chriſti vel Pauli: plꝰ tñ cōmunē dilexit vtilitatē: q̄ꝫ ꝓpriā: ⁊ q̄ Auguſtini nō viderat regulā: cōmunia ꝓprijs ⁊ non ꝓpria cōibꝫ anteponit. ¶ Tertiū exēplū ad h̄ ſcribit Valeriꝰ li. vj. de Saleuco: qui vrbem Hurretiū ſaluberrimis legibꝫ muniuit: int̄ q̄s fuit ꝙ

Exm̄ deꝓhenſus in adulterio vtroqꝫ oculo priuaret. Cū filio in crimine illo deꝓhenſo facere vellet ad maximā ciuiū inſtantiā vnū oculū filio ꝑceſſit: ⁊ ne lex frāgeret ſibiipſi alterū eruit oculū: iſte nec ſibiipſi nec filio chariſſimo in legis pepcit violatiōe. ¶ Sed heu in oibꝫ p̄dictis punctis: nōnulli modernoꝝ diſſipauerunt legē tuam: in pſal. cxviij.

Ar.iiij. ¶ Cōtra primū nāqꝫ exēplū poſitū. J. xiiij. 7. legē diſſipāt q̄ in his q̄ fauoris ⁊ cōmodi ſunt: q̄ꝫtū ad ſeipſos

9 leges tenere faciūt ⁊ non q̄tū ad alios. In his vo q̄ rigoris ſunt neq̄q̄ꝫ: ſicut p̄tꝫ in dn̄is vel eoꝝ miniſtris: q̄ ſtatuta faciūt de certo p̄cio rerū venaliū in dn̄io ſuo: ſicut de aīalibꝫ de vino ⁊ hmōi qđ ſtatutū vulgari noīe aſſiſā vocāt. Poſt cuiꝰ ordinationē ipſimet tñ dabūt ⁊ nō plꝰ q̄n aliqđ emere voluerint: ita ꝙ in emptiōibꝫ ꝓprijs in oibꝫ aſſiſā tenebūt: q2 eis fauorabil' eſt: ꝟ muneribꝫ vel negligētia interuenietibꝫ: nō cōpulerūt ſuos ſubditos: ꝙ alijs ſic vendāt: ⁊ maxime extraneis ꝟ ꝑmittūt ꝙ carius vendāt peregrinis ⁊ aduenis q̄ꝫ indigenis. Quodqꝫ ipi duriꝰ tractent: in ipis legis exercēt rigorē: in alijs fauorē ꝯ dei p̄ceptū. Exo. xij. Eadē in q̄t lex erit indigene ⁊ colono. ¶ Cōtra illud iterū faciunt: q̄ actoꝝ ⁊ ordinationū ⁊ ſtatutoꝝ ⁊ legū: ſubditis onera imponunt importabilia: nec minimo digito ea ſupportāt: q2 nō digitū: ſed linguā ſolā ad onꝰ ponūt: ⁊ q̄ p̄dicāt nō furari furant. Timeant tales maledictionē dei. Deut. xxvij. Maledictꝰ inq̄t q̄ nō ꝑmanet in ſer

10 monibꝫ legis huiꝰ: nec eos ope ꝑficit. ¶ Cōtra aliđ exēplū de Ligurgo faciūt q̄ in legibꝫ ⁊ ſtatutis ſuis plus cōmodū reſpiciūt ꝓpriū q̄ꝫ ſubditoꝝ: ſicut illi q̄ hmōi ſemꝑ ꝑdūt ⁊ teneri faciūt circa lucra terrena. Et iſta eſt cōis infirmitas nōnulloꝝ dn̄oꝝ tā ſeculariū q̄ eccl'iaſticoꝝ: q̄ leges dei vel eccl'ie: ſicut Decreta vel Decretalis vel etiā leges ciuiles: q̄ ad eas nō ꝑtinēt lucratiuas nō negligūt ſed ad deuotionē vel ꝯſcientiā ⁊ aīam regendā negligūt: nec circa illas ſtudent ⁊ negligi ꝑmittunt. Cōtra illos etiā q̄ ſtatuta faciūt ꝓuincialia ⁊ ſynodalia: ⁊ ea in ſynodis ſuis ore ꝓnūciāt: nec tñ impoſterū ea debite ⁊ diligēti demādāt executiōi. Et ſpecialiter q2 ad dei ꝑtinent honorē ⁊ aīarū ſalutē q̄rū tranſgreſſio ad dei ꝑtinet inhonorationē ⁊ aīarū ꝑditionē: ⁊ nō ad pecuniarū acq̄ſitionē de q̄bꝫ idē deꝰ ꝯquerit: dicēs. Jere. ij. Tenētes inq̄t legē neſcierunt me. q̄ſi. d. In alijs legē tenēt ſed nō in his q̄ me tangūt: vide. S.

11 iiij. 2. ¶ Cōtra tertiū exēplū de Saleuco faciūt q̄ i alijs extraneis fornicatiōes ⁊ alia corrigūt pctā: ꝟ nō in familia ꝓpria: ⁊ hic error tāq̄ꝫ lex cuſtoditꝰ eſt Sap. xiiij. Cōtra q̄s eſt lex p̄allegata. Exo. xij. Eadem erit lex ad uene ⁊ colono. ¶ Sed heu aduerſus hmōi non eſt lex. Gal'. v. i. aduerſus familiares potētes ⁊ munera dantes: ⁊ carnales affectiōes. In his em̄ nulla lex obſeruatur: nec q̄ꝫtū ad illos: leges ſuas extēdūt: niſi legē illam de q̄. ij. Re. vij. Nec eſt lex inq̄t Adā hoīs dn̄e deꝰ: q̄ vicꝫ potiꝰ deū offendere: ipiuſqꝫ trāſgredi voluit mandatū: q̄ꝫ vxori ſue diſplicere: vel ꝯ eiꝰ facere volūtatē.

Sic in ꝓpoſito ⁊ p̄tꝫ: vñ ill': vel dicūt: vel dicē p̄nt illđ qđ dixit rex Aſſuerꝰ Heſter vxori ſue. Nō em̄ ꝓ te: ꝟ ꝓ oibꝫ lex hec ꝯſtituta eſt. Heſter. xv. Sꝫ hec ſapiētia carnis mors eſt: legi em̄ dei non eſt ſubiecta. Ro. viij. Nec etiam ipi deo. ¶ Tales ꝟ obſeruatores ⁊ executores nō ſunt de regula legis dei: ꝟ Pilati: q2 qđcūq̄ꝫ p̄dicti ab eis petierint: vel quecūqꝫ etiā ꝯ legē puniri vl' affligi petunt: ꝓcedunt: dicētes cum Pilato: ꝓm legem veſtrā iudicate eum Jo. xviij.

¶ Ex iſtis vltimo dictis in ꝑte p̄tꝫ: ꝙ bonarū legū infectiōis triplex eſt cauſa. ¶ Primo obſeruatoꝝ auaricia ⁊ negligētia ⁊ carnalis affectio: ſicut ex dictis in p̄cedēti articulo p̄tꝫ. ¶ Secūdo maloꝝ inſtātia: ſicut p̄tꝫ de iudeis: q̄ ita importune inſtabāt erga Pilatū: dicētes. Nos legē habemꝰ: ⁊ ꝓm legem n̄ram debet mori. Jo. xix. ꝙ eū ad p̄uaricationē leg' qđammodo cōpulerūt. ¶ Tertio falſoꝝ cautela ſeu malicia ꝑ quā leges trahūtur ad libitū: ſicut p̄tꝫ. A. xij. 38. Per os em̄ tres: ⁊ illorū cōſiliū auxiliū ⁊ fauorē facit diabolꝰ eccl'ie et totius chriſtianitat' cōitati ꝙ fecerūt Greci Troye ꝑ auxiliū Hercul': de q̄ narrat Virgiliꝰ i Eneydos. Q̄ i troya erat imago Minerue: q̄ apud illos dea dicebat ſapientie. Nec ꝓm fabulas illas: q̄diu in Troya maneret: troyanos nullꝰ vincere potuit: hāc ꝟ Greci q̄ Troyā obſedebāt ꝑ Vlixē furabant: q̄ furata ciuitas capta ⁊ deſtructa fuit. Spūalit' lex q̄cūqꝫ de q̄ in pſ. xviij. Lex dn̄i immaculata imago q̄dā ⁊ exēplar eſt ſapiētie icreate. Sap. vij. Cādor eſt luc' eterne ⁊ ſplēdor ſine macula: ⁊ imago q̄dā bonitat' illiꝰ hec q̄ꝫdiu in eccl'ia ⁊ chriſtianoꝝ manebat ſocietate vel q̄cūqꝫ regno vel ciuitate ſeu loco: locꝰ ille manebat inuincibilis. Qđ videtes demones q̄ eccl'iam obſiderunt ꝑ p̄dictos fecerunt qđ Greci fecerūt ꝑ Herculē. Vñ ſicut Jeremias lamentat deſtructionē Hierl'm: ita mō poſſet lamentari deſtructionē eccl'ie: dicēdo: nō eſt lex Treñ. ij. Et ꝓphete non viderūt viſionē. Iſtā tñ legū p̄uaricationē ſpecia

13 lius ꝓcurāt demones ꝑ falſos legiſperitos: de quibꝫ Luce. vij. Legiſperiti ꝯſilium dei ſpreuerunt. Spreto em̄ ꝯſilio dei ꝑ ꝯſiliū ꝓpriū ⁊ diaboli oēm cām extra rectā viā ducē ſit legē mādatoꝝ decret' euacuās. Ephe. ij. ſicut p̄tꝫ. C. viij. 26. Et ipam peiorē facere ⁊ plōgare ſciūt: vt plura lucrent: dū hoīes diutiꝰ in illoꝝ tenēt domigerio. In q̄ facto illi medico aſſimilant: de q̄ habet i Digeſto nouo li. xj. ti. đ varijs ⁊ extraordinarijs cognitionibꝫ lege medicꝰ: ſub eo q̄ ſequit tenore. Medicꝰ cui curādos oculos: q̄ eis laborabat cōmiſerat periculū amittēdoꝝ eoꝝ aduerſa medicamēta inferendo ꝯtulit vt ei poſſeſſiōes ſuas ꝯ bonā fidē venderet. Sic illi q̄ viuūt ꝓm legē mandati carnalis Heb. vij. Cauſas multis annis in curijs ſuis trahētes in partiū grauamē ⁊ depaupationē. ¶ In q̄ facto ſtipēdiarijs aſſi

14 milant Italie in duobꝫ. ¶ Prīo q2 ſicut illoꝝ italicorū guerre ſine ſtipendiarijs: nec eſſent patrie ⁊ vicinis tā nociue nec tā ꝓlixe: q2 ſine ill' nec tot caſtra ⁊ villas deſtruerēt nec tot ſpoliarent: ideo cū ill' loquunt q̄n h̄ cōmittē cogitāt: ſic in ꝓpoſito. ¶ Secūdo: q2 ſicut ipi ſtipēdiarij ibidē ꝓpt̄ cōmodū ꝓpriū guerras nutriūt ⁊ in lōgū trahūt: ita in ꝓpoſito in curia laycali ꝑ vna terra ꝙ nullam ſentētiā mutat breue deponendo: ⁊ in curia eccl'iaſtica mirabiles exceptiōes inueniēdo ⁊ ꝓhibitiones đ curia ſupiori ad inferiorē mittēdo: nō ſolū i grauamē alteriꝰ part': ꝟ etiā freq̄nter in dānū ⁊ expēſarū grauamē client' ꝓprij; dn̄mō tñ lucrū ſibiipſi euenire ſperet ampliꝰ: in q̄ facto iudeo illi aſſimilant: de q̄ ſcribit Alfonſus in li. ſuo ꝙ ꝑ hūc modū peditāte gentili q̄dā eq̄tāte ⁊ iudeo ꝑ viā ꝯfabulantibꝫ ⁊ de legibꝫ ſuis Exm̄

conferentibꝫ: dixit iudeꝰ legē ſuā eſſe ꝑſequi oēs q̄ non
15 eſſent de lege ſua. Gētilis vo dixit legē ſuā eſſe ꝟ alteri
facere: qđ ſibi vellet fieri. Cui iudeꝰ: leges nr̄as in ope
oſtēdamꝰ: qꝛ nō auditores legis iuſti ſunt apud deū ſ̄
factores legis iuſtificabunt. Ro. ij. Quō inqt gentilis
illas oſtēdere debemꝰ: cui iudeꝰ: deſcēde de eq̄: ⁊ mihi
laſſo fac qđ tibi in ſili caſu fieri velles: equū tuū mihi
mutuādo: qđ cū feceris ſtatim poſt legē meā tibi oſten
dā in ope. Equū ḡ eius aſcēdēdo dixit. Tu oſtēdis in
ope legē tuā ſicut dixiſti: mihi feciſti qđ velles tibi fie-
ri. Nūc aūt tibi oſtēdā in ope qđ tibi dixi: tibi nāqꝫ di
xi ꝙ lex mea vult ꝙ ſim inimicꝰ ⁊ ſpoliator illoꝝ q̄ nō
ſunt de lege mea. Ex q̄ ḡ tu non es de lege mea erga te
ꝟ in ope oſtendā: equū tuū auferēdo a te: ⁊ ſic cū equo
ſuo fugiēs abceſſit malū ꝓ bono: ⁊ odium ꝓ dilectiōe
reddēdo. Licet hoc exēplū ꝯ oēs deo vl' homini ingra
tos de qbꝫ habet. G. iiij. ar. v. vſqꝫ in finē capituli ad-
duci poſſet: qꝛ cū a deo vel ab hoīe de peditibꝫ ⁊ eqtes
facti ſint ꝯ deū ⁊ hoīez illū frequēter militāt: vl' qbuſ-
uis modis faciūt: tū ſpecialiter eſt ꝯ ṗdictos: qui illos
ſpoliāt ⁊ decipiūt q̄ in eis ꝯfidūt: qꝛ ipi peiores ſunt ṗ
dicto iudeo: qꝛ gētilis in eo nō multū ꝯfidebat: qꝛ etiā
ipe gētilē: iſti chriſtianos ſimplices: q̄ licet leges neſci-
ant ſcriptas ſicut ipi: tū legē dei in corde habēt ⁊ ope:
de qbꝫ Ro. ij. Cū inqt gētes q̄ legē nō habēt natura-
liter ea q̄ legis ſunt faciāt eiuſmodi legem nō habētes
ipi ſibi ſunt lex: q̄ oſtēdūt opꝰ legis ſcriptū in cordibꝫ
ſuis: ſup q̄s licet maloꝝ ⁊ mūdi ſapiētū ꝯtēptꝰ veniat
⁊ maledictio: dei tū venit bn̄dictio. ſicut ſup illos. Jo.
vij. Nūqđ inquiūt aliqs ḋ ṗncipibꝫ aut phariſeis cre
didit in eū: ſ̄ turba hec q̄ nō nouit legē maledicti ſūt.
16 ¶ Sed dicēt illi falſi legū reuolutores ꝙ ſi q̄ fraus vl'
falſitas in ꝓceſſibꝫ illoꝝ cōmittit totū clientibꝫ illoꝝ:
⁊ nō illis imputādū eſt. Quia vt dicūt: oportet in omi
curia ꝙ legiſperitꝰ ita credat cliēti: in his q̄ ei dicit: ſic
oportet ꝯfeſſorē credere ꝯfitenti: cū tamē non ſit ſimile
qꝛ de factis ꝯfitentis vlteriorē inquiſitionē facere non
pōt: ideo ei credit tā ꝓ ſe: q̄ꝫ ꝯ ſe: qꝛ ſiue bene ꝯfiteat ſi-
ue male: ꝯfeſſio in bonū vel malū ꝯuertit ꝯfitēti: ⁊ nū
q̄ꝫ in periculū ꝯfeſſoris: ſaltē de hoc ꝙ veritatē zelat q̄
ipm latet ꝯfeſſorē. Si aūt rei veritatē aliūde ſciat: ⁊ cre
dere nō tenet: nec eū ſub illa forma in qua ꝯfitet abſol
uere debet: qđ ſi fecerit abſolutio nō in ꝯfitentis ſolū:
ſed etiā in periculū vertit confeſſoris. ¶ In factis vo
que cliētes eis oſtendūt vlteriorem inquirere poſſunt
veritatem: ⁊ ideo non tenent eis ſtatim credere: quod
ſi fecerint vbi cōtrariū ſciunt vel ſcire poſſent ſi vellēt
⁊ ſcire tenent. Sicut patet de appellationibꝫ li. vj. c. ro
mana: in q̄ patet: ꝙ iudex ſuperior ad ſuggeſtionē par
tis non debet iudicis inferioris ꝓceſſum impedire nec
ꝓhibere anteq̄ꝫ per teſtes iuratos de veritate partis in
formet: quē modū curia romana dicit obſeruare. Si
ergo curia cantuarie ſecus fecerit in periculū vtriuſqꝫ
vertit partis. ¶ Sicut ergo vni veniēti ad eos: ⁊ dicē-
ti ꝙ eſſet optimꝰ ouiū vel manerij illoꝝ cuſtos vel me
dicus: non ſtatim ei ouiū vel manerij vel corporis pro-
prij curā traderent: ei in his credentes vel in qbuſcū qꝫ
alijs vbi corpis vl' rerum immineret periculū. ¶ Qui
ergo vitā ⁊ mortē corpis ⁊ rerū amiſſionē: in ore vniꝰ
non poneret: ipi ſtatim credēdo quare vitā ⁊ mortem
anime in ore clientis ponit: ipi ſtatim credendo: quia ſi
male in cauſa ꝓcedat: de qua ſtatim credūt: mors pro-
culdubio imminet anime: quia ſi totam legē impleue-
rit: offenderit: aut in vno: ꝙ videlicet cupiditate pluſ-
q̄ꝫ veritate ductꝰ de pleniori veritate inqrere noluerit
vl' ſtatim a cauſa ceſſare cum veritatē contra clientem
inuenerit factꝰ eſt omniū reus. Jaco. ij. ¶ Sicut ḡ iu- 17
dex diſcretꝰ iuramentū in aliquo caſu non ſtatim acci-
pit: ſed illos onerat: vt interim ad certum diem verita
tem rei de qua iurāt: inquirat: ſicut vbi gratia. Alicui
viro eccl'iaſtico vel ſeculari: concedit purgatio de cri-
mine ſibi obiecto: quo facto veniet ad illos q̄ de facto
neſciunt ⁊ rogabit eos ꝙ ſecū iurent: qui iuramēto ab
eo accepto: ꝙ licite iurare poterunt: venient corā iudi-
ce nullam aliā habentes euidentiā quare illū purgare
volunt: niſi ꝙ eis iurauit reus. Judex vo diſcretus ꝟ
ab eis diligenter examinatis audiēs eis diem ꝓfigit in
ter quam ad villā vbi morat vadent ⁊ veritatē diligē
tius inquirāt: quo facto experimēto compertū eſt: ꝙ il
lū purgare noluerunt: quia illū reum de crimine im-
poſito inuenerūt. Sic illi diē ꝓfigant clienti: citra quē
de veritate diligēter inqrant ⁊ inuenient ꝙ multiplex
ſit lex eius. Job. xj. quia nec legē nec certitudinē in di-
ctis eius inuenient. ¶ Sed dicent quicqđ circa cauſam 18
placitamꝰ inquiſitio eſt veritatis quia nos nihil aliud
facimꝰ q̄ veritatē inquirere ⁊ oſtendere: quia nec cau
ſa vel res de qua agit per nos amittit vel lucrat: quia
non damus ſententiā: ſed predictū iuratoꝝ: qđ vulga
riter vocat verdit ſepius ꝑ antifraſim ⁊ per iudiciū iu
dicis: qui in lege altiſſimi incredulꝰ fuit. Ecci. xxxij. Et
ideo ſi qđ iuſtū fuerit vel acciderit eis: ⁊ nō nobis im-
putetur. Quibꝫ reſpōdet ꝙ conſentiētes ⁊ agentes ꝑ-
ſtantes inſup cōſiliū auxiliū vel fauorem par pena cō
ſtringit. Satis ergo ꝯſenſerūt: qui cū ſciret clientē ſuū
magnū eſſe patrie ductorē ſcire cū hoc potuerūt ꝙ du-
cere cauſam ad patriā eius equipolleret determinatiōi
⁊ ꝙ etiā lōge fiet lex in die illa. Mich. vij. ¶ Si vo di-
cant ꝙ niſi illi eſſent: plura mala fierent: ⁊ ideo ſtatus
illorum eſt bonus: non concludunt: ſed ſequitur ꝙ
minus malus eſt: q̄ꝫ eſſet ſtatus mundi: ſi ipſi non eſ-
ſent ⁊c.

Librorū ſpiritualiū. L. iiij.

Primo oſtendit diuiſio. Secūdo quid ſit liber vi
te: ⁊ per quam rationem ⁊ ſimilitudinē dei ſcientia di-
citur liber. Tertio quomō in illo libro diuerſi diuerſi-
mode ſcribunt. Quarto ꝙ ex illa ſciētia nullus neceſſi
tat ad faciendū male vel bene vel non faciendū. Quin
to quā vtilitatē cōſequunt boni de hoc ꝙ in libro vite
ſcribuntur.

¶ Quātum ad primū librorū quidam ſunt mortis qui- Ar. i.
dam vite: quidam indifferētes ad vtrūqꝫ. ¶ Libri vo
mortis vel ſunt culpe vel pene: quorū primus ſe tenet i
ex parte delinquētis: ſecundꝰ ex pte iudicantis. ¶ Pri
mus eſt anima peccatoris: in quo ſcribunt ⁊ legunt le
ges ⁊ lectiones ſuas: illi tres qui libros legis dei com-
buſſerūt. j. Mach. j. ¶ Quoꝝ primus diabolꝰ tres ſcri
bit ⁊ legit lectiōes eius appropriatas informationi: ſu-
perbiā videlicet iram ⁊ inuidiam. Secundꝰ mundus
videlicet lectiones in ṗdicto libro ſcribit ⁊ legit cupidi
tatis falſitat' ⁊ peruerſe acquiſitionis: ꝑ rapinam: per
falſa iuramenta: per furta ⁊ circūuentiones ⁊ fraudes
plurimas. ¶ Tertius videlicet caro leges ſcribit ⁊ le-
ctiones legit accidie in ſcola lecti: gula in ſcola aule: lu-
xurie in ſchola camare: de iſtis libris ſe deleri petant et
efficaciter ad hoc operent: qui ſe ſcriptos timent: dicen
tes cum Moyſe: dele me de libro. Exo. xxxij. ¶ Secū- 2
dus eſt ſententia iudicātis que ſolū liber ſeu ſcriptura
dici pōt. Quia ſicut iudex excōicatiōis ſentētiā in ſcri-
ptis ꝓferre debet: ſicut ptꝫ in Decretali li. vj. de ſentē-
tia excōicatiōis. c. cū medicinalis. §. quiſqs igit. Jta iu
dex oīm chriſtꝰ cui oīe iudiciū datū eſt: dānatiōis ſen

tentiã ꝓfert ſcriptam Math.xxv. Eſuriui ⁊ nõ dedi-
ſtis ⁊c̃. Jdõ ite maledicti in ignẽ eternũ: q̃ pat⁹ eſt dia
bolo ⁊ angelis eius. Et ſic iudicati ſunt mortui ex his
que ſcripta erant in libris. Apo.xx. Tam ſcꝫ delinquẽ
tis q̃ꝫ iudicantis: q̄ inter vtroſqꝫ ꝓportio eſſe debet: vt
vicꝫ liber iudicãtꝰ ꝓportioneꝫ libro delinquẽtis in pu-
niendo: q̄ ſentẽtia iudicis ſm mẽſurã culpe delinquẽ
tis ꝓferri debet: ⁊ de iſtis põt intelligi illud Actuum.
xix. Contulerũt libros delinquẽtis ſcꝫ de quo Jere.lj.
librũ iſtũ ligabit ad eũ ⁊ iudicãtis de quo Apo.v. Vi
di in dextera ſedẽtis in throno librũ ſcriptũ: quibꝫ ad-
inuicẽ compatꝰ iudicabunꝫ ſm ea q̃ in librũ ſcripta ſũt
ſicut ptꝫ. C.vij.3.⁊.L.iij.5. Sententiã vͦ illã q̃s eua
dere põt ꝑ libellũ appellatiõis q̃ fit in cõfeſſione ⁊ ſe de
vtroqꝫ libro delere põt dũ viuit ꝑ aquas lachrymarũ
q̄ talis penitẽs ſcribit in libro ſcꝫ appellatiõis in cõfeſ-
3 ſione iſta maledicta ſcꝫ ab eo cõmiſſa. Et delebit ea aq̃s
amariſſimis Numeri.v. Libri etiã vite vl' ſunt meriti
vel p̄mij: quoꝝ primus ſe tenet ex parte virtuoſe opan
tis in via. Secund⁹ ſe tenet ex parte gl'ioſe remuneran
tis in patria. Prim⁹ eſt aĩa ſeu ꝯſcientia viri iuſti: de q̃
cũ in eo dei mandata ſcribanꝫ diliganꝫ ⁊ ope impleanꝫ
dici põt illud Baruch.iij. Hic eſt liber mãdatoꝝ dei.
¶ Ad cuius libri ꝑfectionẽ ⁊ conſeruationẽ duo requi
runꝫ: correctio ⁊ aptio. ¶ Primũ patet q̄ ſicut de no-
uo null⁹ ſcribiꝫ liber: quin aliquẽ habeat defectum: et
ſic correctiõe indigeat. Sic nullus de nouo naſciꝫ hõ
qui illã generalẽ euadat ſententiã: qua diciꝫ in pſ.cxv.
Oĩs homo mẽdax.i. in aliquo defectuoſus: q̄ nemo
ſine crimine.i. ſine aliquo defectu viuit: g̃ neceſſariũ eſt
ꝙ quiſcũqꝫ librũ ſcꝫ vite corrigat ad exẽplar qð ſibi in
monte: id eſt in chriſto monſtratũ eſt. Sicut ptꝫ. E.vij.
7. radendo falſum qð in eo eſt ad exemplar libri: de q̃
P.ij.30. Anteq̃ꝫ in mortis iudicio oĩbus oſtẽdaꝫ ⁊ pu
bliceꝫ. Et hoc tanto diligenti⁹ eſt faciendũ: quanto li-
ber tunc pluribꝫ oſtendeꝫ: quantoqꝫ maior ꝯfuſio erit
ei qui librũ ſuũ male ſcripſit nec correxit ⁊ maior gloria
⁊ vtilitas ei qui bene ſcripſit ⁊ diligẽter ornauit ⁊ cor-
rexit. Jn illo nanqꝫ libro tunc correcto vel nõ correcto
ſalus quorũcunqꝫ pendebit ⁊ ꝑditio: q̄ dum cũ exem-
plari cõcordauerit ad liberariã celi recipieꝫ. Si vͦ fal-
ſus fuerit ⁊ diſcordauerit expelleꝫ: videat g̃ quilibet di
cta ⁊ facta ſua vt diligẽter correcta exarenꝫ in libro ſti-
lo ferreo. Job.xix. vie huius libri ſunt ſenſus. S.vj.3.
¶ Secundũ ptꝫ: q̄ ſicut liber non põt corrigi niſi ape
riaꝫ in ꝯfeſſione. Sic nec liber ꝯſcientiarũ: niſi aperiaꝫ
in ꝯfeſſione immo ſicut liber corrumpiꝫ: niſi aliquãdo
aperiaꝫ: ſic ꝯſciẽtia que a confeſſiõe receſſit: ſicut aper-
te liber inuolut⁹. Apo.vj. Neceſſe eſt g̊ aperire librũ ⁊
ſoluere ſignacula eius. Apo.v. ¶ Secund⁹ eſt gl'ia re-
munerantis: que eſt ipẽmet deus: q̇ ideo liber dici põt
quia ſicut in libro veritates rerũ ſcriptarũ clare appa-
rent: ita in libro illo increato qui liber generatiõis Je-
ſu chriſti. Math.j. Veritates rerũ creatarũ clare vidẽ
tur ſicut oſtẽſum eſt. A.xxv.17. Hic ergo eſt liber vi-
te ⁊ teſtamẽtũ altiſſimi: ⁊ agnitio veritatꝰ. Ecc̃i.xxiiij.
Nota. P.ij.3.⁊.X.j.8.⁊.C.vij.17. cum ſequentibus.
4 ¶ Libri vͦ indifferẽtes ad mortẽ vel vitã in arbitrio
legentis ſunt res tꝑales a deo create: que libri dici pñt:
ꝓpter tres ſimilitudines ⁊ ratiões quas cõmunes ha-
bent cum libris ſcriptis. ¶ Primo quia ſicut ex inſpe-
ctione librorũ deuenitur in cognitionẽ rei dubie q̃ que
ritur ita ex conſideratiõe creaturarum deueniꝫ: in co-
gnitionem dei ⁊ rerũ non viſarum: iuxta illud Ro.j.
Jnuiſibilia inquit ipĩus a creatura mundi: per ea que
facta ſunt intellecta conſpiciũt ſempiterna quoqꝫ vir-
tus ⁊c̃. ¶ Cum eñ oĩs creatura effectus ſit: neceſſa-
rio dicit ⁊ docet ſe cauſam habere. Et ſic pueris his de
dit deus ſcientiã ⁊ diſciplinã in oĩ libro: id eſt creatu
ra. Dañ.j. ¶ Secũdo quia ſicut in libro materiali: qui
ſolũ reſpiciunt literas groſſas ⁊ capitales ad ludũ ⁊ cu
rioſitatem nunq̃ꝫ erũt boni clerici: nec ſic dei vel ſui co
gnitionẽ acquirẽt: ita qui creaturis vtunꝫ ad volupta
tem ⁊ curioſitatẽ potius q̃ꝫ ad vtilitatẽ: qui ſolũ reſpi-
ciunt illud qð pulchrũ ⁊ delectabile eſt oculis: nec eas
ordinant vel eis vtunꝫ ad dei cognitionẽ ⁊ amorẽ: nũ
q̃ꝫ per eas ad dei ꝑfectam ducenꝫ viſionem. Jllis eñ
qui ſic libro iſto vtunꝫ eſt in ore illoꝝ dulcis: ſed poſt-
modũ amaricabit ventrem eoꝝ d̃ quo Apo.x. Accipe
librum ⁊ deuora illum: ⁊ amaricare faciet ventrẽ tuũ:
⁊ in ore tuo erit dulce tanq̃ꝫ mel. ¶ Tertio quia ſicut 5
frequenter accidit qui plus in libris abundant maio-
remqꝫ librorũ habẽt copiam minus ſunt ſtudioſi: mi-
nuſqꝫ ſciunt: pluſqꝫ ſunt negligentes vt aliqua ꝑfecte
ſciant ⁊ cordetenus: quia cogitãt ſemper ad libros ſu-
os habere recurſum: quãdo indigebũt quod corrige-
re nõ poſſunt: qui librum ad temp⁹ ex accõmodato ac-
cipiunt: ⁊ ideo diligenti⁹ in eo ſtudentes: quãdo p̄ni
amiſſis vel abſentibꝫ libris ignorantiã ſuam dolentes
erubeſcunt: alij de ſcientia ſua conſolanꝫ. Sic ſpiritua
liter illi quibus maior eſt diuitiarũ ⁊ creaturarum co-
pia qua mente excecanꝫ minus ſunt vt frequẽter dili-
gentes vt eas ad dei ordinent cognitionẽ vel amorem
minoremqꝫ dei ⁊ omniũ que ad ſalutẽ illorum ꝑtinẽt
habent cognitionẽ. Ex quo patet: ꝙ ſicut melius eſſet
habere vnum paruũ robanũ vel librum quemcunqꝫ
pauperem in ipõqꝫ vtilia querere: ⁊ ad eius doctrinã
ſaluti proprie ⁊ ꝓximi cooperari: q̃ꝫ currũ plenum ha-
bere libris ⁊ totum ignorare vel in illis querere vana:
ita melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorũ
multas: quia in morte quãdo illi amiſſis libris diuitia
rum ſuarũ in quibꝫ quia ſemꝑ ſperabãt ſicut ille in pſ.
lj. Qui ſperant in multitudine diuitiarũ ſuarũ: ſicut
predicti in libris ſuis de dei cognitiõe vel amore vl' vti
lium factione min⁹ curabant: cogitantes ꝙ cum diui-
tijs ſemꝑ ſe cuſtodirent quantumcũqꝫ eſſent mali ⁊ di
uites ⁊ dicẽtes ꝙ cum pecunia etiam zelum emere pñt
⁊ ꝙ in omnibꝫ neceſſitatibꝫ: ſicut predicti ad libros: ita
ipĩ ad diuitias habere valunt recurſum in infernum:
vbi nec eſt ratio nec ſcientia ignorãtes deſcendẽt iſti cũ
pauꝑtate ſua iuſta in celũ aſcendẽt habẽtes ſolatio ſan
ctos libros.j. Macha.xij. quoꝝ ſcꝫ nomĩa ſcripta ſunt
in libro vite. Phil.iiij.
¶ Pro quo eſt ſciendũ: ꝙ liber vite vicꝫ digniori: diciꝫ Ar.ij.
ꝯſcriptio aliquoꝝ ordinatoꝝ ad vitã eternã in noticia
dei que noticia per quãdã ſimilitudinẽ liber vocaꝫ: q̄ 6
ſicut olim noĩa ſub imꝑatore romano militantium vl'
ei in magno ſtatu aſſiſtẽtiũ in quodã libro ſcripto erãt
ſicut ptꝫ ꝑ leges ciuiles primo in inforciato li.xxix.ti.de
teſtamẽto militari: lege ex eo tꝑe: in q̃ lege caueꝫ: ne mi
lites militũ gaudeãt p̄uilegijs a lege eis cõceſſis: ſic̃ de
teſtamẽto ſanguĩe ꝓpo rutilãte ſcribẽdo ⁊ hmõi: d̃ q̇bꝫ
habeꝫ. O.iiij.14. Añq̃ꝫ ĩ libro inſerti eſſent ⁊ inſcripti
q̃ntũcunqꝫ eſſent ad h̊ electi vl' noĩati. Nota. M.vij.
8. ¶ Secũdo idẽ ptꝫ de ill' q̇ imꝑatori in magnis pare-
bãt ſtatibꝫ ĩ Digeſto nouo li.xij.ti.d̃ albo ſcribẽdo le-
ge decuriões vbi ꝯtineꝫ ꝙ decuriões ĩ albo ita ſcriptos
eſſe oportet vt lege municipali p̄cipiꝫ: vt ſcribãꝫ eo or-
dine q̃ q̇s eoꝝ maxime honore in municipio funct⁹ eſt
Jta militãtes ſb̃ celi imꝑatore in magniſqꝫ ei famulã-
tes meritꝰ in ſua ſignati ſũt noticia vt eoꝝ q̇ſqꝫ ꝓ me-
ritis honorẽ habeat. Si eñ iudex ⁊ imꝑator hoĩm ĩ li-

bꝛo ſuo noĩa militũ ⁊ miniſtroꝝ ſuoꝝ ex bona eq̃tate
ſcripta habere debuit: quãto magꝭ ille impatoꝛ ⁊ iudex
celeſtꝭ in q̊ eſt oĩs eq̃tas noĩa militũ ſuoꝝ ad remune-
randũ ⁊ honorandũ in libꝛo noticie ſue ſcripta hr̃e de-
bet vt ſpecialit̃ librũ ſcribat ip̃e q̃ iudicat: ⁊ oẽs ꝓ me-
ritis remunerat. Job. xxxj. Propt̃ h̃ nãq꞉ ꝓpha ꝯgrue
ſe vidiſſe atramẽtũ ſcriptoꝛis ad renes eiꝰ Ezech. ix.
Ar. iij. ¶ Et nõ ſolũ p̃dicti milites: ⁊ finalit̃ ꝑſeuerãtes in dei
ſcripti ſunt noticia: ſ꞉ etiam deficiẽtes vt liber ille tam
7 bonos includat q̃ malos vt de illo verificet̃ illud: ps̃.
xxxviij. Impfectũ meũ viderũt oculi mei. Et cãm ſub
dit: dicẽs: ĩ libro tuo oẽs ſcribent̃. S꞉ tñ diuerſimode
⁊ ad diuerſos fines ⁊ effectꝰ: q꞉ boni ibi ſcribunt̃ ſcien
tia approbatiõis: vt ille q̃ facta illoꝝ approbat ⁊ remu-
nerat. Mali vo ibi ſciunt̃ ſciẽtia ſimplicꝭ noticie vt pu
niant̃. Iterũ boni ĩ illo libꝛo diuerſimode ſcribunt̃: q꞉
q̇dã ſcribunt̃ ⁊ p̃deſtinant̃: vt habeãt vitã eternã im-
mutabilit̃: ſicut mater dei: q̇dã vt habeant vitã eternã
infinitã: ſc꞉ in vſu gr̃e ⁊ oſtẽſione ⁊ ꝑſeuerãtia bonoꝝ
operũ: ita vic꞉ ꝙ ſi iſta finalit̃ ſeruãt: ſeruent̃ ⁊ ſaluent̃
ſi ꝑdãt: ꝑdant̃. In q̊ caſu ꝯditionẽ illoꝝ tenẽt mercato
rũ de q̇bꝫ dictũ eſt. S. iij. 28. Et ſic q̃tũ ad talẽ p̃ſentẽ
iuſticiã ⁊ grãm in q̇bꝫ ſaluari potuiſſet: ſi cooꝑari vo-
luiſſet fuit p̃deſtinatꝰ ⁊ q̊dãmodo in libꝛo iuſtoꝝ ſcri-
ptus. Judas ꝓditoꝛ ⁊ oẽs q̇ qñq꞉ boni fuerũt in libꝛo
belloꝝ dñi. Nũeri. xxj. q̇ tñ q꞉ in malicia ⁊ ĩ bello dñi
foꝛtit̃ nõ ꝯſtiterũt nec finalit̃ vicerunt: in eis verificatũ
eſt qđ de eis ſcriptũ eſt ꝑ ꝓpham dicentẽ: deleant̃ de li-
bꝛo viuentiũ ⁊ cũ iuſtis nõ ſcribant̃ in ps̃. lxviij. q꞉ re-
cedẽtes a te in terra ſcribent̃. Jere. xvij. i. infra terrã in
inferno in libꝛo diaboli ⁊ in ſcriptura domꝰ iſrl̃ nõ ſcri
8 bent̃ Ezech. xiij. ¶ Quo p̄ de illo q̇ vicit in p̃dicto bel-
lo dñi ⁊ diaboli: dicit̃ Apoc̃. iij. Qui vicerit: ſic veſtiet̃
veſtibꝫ albis ⁊ nõ delebo nomẽ eiꝰ de libꝛo vite. ¶ Pa
tet g̊ ꝙ liber iſte ĩ aliq̊ aſſimilat̃ libꝛo ſeu regiſtro ep̃oꝝ
⁊ rotulis viſitatoꝝ: q꞉ ſicut in regiſtris ep̃oꝝ ſcribunt̃
⁊ intitulant̃ noĩa oꝛdinandoꝝ ſeu oꝛdinatoꝝ: ⁊ ad q̊s
titulos ſunt oꝛdinati: ⁊ noĩa ꝓmotoꝝ ⁊ ad q̃ beneficia
ꝓmoti ſunt: ſcribunt̃ etiã priuãdi ⁊ degradãdi: ſeu pri
uati ⁊ degradati: ⁊ ob quã cãm ſic puniunt̃. In rotu-
lis etiã viſitatoꝝ ⁊ ſpecialit̃ inter q̊ſdã religioſos noĩa
ſcribunt̃ aliq̊rũ q̇ ꝓ ſcientie ⁊ moꝝ meritis ad maioꝛa
ſunt exponẽdi noĩa etiã alioꝝ q̇ ꝓ demeritꝭ ſunt puni
endi vel puniti. Ita in libꝛo vite: q̇ eſt dei immutabilꝭ
ſciẽtia q̃ ſcit q̇ boni q̇ ve mali ſunt: vel q̇ ſaluãdi vel q̊
dãnandi ſunt in q̊ oẽs ſcribunt̃: boni ſcribunt̃ ob q̃lia
merita: ⁊ ad q̊s gradꝰ in celo ꝓmouẽdi ſũt: ⁊ mali ꝓpt̃
q̃ pctã ſunt puniẽdi: dicit̃ tñ liber vite a digniori: ſicut
liber Auguſtini in quo tractat̃ tã de ciuitate dei: q̃ dia
boli: vocat̃ tñ a digniori liber de ciuitate dei: ita liber
iſte de quo Apoc̃. xx. ⁊ aliꝰ liber apertus eſt liber vite.
9 ¶ Circa quẽ vnũ eſt aduertendũ: ꝙ vic꞉ licet diuerſi
in eo diuerſimode vt p̃dictũ eſt: ſcribant̃: ⁊ alij muta-
biliter ⁊ alij immutabilit̃: tñ in illo nec eſt diuerſitas:
nec mutatio aut viciſſitudinis obumbꝛatio. ¶ Pro q̊
eſt ſciendũ: ꝙ liber p̃dictꝰ q̊dãmodo duas habet pagi
nas: vel duo folia quoꝝ vnũ eſt om̃ino immutabile.
¶ Primũ ſe tenet ex parte dei: qđ nihil aliud eſt q̃ eiꝰ
eſſentia: ꝓut in illa om̃ia relucent ⁊ clare oſtẽdunt̃: in
hoc libꝛo ſeu folio nihil de nouo ſcribit̃ vl̓ delet̃: quia
ſcriptura ibi nihil aliud eſt q̃ rerũ idea ſeu rep̃ſentatio
que nõ eſt aliud ab eius eſſentia. ¶ Alia ſe tenet ex p̃te
noſtra que pagina quantũ ad fundamẽtũ in quo ſcri-
ptura fundat̃: eſt liber aĩe: de quo Ezech. ij. Ecce manꝰ
miſſa ad me in qua erat inuolutꝰ liber ⁊ ſcripte erant in
eo lamentatiões q̃tũ ad penitentes: ⁊ carnẽ q̃tum ad
beatos in quibꝫ ſemꝑ eſt carmẽ laudis: ⁊ ve q̃tum ad
dãnatos. ¶ Sola vo pagella q̃ in aĩabꝫ ſcribit̃ penitẽ-
tium ſeu peregrinantiũ ⁊ viatoꝝ eſt mutabilis: q꞉ ipſi
de gratia in peccatũ ⁊ econuerſo freq̃ẽter mutant̃: q꞉
licet om̃is ſcriptura gratiarũ ⁊ virtutũ que in aĩabus
ſcribunt̃ iuſtoꝝ exemplata ſit ab exemplari diuino qđ
eſt immutabile: tamen ſicut videmꝰ in libꝛis materia-
libus: ꝙ exemplari non mutato: exẽplatũ deleri ⁊ mu-
tari põt: ita in ꝓpoſito libꝛi iſti de quibꝫ Danielis. vij.
Judicium ſedit: ⁊ libꝛi aperti ſunt: quibꝫ aptis inuen-
tũ eſt ꝙ exemplari libꝛo: qui in deo eſt nõ mutatio ex-
emplatus liber in animabꝫ mutatus eſt de virtutibus
ad vitia.
¶ Sed cũ liber ille exemplar: id eſt dei ſcientia ſit tã in Arti. iiij.
uariabilis ⁊ immutabilis ꝙ a nullo mutari poſſit: vi-
detur ſequi: ꝙ quicquid ſit de neceſſitate eueniet: pona 10
mus ergo ꝙ ſcit aliquẽ damnandũ eſſe: ille de neceſſi-
tate damnabit̃: quia ſciẽtia dei mutari non põt: ⁊ ſic vi
det̃ ꝙ damnatõis cauſa ſciẽtie dei potius q̃ voluntati
peccatoꝛis attribui debeat: ſic eñ arguũt ip̃i dicentes:
quare ieiunabimꝰ vel alia opa penitentie faciemꝰ cum
om̃ia euenient ſicut deus ſcit: ꝙ vult illa eſſe ventura:
fruſtra inquit conamur: quia ſi deꝰ ſcit ⁊ vult ꝙ bene
faciamus ⁊ ſaluemur: ſaluabimur ⁊ econuerſo. Licet
iſtis obiectionibꝫ doctoꝛes Theologie hactenus ſubti
liter ⁊ veraciter reſpõdiſſe inueniant̃: quia tamẽ layci
⁊ parũ literati iſta cõmuniter obijciũt: qui ſubtiles nõ
intelligunt nec approbãt reſpõſiones melius eis rudi-
bus ⁊ ſenſibilibꝫ ſatis ſit exemplis. ¶ Querendũ eſt g̊
ab illis quare tantũ laboꝛant circa diuitias acq̇rẽdas:
vel circa ſeculi honoꝛes ⁊ ſcientias lucratiuas ⁊ carnis
delicias ⁊ circa equos ⁊ alia neceſſaria eligẽda vl̓ emẽ-
da vel circa vitã ꝓlongandã per medicine ⁊ medicoꝝ
artem: per dicta eñ ꝓpria in his omnibꝫ fruſtra labo-
rant: ⁊ in vanũ conant̃: quia deꝰ ab eterno ſciuit: ſi de-
buerũt eſſe diuites vel non ſi magnũ honoꝛem ſeculi:
vel delicias carnis: vel ſcientiã magnam vel equũ vel
alia neceſſaria ⁊ longeuitatem eſſent habituri vel non.
¶ Si ergo ſciuit iſta eſſe futura eis: quare tãtũ circa il-
la ſollicitant̃ que de neceſſitate eis euenient. Si vo his
contraria ſciuit eis euenient: quieſcãt ergo ⁊ doꝛmiant
⁊ non cogitant: quõ diuitias ⁊ honoꝛes ꝯſequant̃: nec
comedant: aut medicinã adhibeant coꝛpoꝛi vt diutius
viuant: quia ſi deus ſciuit illos diu victuros ſine cibo
diu viuent: ⁊ ſi contrariũ ſciuit ſi ſaniſſima ⁊ delicatiſ-
ſima comedãt nõ viuẽt nec dicãt puero ꝙ equũ ad eq̃
tãdũ paret: q꞉ ſi ſciuit eos eq̇taturos de neceſſitate eq̃-
tabũt. Ceſariꝰ ſcribit: ꝙ ꝑ iſtũ modũ rñderũt q̇dã me
dici cuidã egroto q̃ artẽ illoꝝ talibꝫ expugnabat vbis:
ſi inquiũt deꝰ ſciuit te in iſta infirmitate moꝛiturũ: d̓ ne Exiij
ceſſitate moꝛierꝭ: q̃re g̊ a nob̃ q̊s ſanꝰ ꝯtẽnere ſolebas:
infirmꝰ ꝯſilia petis: q̊rũ ꝯſilia ⁊ adiutoꝛia vacua eſſe af
firmare ſolebas. ¶ S꞉ dicẽt ꝙ ſic laboꝛãt ⁊ ſollicitant̃
ꝓ ſuſtẽtatiõe ſua ⁊ ſuoꝝ: ⁊ ꝙ deꝰ vult ꝙ h̃ faciãt q̃ntũ 11
cũq꞉ h̊ ſciat ⁊ ab eterno ſciuerit: q꞉ cũ h̃ ꝙ ſciuit talẽ fi-
nẽ vl̓ effectũ eſſe vẽtuꝝ: ſciuit etiã media ꝑ q̃ eſſet vẽtu
ra: vel ꝑ que ab illo fine deficeret: ⁊ ꝑ q̃ media talẽ ter-
minũ attingeret vel non attingeret: illa aũt media fate
ri volunt eſſe laboꝛes ⁊ ſollicitudines ſcilicet ⁊ opera: q̃
ſue ꝓprie derelinquunt̃ voluntati ad faciendũ ⁊ attin
gendum finem illũ: vel ad non faciendũ: ⁊ non attin-
gendũ. Si iſta conceſſerint circa victũ ⁊ veſtitũ coꝛꝑis
ꝙ vic꞉ cum ſcientia ⁊ volũtate dei ſtet ꝙ ip̃i cooperent̃
ꝓ coꝛꝑali ſuſtẽtatiõe ⁊ tꝑali vita ⁊ ꝙ ſciẽtia dei q̃ntũ-
cũq꞉ ſit ĩmutabilꝭ: nõ ſufficit ad h̃ ꝙ iſta acq̇rãt ſine il-
loꝝ cooꝑatiõe ⁊ ſollicitudine. A foꝛtioꝛi rõne eos hoc

cõcedere oportebit: ꝙ de⁹ velit etiã ꝙ per opa penitẽtie ꝛ charitatꝭ laborẽt ꝛ ſollicitent̃ vt ſuſtẽtationẽ acq̃rãt eternã ꝛ vitã glͦioſam: ꝛ ꝓ tãto velit ꝙ efficaci⁹ circa illã operent̃ ille q̃ omẽ rõnabile vult de⁹: quãto illa melior: maioriſq3 eſt valoris: Si em̃ ſciẽtia dei ſola ĩ alijs q̃ ad corp⁹ ptinẽt nõ ſufficit: ḡ nec in his q̃ ad aĩam ptinẽt. Cũ ad hoc nat⁹ ſit hõ vt ſpecialiter laboret vt finẽ ſuũ ad quẽ ordinat̃ attingat: hec em̃ oĩa hñt naturalia eis indita: ꝙ in his q̃ ad finẽ ſuũ inclinant naturalẽ efficaci⁹ ꝛ forti⁹ opent̃ ꝛ conent̃. Sicut ptz in motu lapidũ deorſum: cũ em̃ finis ꝛ naturalis eius q̃es ſit eſſe deorſum: ſp ad h conat̃ vbicq3 poſit⁹ fuerit. Cũ ḡ hoĩs finis a deo ordinat⁹ ſit vita beata: maxime ad illã adipiſcendã conari deberet: aliter nõ ſolũ ꝯ rõnem ꝛ natu-
12 rã ꝓpriã: ß ꝯ oĩm rerũ facit ꝯditionẽ ꝛ naturã. Sicut ḡ nõ obſtãte ꝙ de⁹ oĩb⁹ reb⁹ certos indidit ꝛ ordinauit fines ꝛ eoꝝ p̃ſciuit fines ꝛ fortunas: ip̃e tñ vt fines illos aſſequat̃ motib⁹ conat̃ naturalib⁹. Sic nõ obſtãte ꝙ de⁹ hoĩem ordinauit vel p̃deſtinauit ad finẽ ſupnaturalẽ: ip̃e tñ ad illũ adipiſcendũ ꝓprijs coopari debet laborib⁹: ſicut ptz. P. xj. 4. Quia ſm beatũ Gregoriuz in li. dialogoꝝ. Et allegat̃ ĩ Decreto. xxiij. q̃ſtione. iiij. Obtineri: pennis regnis p̃deſtinatio ita eſt ab om̃ipotẽti deo diſpoſita vt ad hoc electi ex labore ꝑueniant q̃rũ poſtulãdo mereant̃ accipe qd eis op̃s ante ſecula diſpoſuit donare ſicut plen⁹ patebit infra. c. de p̃deſtinatiõe. ¶ Iſtis p̃libatis: reſpõdet̃ ad argumẽtũ illoꝝ q̃ dicũt de⁹ h ſcit infallibilit̃: ḡ infallibilit̃ euenit: negat̃ cõſequẽtia: q2 oppoſitũ ꝯſequẽtis ſtat cũ antecedẽte: q2 h ꝙ aliqd nõ infallibilit̃ vel neceſſario ſed ꝯtingẽter eueniet: ſtat cũ h ꝙ de⁹ immutabilit̃ ꝛ infallibilit̃ illd ſcit: q2 infallibilit̃ ꝛ immutabilit̃ in antecedẽte ꝛ ꝯſequẽte nõ referunt̃ ad idẽ: q2 in antecedẽte refert̃ ad intuitũ diuine p̃ſentie: in ꝯſequẽte refert̃ ad rerũ euentũ:
13 ſic ptz ex Decreto ſumpto ex vbis Auguſt. xxiij. q. iiij. Nabuchodonoſor. §. nõ ḡ neceſſitatẽ: referẽdo em̃ ſciẽtiã dei ad rerũ euentũ: ita res illas ſcit: vt euenient ß euenirũt ꝯtingẽter: ḡ ꝛc. Nõ. P. xj. 11. ¶ Ex qb⁹ ptz ꝙ immutabilꝭ dei ſciẽtia nõ eſt maloꝝ cauſa: q2 hec immutabilitas nõ ad res malas cauſandas refert̃: ß ad dei noticiã: quẽ nihil latere põt. Hoc etiã in apto ꝛ ſenſibili: ptz exẽplo de ſciẽtia hũana: hõ vidẽs vnũ aliũ hoĩem occidẽ: ꝛ occiſorẽ ad ſuſpẽdiũ duci: infallibilit̃ iſta ſcit: vidẽs etiã ꝛ ſciẽs multa mala eſſe in mũdo: ꝛ hec imutabilit̃ ita eſſe intelligẽs: iſtoꝝ cauſa non eſt: ß homicidij cauſa fuit occiſoris mala volũtas. Sic in ꝓpoſito: ſicut ille videt homicidiũ corã oculꝭ ſuis fieri: nec tñ illi⁹ eſt cauſa: ß occiſoris volũtas ꝛ ꝑuerſitas: ita de⁹ p̃ſentialit̃ ab eterno vidit oĩa mala q̃ fuerũt ſunt vel erunt:
14 nec tñ illoꝝ eſt cauſa: ß maloꝝ hoĩm ꝑuerſa voluntas. Vñ Augu. li. iij. de libero arbitrio. Sicut inq̃t tu memoria tua: nõ cogꝭ facta eſſe q̃ p̃terierũt: ſic de⁹ p̃ſentia ſua nõ cogit faciẽda eſſe q̃ futura ſunt. ¶ Si obijciat̃ ꝙ aliter ſic de ſciẽtia dei atq3 alit̃ de humana: reſpõdet̃: ꝙ in aliq̃ eſt aliter: in aliq̃ idẽ. In h em̃ alit̃ eſt: q2 ſciẽtia ſua: ſc3 approbatiua q̃ dixit: ꝛ facta ſunt eſt oĩm bonoꝝ cauſa: q̃ nr̃a ſciẽtia cauſare nõ põt. In h vo idẽ eſt ꝙ ſicut volũtas vel ſciẽtia hũana hñ ordinata licet mala culpe videat: nõ tñ ei placet: q2 vellet oẽs hoĩes bonos eſſe: nec culpã in eis cauſat: malũ tñ pene boni iudices ꝛ ſciunt ꝛ volũt ꝛ cauſant: q2 non placet eis nec cauſant ꝙ vn⁹ aliũ occidat licet h videant. Sed placet eis ꝛ cauſant: ꝙ occiſor ſuſpẽdat̃: Sic de ſciẽtia ꝛ volũtate diuina q̃ vult oẽs hoĩes ſaluos fieri inq̃ntũ hoĩes ſunt et vult eos dãnari inq̃ntũ pctõres: ſcit ꝙ malũ faciũt culpe: ꝛ nõ placet ei: nec illud in eis cauſat: ſcit ꝙ dãnant̃ ꝛ puniunt̃ ꝛ placet ei ꝛ cauſat illd. ¶ Patet ḡ ꝙ alia eſt cauſa furti vel homicidij: alia ſuſpẽdij: q2 p̃mũ cauſat fur: ſm index: nec in h in deo dicẽda eſt diuerſa voluntas: q2 tota diuerſitas rerũ reſpicit euẽtũ. Nõ obſtãte ḡ dei ſciẽtia: ſi vis in libro vite ſcribi: ſume tibi librum grandẽ ꝛ ſcribe. Eſa. viij. i. fortiẽ ꝛ diligẽter age: vt ibi ſcribarꝭ ꝛ ſalueris: q2 nõ intrabit in illã aliqd coinq̃natũ ꝛ faciẽs abominationẽ ꝛ mendaciũ niſi q̃ ſcripti ſũt in libro vite agni. Apo. xxj.

¶ Quanta aũt ſit hui⁹ ſcripture tam in vita q̃3 in mor- Ar.v.
te vtilitas in parte exemplis oſtendit̃ ꝛ auctoritatibus
¶ Exemplis hoc oſtendit̃ per rotulos magiſtroꝝ vni- 15
uerſitatũ in quib⁹ ſcolariũ nomina ſcribunt̃: ob quam ſcripturã in multis defendunt̃ ꝛ vniuerſitatis gaudẽt priuilegijs qd non faciunt alij quoꝝ nomĩa inſerta nõ ſunt. Sic ſpecialiter quorũ noĩa ſũt in libro vite a deo. ꝛ ab angelis in vita a multis tentationib⁹ ꝛ aduerſitatibus ſp̃ualibus cuſtodiunt̃ ſicut patet Apo. xiij. vbi dicit̃ ꝙ adorabũt beſtiã oẽs qui habitant terrã quorum noĩa non ſunt ſcripta in libro vite agni. ¶ Sicut ergo tempe guerre tranſeũtes per terrã alicui⁹ dñi: nitunt̃ aliquã habere dñi illius ꝓtectoriã ſcripturã: ita tpe belli ſp̃ualis nitamur habere ſcripturam libri vite. ¶ Huius etiã vtilitas in morte patet tam per p̃dictũ exemplũ de rotulo vniuerſitatis: quia ſicut ad illũ honorandũ: ꝛ ꝓ ip̃o orandũ ꝛ ad terram ꝛ eccl'iam deportandũ: cuius nomẽ in rotulo alicui⁹ magiſtri inuenit̃ oẽs concurrũt magiſtri: ita deus ꝛ angeli ad talem ꝛ non ad alios: quia tũc qui nõ eſt ſcriptus in libro vite miſſus eſt in ſtagnũ ignis. Apo. xxj. q̃3 per ſimilitudinẽ libri hoſpitalioꝝ ſancti Ioãnis: quia ſicut illi quo- 16
cūſtantibus cauſam eſſe reſpondit: quia vidit beatum
Marcum: ad quē ſpecialem habuerat deuotionem ad
ipſum intrare. ¶ Sancti ergo nunc faciendi ſunt ami-
ci: quia durum ⁊ timidū eſt patriā ignotā intrare: vbi
nullum inueniet amicū. Nota plura morientē confor
tantia. I. iij. 15. Omnes vo iſte hiſtorie: cum hiſtoria
cōcordant ſacre ſcripture de ſancto Stephano: q̄ mor-
ti appropinquans: ſicut habeṫ Act. vij. vidit gloriam
dei: et ait. Ecce video ⁊c. Ex iam dictis patet: ꝙ qui ſe
prius bene viuendo diſponit: ꝓpter oēs rationes p̄-
dictas: ſperat iuſtus in morte ſua Prouerb. xiiij. Ideo
Seneca in extrema parte eplarū ſuarū: epla. xij. horta-
tur dicēs. Formemus inquit animū tanq̄ ad extremū
ventū ſit: quia nemo venientē hilarem mortē recipit:
42 niſi qui ſe diu ad illam compoſuit. ¶ Quare vo moriē
tes: ſpiritus videant bonos vel malos: quos ſani vide
re videre non poſſunt: ex ſententia poteſt colligi beati
Gregorij. iiij. dialogoꝝ. Ad cui⁹ mentē plenius intelli
gendam: oportet cogitare mortē eſſe medium punctū:
inter hoc ſeculum ⁊ futurū: ⁊ quodāmodo finē huius
ſeculi: ⁊ principiū futuri: ſicut diluculum vel tempus
quodcūqꝫ ſignatū: inter noctē precedentē ⁊ diē ſequē-
tem: quādo dies in aliquo incipit clareſcere: eſt mediū
inter diem et noctem: ⁊ finis noctis: et principiuꝫ diei.
In quo quis conſtitutus: plura videre poteſt: q̄ꝫ pote
rat prius in obſcura nocte conſtitutus: vel q̄ꝫ alius in
nigr nocte adhuc qui detinetur. Ita appropinquans
morti: et quaſi diem alterius ſeculi videri incipiens.

Et ideo dies reſpectu huius ſeculi nox diciṫ: q̄ ſicut de
die clare oſtenduntṫ: que de nocte abſconduntṫ: ſic tunc
manifeſta erunt abſcondita cordium: que nunc latent
multas res illius ſeculi: et ſpirituū apparitiones ⁊ vi-
ſiones videre incipit: que prius in obſcura nocte, id eſt.
multum elongatus a die illo: videre non poterat: ſicut
nec alij: qui eum circūſtant videre poſſunt: quia a die
illo adhuc elongati ſunt: qui illi incipit clareſcere mo-
rienti: ⁊ ſic dies diei eructat verbum: in Pſal. xviij. id
eſt. dies alterius ſeculi oſtendit ſcientiā diei morientis:
de quo dic habeṫ Eccles. vij. ꝙ melior eſt dies mortis:
die natiuitatis. Nota. P. iij. 20. ¶ Nec mirū: quia ſi- 43
cut nauta reputat meliorē diem: quo portū capit opta-
tum: q̄ꝫ quo nauigare incipit. Et dux diem quo victo-
riā accipit. Et agricola diem quo fructus colligit vbe-
res. Ita ſacra ſcriptura meliorē bonis reputat diē mor-
tis. In quo letantur quaſi capta preda. In quo letanṫ
quaſi meſſores in meſſe. In quo veniētes venient cum
exultatione: portātes manipulos ſuos. In cui⁹ ſignū Exm̄
refert Solinus ꝙ in quadam patria gentilium: quan-
do infans naſcitur: amici lachrymanṫ: ⁊ quando mori-
tur letantur: ⁊ feſta faciunt. A multo fortiori talis eſſe
deberet chriſtianus: q̄ trāſiet de morte ad vitā Io. v.
Si tn̄ pedes habet: amoris erga deū et ꝓximū. Amor
nāqꝫ ꝓ tāto pedib⁹ cōparaṫ: et pōderibus in arborib⁹
q̄ ſicut pedes ad certū locū q̄ corpus ire afficiṫ: portāt:
et pondus ad partē cui inclinat: arborē trahit cadentē.
Ita amor ad partē ſeu locū quē diligit: et dilexit: por-
tat et trahit morientē: et in illo ipm̄ reponit: iuxta illud
Eccl. xj. Si ceciderit lignū ad auſtrum: q̄ꝫtum ad ſal-
uandos: ſm̄ glo. aut ad aquilonē: quo ad damnandos
in quocūqꝫ loco ceciderit: ibi erit. Argue contra hoc ꝑ
legem. B. vij. 20. et reſponde. Patet ergo ꝙ illi qui de
morte tranſeunt ad vitam: congrue tranſitus cauſam
aſſignant dicentes. Tranſlati ſumus de morte ad vi-
tam: quoniā diligimus fratres Ioan. in canonica ſua
in epiſtola. j. c. iij. Et ꝙ ſine hoc non eſt tranſitus de
morte ad vitam: patet per hoc quod ſequitur: qui non
diligit manet in morte. ¶ Sed heu referendo dictum
ad predictum verbum Solini: non inueni tantam fi-
dem in iſrael: quantā videlicet in talibus gentilibus:
vel etiam quantā in Alexādro magno. De quo refert Exm̄
Trogus: Pompeius: ꝙ poſt bella feſtis ſe dans in ba
bylone a ſuis intoxicaṫ: et per quatuor dies an̄ morteꝫ
fletu militū ſuoꝝ: ſe moriturū p̄ſentiēs: in vultu in nul
lo triſtior: ꝫ quaſi hilarior eos ꝯſolabaṫ: ⁊ manu oſcu-
lando tradidit ſpiritū. Et ſicut nec ab hoſte: ita nec a
morte vinci potuit: q̄tuꝫ ſcꝫ ad animū. Quāto magis
chriſtianus animū in morte inuincibilē hr̄e debet. Cui
mors vltra nō dn̄abiṫ Ro. vj. ¶ Oſtēſa p̄ma pte hui⁹ 44
articuli ꝙ vicꝫ mortis cogitatio: vel approximatio dr̄et
eſſe viuētib⁹ delectabilis: on̄dere reſtat ſecundā ptē: ꝙ
vicꝫ eadē cogitatio vel approximatio eſt male viuētib⁹
terribilis. Circa cui⁹ oſtēſionē ꝓcedeṫ: ſicut circa oſtē-
ſionē prime ptis. Exēplis hiſtorijs et auctatib⁹. ¶ Pri-
mo nāqꝫ ſic incarcerati ꝓ furto: homicidio: ⁊ hmōi: qn̄
ſciūt ꝙ fidelē habebūt patriā ⁊ iudicē: et multos et for
tes aduerſarios triſtanṫ: qn̄ cogitant ꝙ dies liberatio-
nis appropinq̄t: quia timēt ire de carcere ad mortē. Et
mallēt in carcere miſerabiliter viuere: q̄ꝫ extra turpiter
mori. Ita q̄ ſentiūt ſe magna feciſſe pctā: rapinas: fur-
ta: adulteria: vſuras: fornicatōes ⁊ hmōi: de q̄b⁹ nō ſa-
tis fecerunt: habēt tam mortis cogitationē q̄ꝫ approxi-
mationem timendā: quia ſciunt ꝙ habebunt iudicem
inflexibilem: quem latere nihil poteſt: et patriā fide-
lem: que errare nō poterit: ſicut oſtēſuꝫ eſt. I. xj. xix. et

aduerſarios multos ⁊ fortes: ſicut ptz. J. xj. 16. ¶ Ex q̄
ſcire pōt q̄libet talis: q̄ de carcere hui⁹ ſeculi: vadit ad
mortem interminabilē: ⁊ q̄ ille dies: qui eſt bonis ad
ſalutem ⁊ vitam: eſt iſtis ad mortem ⁊ damnationem:
quia teſte Pſ. cviij. Cum iudicat: exeat cōdemnatus:
45 ſicut patet. D. ij. 7. ¶ Secundo idē oſtendit̄ exemplo.
Qui habet exteriorē ornatū: pulchrū ⁊ interiorē turpē:
qui etiam habet faciem laruatā: ne in furto ſuo cogno-
ſcatur: prius erubeſcit veſtem ſuā exteriorē: coram mul
tis deponere: ⁊ ſecūdo laruam ſuam. Jta peccatores: q̄
totaliter corpis intendunt honorib⁹ et delitijs: ipſum
ornantes ⁊ paſcētes: ⁊ animā atq̄ eius ornamentū in-
terius turpiſſimū habentes: quib⁹ corpus eſt quaſi lar
ua. Quia ſicut larua abſcondit faciem latronis: ita cor-
pus abſcondit animā peccatoris: erubeſcūt ⁊ timēt in
morte coram deo ⁊ tota curia celeſti ⁊ etiam demonib⁹
veſtem deponere corpis: ſcientes q̄ larua illa depoſita
anima latroniſſa ⁊ peccatrix oſtendet̄ oīb⁹ gentib⁹:
quia ille deus mētiri nō pōt: qui hoc ei pmittit dicēs.
Oſtendam gentibus nuditatē tuā Naum. iij. ¶ Ter-
tio idē oſtendit̄ exēplo illi⁹: qui multa bona ab aliquo
accepit ad expendendū: in vtilitatib⁹ ſ̄m voluntatem
domini tradentis: ſi oīa vel maiorē partē male expē-
dat: timet venire ad compotū. Sic ⁊c. Qui ergo mul-
ta in iſto caſu daret: p longatiōe computi ad terminū
vite ſue: q̄re nō multa dat: vel reſtituit p plongatione
compoti dei: ne in illo deficiat: ſ̄ vitam habeat eternā
46 et compotus dānoſus ei nunq̄ indicet̄. ¶ Quarto idē
patet hiſtoria de quodā: de quo fert̄ q̄ morti appropin
Exēm quans timuit: quē cum amici confortarēt dicentes: q̄
gaudere debuit: quia appropinquauit deo ⁊ patrie ſue:
de exilio ⁊ peregrinatiōe ⁊ carcere: ⁊ q̄ eſſet in fine mi-
ſerie ſue: ⁊ in pncipio gaudij ſui reſpōdit. Si bene vi-
xiſſem bene diceretis: quia tunc bene gaudere deberē:
ppter cauſas quas dicitis. Nunc aūt: quia male vixi:
timeo: iuſto iudici appropinquare: timeo etiam q̄ gau
diū finio ⁊ penas incipio: ⁊ q̄ vado de patria ad carce
rem. Jdeo timor mortis cōturbat me: in pſ. De q̄ timo-
re Criſoſto. dicit homel. xliiij. Quid eſt inquit timor
mortis: non dolor exeundi de corpe: ſed deſperatio vite
poſt mortē. Qui ergo non putat ſe viuere poſt mortē:
ille timet: oīa eñ que ſunt ante mortē: grauiora ſunt
ipſa morte: qui ergo non timet qđ grauius eſt: quō qđ
leuius eſt timeret? ¶ Quinto idem apparet q̄ vicz ma-
li in morte timent: quia oīa que dilexerūt amittunt:
ſicut patet. A. xxvij. 48. cum ſequēti. Jdem etiā oſten-
Exēm ditur exemplo cuiuſdā regis: de quo ſcribit̄: q̄ cuz per
medicos eſſet certificat⁹ de morte: incepit gemere ⁊ di-
cere heu me miſerū: q̄z pulcherrima caſtra ⁊ palatia ci-
uitateſq̄z: ac cetera q̄ multū dilexi: dimittā: ⁊ ad patriā
ignotā vadam: vbi neſcio: quis in tugurio miſero me
recipiet. O mors q̄z amara eſt memoria tua Ecci. xli.
47 ¶ Sexto timet ex demonū occurſu ⁊ viſione: q̄r ſicut
boni vt dictū eſt: videbunt ſanctos ipſos confortātes.
Jta mali videbūt demones ipſos irridētes ⁊ in deſpe-
rationē ponētes: quos licet ſancti aliquādo morientes
videant: ſicut patet de chriſto: de quo dicit beat⁹ Gre-
go. ſuper illo verbo euāgelij Joā. xiiij. Venit pnceps
huius mundi: ⁊ in me nō habet quicq̄z: q̄ ipſi etiā mo
rienti in cruce appropinquauit: vt videret ſi aliquid in
eo inuenire poſſet: qđ rephenſibile eſſet. Licet etiā ſan-
cti aliquando ante mortē dum ſani ſunt: hanc aliqua-
liter timeāt viſionē: ſicut patet per hoc qđ legit̄ de ma-
tre dei: licet in hiſtoria apocripha: q̄ in tota vita ſua fi-
lium ſuum rogauit: q̄ ipſam in mortis puncto ab illa
demonū viſione dignaret̄ cuſtodire. Tamen ipſis ap-
propinquantibus: ſanctis morientib⁹ eis audacter re-
ſpondent: atq̄z eos longius fugant: ſicut ptz de ſancto Exēm
Martino: de quo in geſtis ſuis legit̄: q̄ moriens vidit
demonē verſus eum venientē vel iuxta aſſiſtentē: quē
ſecura conſcientia cōfutauit dicēs: quid hic ſtas cruen-
ta beſtia ⁊c. Talis eñ non timebit: cum loquet̄ inimi-
cis ſuis in porta: in Pſ. cxxvj. Jn vita etiā bti Bern. Exēm
legitur: q̄ cum extremū traheret ſpiritū: affuit ſathan:
improbis eum accuſationib⁹ pulſans: quem humilita
te fugauit dicens. Fateor inquit: non ſum dignus pro-
prijs meritis regnum obtinere celoꝝ: ſed chriſti paſſio
ne: quo dicto receſſit. Et ſic patet q̄ ſerpēs ille antiqu⁹
inſidiatur: etiam tam calcaneo iuſtoꝝ q̄z iniuſtoꝝ: de
quo Gen. iij. Et tu inſidiaberis calcaneo. id eſt. morti
eius: ſed tamen vtrobiq̄z non ſuccumbunt: licet cōtra
vtroſq̄z placitet. Placita nanq̄z contra bonos tunc ſpe
cialiter: vt hereditatem celeſtem eos amittere faciat.
Sed ipſi ſicut habentes bonam chartam ⁊ fidelem pa-
triam eoꝝ placitum non timent. Mali vo in charta
conſcientie deficiētes timent ⁊ ſuccūbunt ⁊ hereditatē
amittunt: quia ad viſa et audita que morientes vidēt
et audiūt: deſperant: ſicut patet pmo de illo. A. xxxvj.
37. ¶ Jdem ſecundo patet per hoc qđ ſcribit beatus 48
Grego. iiij. dialogoꝝ: de quodam malo moriente: qui Exēm
Criſaurius vocabat̄: lubricus ⁊ cupidus: qui vt vidit
demones circa eum venientes: vocauit filium ⁊ fami-
liam: petendo ab eis auxiliū: qui cum eum iuuare non
poſſent: vertebat ſe ad parietem: illorum volens aſpe-
ctum fugere: ⁊ eos etiam ibi inueniens: anxius ⁊ tre-
mens ſe hincinde vertendo: ab illis demonibus indu-
cias petebat: ſaltem vſq̄z mane: nec obtinuit: quia ſta-
tim miſer obijt. Nec mirū: q̄ non obtinuit: quia indu-
cias a iuuētute ei a deo conceſſas accipere noluit: vt in
eis penitentiā ageret ⁊ bene viueret: quare ergo illas Exēm
demon ei daret: q̄ a deo oblatas accipere noluit. ¶ Ad
idem eſt qđ ſcribit̄ in vitaſpa. de ſancto patre: qui vidit
vt ibi ſcribit̄: demones cuidā malo morienti appropin-
quare: a quibus moriens: petiuit miſericordiā. Cui illi Exēm
reſponderunt: nimis tarde clamas: quia iam tibi ſol
obſcuratus eſt. Jtem in eodē libro habet̄: q̄ deus cui-
dam ſancto patri oſtendit finem tam boni hominis q̄z
mali. Bonum vo vt mori vidit: affuit circa euz: vt vi-
debatur Dauid cum cithara ſua: ⁊ diuerſi ſancti cum
diuerſis muſicorum generibus: ⁊ anima illa cum ma-
gna dulcedine egreſſa eſt. Ad malum vo morientem:
vidit demones venientes cum vncinis ferreis: eius ani
mam cuz magno dolore extrahere. Cui dixit angelus:
qui ei oſtendebat: ſic magno cum dolore moriunt̄ ma-
li: qui cum vita oīa amittunt que diligūt. ¶ Septi- 49
mo mali morientes timendi habent cauſam: quia quā-
doq̄z anteq̄z anima exeat: vidēt penas ad quas vadūt
et ſocios quos in penis habebunt. Sicut patet per hi-
ſtoriam beati Grego. iiij. dialogoꝝ: de duobus ſimul
in roma morientibus: quoꝝ vnus Eumorpheus: al-
ter Stephanus vocabatur: quoꝝ vterq̄z parum ante
mortem: puerum ſuum alteri miſit dicens: q̄ paratus
eſſet venire: quia nauis parata erat ire in Ciciliā. Qui
ideo verſus Ciciliam ſe ituros dicebant: quia in illis
partibus ignis pluſq̄z in alijs mundi partibus infer-
nalis ſe oſtēdit: oſtendentes ſe per hoc verſus infernū
ſimul operare debere: vt qui ſimiles fuerant in culpa:
ſimiles etiam ⁊ ſimul eſſent in pena. Et qui ſimul mor
tem ſuſtinuerunt corpalem ⁊ temporalem: ſimul ſuſti-
nerēt eternā. De qua Joan. in canonica ſua epla pma 50
c. vltimo. Eſt peccatum ad mortem: non pro illo dico:
vt roget quis. Ergo mali morientes timoris habent

materiam: quia inter om̄es predictos demonum exercitus: ꝛ viſiones terribiles ſoli exibunt: ꝛ ad regionem ignotam ſine ductore noto vel defenſore contra inimicos: vel aduocato. Si enim hec ſecum habere poſſent forte minus timerent: ſed quia non habent: non eſt mi-
Exm̄ rabile: ſi multū timeant. Sicut patet de quodam rege: de quo ſcribit ꝙ de die mortis certificatus dixit: heu quot preceſſores et precurſores habere ſolebam ad parandum mihi hoſpitiū et omnia neceſſaria anteq̄ ad illud venirem: hodie recedo ſolus ad patriam ignotā: et nullū inuenio qui velit me precedere vel mecum ire De hoc timore Bern̄. loquens: ait. O anima mea: q̄s erit ille pauor: cū ſola ſine cuiuſcūq̄ ſocietate egredieris in regionem incognitam: cum tibi occurrentia cateruatim illa teterrima monſtra videbis: ad cuius fugies auxiliū: quando eris ab om̄ibus bonis dimiſſa? hec ille. Quando omnia ꝛ om̄es amittes: que dilexiſti. Non erit tecum vxor vel adulator more ſolito te confortans. Nec aduocatus cauſam tuam iniuſtā defendens: nec procurator pro te comparens ꝛ reſpondens. Quia dicit lex canonica: ꝙ in pena criminali: non per procuratorē: ſed per ſe debet quis reſpondere: ſicut patet in decretali. li. j. ti. xxviij. de procuratoribus. c. tue fraternitati. Dicit etiam lex ciuilis: ꝙ in publicis iudicijs fruſtra interuenit procurator: vt. ff. de publi. iudi. l. accuſatore. §. ad crimē. i. in. ff. nouo. li. x. ti. j. Quis ergo miſerū ſic morientem tuebit: quis occurreret: quis conſolabit: nullum aliud ei tunc reſtabit ſolaciū: nullum aliud canticū: q̄ illud Pſal. xvij. Circūdederunt me dolores mortis: ꝛ torrentes iniquitatis conturbauerūt me: dolores inferni circūdederūt me: preoccupa-
51 uerunt me laquei mortis. ¶ Nono male morientes timendi habent cauſam: quando morti appropinquant ex hoc ꝙ poſt puſillū inuenient: quod nunq̄ mutabūt. Si enim malū et penam: quam cito inuenient: mutare poſſent: ꝛ iterū redire ꝛ vitam corrigere: ꝛ mala illa ſemel inuēta vitare: tolerabile eſſet. Sed quia nō poſſunt: valde videtur terribile: illud cogitare. De quo timore beatus Gregorius moral. li. ix. ſuper illo verbo Job. x. Si impius fuero ve mihi eſt: et ſi iuſtus: nō leuabo caput: ſaturatus afflictione et miſeria. Cum inquit morituri: de om̄ibus ſemp̄ diſtricta iudicia pertimeſcant: tunc tamen vehementer metuūt: cum ad ſoluendum humane conditionis debitū veniētes: diſtricto iudicio appropinquare ſe cernūt. Et fit tanto timor acrior: quanto ꝛ retributio eterna vicinior. Ante oculos aūt cordis nihil tūc inane tranſuolat: de fantaſmate cogitationis: quia ſubductis e medio omnibus: ſe ꝛ illum tantūmodo conſiderant: cui appropinquant. Neq̄ enī tūc cuiuſlibet anima immerito timet: quando poſt puſillum inueniet ꝙ in eternum mutari non poſſit. Quis noſtrū precedentiū patrum vitam vel ſuperare poſſit: vel aſſequi: ꝛ tamen Dauid dicit. Non intres in iudiciū cum ſeruo tuo domine: quia non iuſtificabit in conſpectu tuo omnis viuens. Et iterum A iudicijs enim tuis timui. Et Paulus cum diceret. Nihil mihi conſcius ſum: adiecit: ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Jacobus dicit. iij. c. Nolite plures magiſtri fieri fratres mei: ſcientes quoniā maius iudicium ſumitis: multis enī offendimus omnes. Jdeo dicit. j. Joan. j. ſi dixerimus: quia peccatū nō habemus: ipſi nos ſeducim⁹ ꝛ veritas in nobis non eſt. Sed ſi confiteamur peccata noſtra: fidelis eſt ꝛ iuſtus vt remittat nobis peccata noſtra ꝛc̄. Quid ergo facient tabule: ſi tremūt columne: aut quomodo virgulta immutabilia ſtabunt: ſi huius pauoris turbine etiam cedri quatiūtur? Solutioni enim carnis appropinquās nōnunq̄
terrore vindicte: etiam iuſti anima turbat. ¶ Jſte vo 52
timor de vindicta ſeu pena ſequenti: vel de ſalutis incertitudine in chriſto vel alijs perfectiſſimis viris: quibus certa de ſalute reuelatio facta eſt: fuiſſe non eſt credendus. Sed timor ꝛ horror ille: quē chriſtus de morte habuit: quando dixit. Pater ſi poſſibile eſt: tranſeat a me calix iſte. Et triſtis eſt anima mea vſq̄ ad mortē. Math. xxvj. ad naturam ſenſibilitatis: et non ad naturam rationalitatis referendus eſt. Ex natura nanq̄ rationali illam mortē ſuſtinere voluit: ꝛ horam ꝛ modum moriendi elegit: ſed ex natura fragilitatis abhorruit. ¶ Cuius horroris cauſa eſt: non ſolum in chriſto ſed in omni homine: nature humane contrarietas: in morte inuenta. Pro quo eſt aduertendū: ꝙ omnis natura de mūdo abhorret: et ſuum fugit contrarium: ex quodam naturali inſtinctu: ſicut agnus lupum: ꝛ gallus vulpem. Cum ergo mors contra naturam noſtrā ſit: que immortalis in ſua creatione facta fuit: pro tanto ꝙ viuere potuiſſet ſi voluiſſet: non eſt mirabile: ꝙ naturali inſtinctu mortem timet: tanq̄ ſuum contrarium et deſtructiuum. Sicut etiam naturaliter plus timet homo eſſe ſolus in tenebris q̄ lumine: quia etiam tenebre cōtra naturam noſtram in ſua creatione ſunt: quia homo fact⁹ fuit: vt ſemper in lumine vixiſſet corporaliter: corporalibuſq̄ tenebris caruiſſet: ſi ſe a tenebris ſpiritualibus cuſtodiſſet. ¶ Sicut ergo deus hominem: qui om̄ino mori voluit: ſpiritualiter contra naturam rationalē: ſeipſum ſpiritualiter occidendo: permiſit miſerabiliter mori: quo ad corpus in natura corporali mortem inuite ſuſtinendo. Sic illi qui voluntarie lumen interius extinxit gratie: exterius addidit luminis carentiā. Et ob hanc cauſam quiſcūq̄ naturali inſtinctu: ſicut in tenebris eſſe abhorret. Jta mortē timet ꝛ abhorret: quantūcunq̄ tam perfectus ſit in vita ꝙ dicere poſſit cum Paulo: mihi viuere chriſtus eſt: ꝛ mori lucrum Philip. j.

¶ Nec mirum: ꝙ de ſeipſo vel de quocunq̄ alio iuſto Arti. ix.
dixit: ꝙ fuit lucrum mori: atq̄ delectabile: quia mors
illos de carcere huius mūdi: de quo liberari petunt: in 53
in Pſ. cxlj. dicentes. Educ de cuſtodia vel de carcere ſm̄ aliam literam animā meam: liberat et educit: et de om̄i anguſtia et tribulatione: de quibus iterum in pſ. cxix. et. cxiij. petunt liberari dicentes. Domine libera animā meā a labijs iniquis: ꝛ a lingua doloſa: in tantum ſaluat ꝛ liberat: ꝙ de om̄i tali mortuo: poteſt dici illud Prouerb. xj. Juſtus de anguſtia liberatus eſt: et tradet impius pro eo. Jn qua auctoritate tria de om̄i iuſto moriente: oſtendunt. Primo virtus per quā meruit iuſtus ſcilicet a iuſticia. Secūdo locus a quo exijt de anguſtia. Tertio eſt certus de ſtatu ad quē tranſijt: quia liberatus eſt. ¶ Q̄tum ad primū eſt aduertendū ꝙ tam predicta auctoritas: q̄ eiuſdē diuiſio: congruū in verbis et ſententia obſeruat ordinem: que prius virtutem ponit: per quā vitam rexit: ꝛ ſecūdo mortē: qualiter ſcilicet de mūdo perrexit. Quia ſicut in canonizatione ſanctorū: ſcd̄m iura: primum debet fieri inquiſitio de vita: ꝛ poſtea de morte ꝛ de miraculis: q̄liter videlicet ꝛ ob quā cauſam mortuus ſit: vt ſicut per antecedens cognoſcit conſequens: ſicut patet in decretalibus. li. ij. ti. xx. c. de teſtibus. c. venerabili. Jta per ſtatum vite cognoſcat: ꝛ concludat de mortis ꝛ miraculorum veritate. Quia ſi eſt antecedēs: neceſſe eſt ꝯſequēs eſſe: q̄ vnū aliud includit. Jta ſi vita ſit bona: neceſſe eſt mortem eſſe bonā: q̄ vnū aliud neceſſario inducit. Ad hoc ergo ꝙ certi ſciam⁹ ꝙ mors cuiuſcūq̄ ſit bo-

na: vtpote eiuſdem de miſeria liberatio: premittit vitã illius eſſe bonam ꝛ virtuoſam dicens. Juſtus per virtutem ſue iuſticie: de qua dictum eſt. J.xiij.per totum.
54 ¶ Ratione ſecũdi eſt aduertendũ ꝙ anime mediocriter bonoꝝ: q̃ nõ ſunt ita pfecte purgati vel ſanctificati ꝙ ſtatim in morte ad celũ volãt: vel ita male ꝙ ſtatim ad inferna deſcẽdãt: habẽt triplicẽ carcerẽ.ſ. mũdialis: falſitatis: corporalis: corruptibilitatis ꝛ purgatorie penalitatis: quoꝝ duo ſunt ante mortẽ: ꝛ tertius eſt poſt mortẽ: quib⁹ anima miſera vallata dicere poteſt illud Dañ.xiij. Anguſtie mihi ſũt vndiqꝫ: ꝛ illud pſ.cxviij. Tribulatio ꝛ anguſtia inuenerunt me. De iſtis nota.
¶ Primo quomodo mundus carcer ſit: et per quam rationem: patet per exemplum oſtenſum. G.j.27. Quia ſicut auis cauta de cauea: ꝛ incarceratus ad patriam ſuam ire deſiderat: ita iuſtus de cauea ꝛ carcere huius mũdi. ¶ Secũdo ꝙ corpus anime iuſte carcer ſit: patet pro tanto: quia ſicut incarceratus ligatᷓ ꝛ impeditᷓ per carcerem: in quo eſt a multis operationib⁹: ꝛ motibus congruis conuenientib⁹ et deſideratis: quia videlicet: nec poteſt facere quod vellet: nec eſſe vbi eſſe vellet. Jta anima per corp⁹ a multis operationib⁹ ſibi ſibi cõuenientib⁹ et deſideratis: ſicut ſtudij orationis: vigiliarũ: mundicie diuine cõtẽplationis ꝛ huiuſmodi: impeditᷓ ꝛ retrahitur: quia corpus quod corrumpitur aggrauat animã Sapieñ.ix. Dum propter ipſum corpus et eius opera: que ſunt comedere: dormire: ludere: et huiuſmodi: anima ſua opera cõtinuare nõ po-
55 teſt. ¶ Tertio ꝙ ignis purgatorius non carcer anime: quiſcũqꝫ ſit: ſed duriſſimus: oſtenditᷓ exemplo ꝛ aucto-
Exm̃ ritate. ¶ Exemplũ ad hoc eſt de illo languido ꝛ infirmo: et mori deſideranti. Cui vt fertur: angelus a deo miſſus dixit: ꝙ eligeret vtrum mallet in languore illo per duos annos viuere q̃ȝ mori: ꝛ eſſe in purgatorio ꝑ duos dies: qui elegit ſecundũ. Cui mortuo: in purgatorio idem angelus apparens: ab ipo quaſi mẽtitor reprehenditᷓ. Ait enim promiſiſti mihi: ꝙ non eſſem hic niſi per duos dies: ꝛ iam videtᷓ mihi: ꝙ ego fui hic per centum annos. Ad quem angelus: adhuc nõ tranſijt vnus dies: ex quo hic fuiſti: adhuc corpus tuum eſt in domo tua: adhuc tibi datur optio: vtrũ redire velis: et languorẽ ſuſtinere duorum annorũ: an hic remanere: et penam complere duorũ dierum. Cui ille. Malo inquit redire: et languorẽ vſqꝫ ad diẽ ſuſtinere iudicij: q̃ȝ die alio in hoc loco remanere tormentorũ. De quo loco ſeu igne ꝛ tormento decretũ ſumptũ ex verbis Auguſtini in ſermõe de igne purgatorij dicit: ꝙ ille ignis et ſi eternus non ſit: miro tamen modo grauius eſt: ſuperat enim omnẽ penam quam homo vnq̃ȝ paſſus eſt in hac vita: vel pati poſſet: ſicut patet diſ.xxv.c.qualis
56 hic ignis. Vide. P.viij.1. ¶ Nec eſt ſolum huius carceris aduertenda pene acerbitas: ſed inſuper multum timenda eſt eiuſdem carceris ineuitabilitas: quia pauci pure ad celum auolant: quin in ipſo prius non pur-
Exm̃ gantur. Sicut patet tam hiſtoria q̃ȝ auctoritate. ¶ Hiſtoria hoc oſtenditur contenta: vt dicitur in vita ſancti Thome cantuarienſ. Jn qua habetᷓ ꝙ die quo ſanct⁹ predictus moriebatᷓ: in toto mũdo moriebantᷓ tria millia triginta ꝛ tres: de quib⁹ tria millia iuerunt ad infernum: triginta ad purgatoriũ: tres ad celũ: ſcilicet ſanctus Thomas martyr predictus: et duo alij: quorum vnus charo ſancto ſuo reuelauit iſtud. Huic in parte concordat auctoritas ſancti Pauli dicẽtis. Vniuſcuiuſqꝫ opus quale fuerit ignis probabit. Sed forte dicunt aliqui vel cogitant: vbicũqꝫ erimus: ſocietatẽ inuenimus. Quibus reſpondet decretum.ij.q.j. Multi: in fine dicens: ꝙ nullus debet gaudere de magna ſocietate peccantiũ: quia non minus ardebit: qui cum multis ardebit. Nõ obſtante: ꝙ predictus triplex carcer ſit triplex funiculus: q̃ difficile rumpitᷓ Eccles.iiij. Triplici tamen modo: de predicto triplici carcere anime iuſtorum liberantᷓ. De primo nanqꝫ liberantᷓ voluntate ſpontanea vel artata. De ſecũdo liberantᷓ: naturali morte ab om̃ibus expectata. De tertio liberantᷓ: amicorum gratitudine a deo approbata. ¶ Primũ pa- 57
tet: quia non obſtante: ꝙ carcer mũdi iſtius multa cõtinet vincula: ꝛ laqueos peccatorum. Sicut patet per hoc ꝙ quidam ſanctus pater: in vitaſpatrũ: vidit mũdum plenũ laqueis: ꝛ per hoc ꝙ dicitur Oſee.iiij. Nõ eſt veritas: non eſt miſericordia: non eſt ſcientia dei in terra: ſed maledictũ et mendaciũ ꝛc. tamen aliqui ſpõtanea voluntate ſe a carcere ꝛ vinculis iſtis: q̃tum ad animũ ſe liberant: ſicut illi qui mundũ cum concupiſcentijs ſuis: ꝛ falſitatibus contemnũt: ꝛ vitam eligũt contemplatiuã dicentes: illud Luc.j. Sine timore inimicorum noſtroꝝ liberati: ſeruiamus illi: in ſanctitate et iuſticia coram ipo om̃ibus diebus noſtris. ¶ Alij 58
vo quaſi voluntate coacta. id eſt. per penas ꝛ infirmitates ad hoc fugantᷓ: vt carcerem predictũ animo fugiant. Sicut illi elati: ſuperbi: potentes in armis ad malefaciendum: ꝛ luxurioſi: qui totaliter dum ſani ſunt: mundi appreciantᷓ honores et diuitias ꝛ delicias: ſed dum infirmitatibus et aduerſitatib⁹ percutiuntᷓ: pri⁹ amata deteſtantᷓ: et celeſtia que nunq̃ȝ vt debuerũt dilexerunt: amare ꝛ deſiderare incipiunt: plangentes ꝙ ita tarde inceperũt et dicẽtes: heu ꝙ ſic decepti fuim⁹: quia ita dileximus vana et pernicioſa: que cum hoc ꝙ ea neceſſario amittimus: nobis etiam timorem incutere deberẽt penarũ. Que quidem cogitatio: licet vtilior eſſet prius dum ſani ſunt: quia melius eſſet ꝙ tales eis facerent vitam et cogitationes: dum ſani ſunt ſponte: quales habere vellent in morte: quaſi coacti: tamen ꝑ ignem iuſti liberabuntᷓ et imperpetuũ viuent Sap.v.
¶ Sed quia nõnulli credunt ſe corde ab hoc carcere li- 95
beratos: vtile videtur ſignũ oſtendere: per qđ cognoſcere poterunt: ſi adhuc in illo corde ꝛ corpore detenti ſint: vel corpore tantũ. Cuius rei euidẽtia per victualium prouidentiam perpendi poteſt: ſi plus circa prouidentiam ꝓ mora corporis in carcere q̃ȝ deberent ſollicitantur: ſignum eſt ꝙ nec corde nec corpore de carcere liberantᷓ. Plus autem q̃ȝ deberent ſollicitantᷓ: quando om̃ia que ſine peccato tenere non poſſunt: non reſtituunt: quando ad locum alterius ſeculi in quo manentem habebunt ciuitatem: om̃ia que poſſunt non mittunt: vel potius premittunt: quando ad locum illum ex toto corde non deſiderant ire: quod ex dicto precedenti frequenter dependet: quia ex hoc ꝙ ad locum illum multa non premiſerunt: nec illum inſtaurauerũt: nec edificauerunt: ad locũ illum minus ire deſiderant. Quia eſt de eis in hoc caſu: ſicut de hominib⁹: qui habent duo maneria loca vel caſalia: quorum vnũ multum diligunt: ꝛ in eo pulchra habent edificia: multaqꝫ mobilia et immobilia: magnamqꝫ omniũ rerum abũdantiam: que om̃ia diu ita edificauerũt ꝛ collegerunt: cum intentione ibi diu manendi. Aliud vo non diligunt: nec in illo edificauerunt: nec neceſſaria premiſerunt: nunq̃ȝ ad iſtud ſecundũ ire deſiderant ad manẽdum: quia ibi nihil ſperant inuenire optatum: nec inuenient: ſicut patet. Q.j.3. Sic in propoſito: de mundi amatorib⁹: quoꝝ tota ꝓuidẽtia eſt circa terrena: nunq̃ȝ cupiũt diſſolui: ꝛ eſſe cũ chriſto. Quoꝝ ſtulticia oſtẽſa eſt. A.xxiij.28.et.C.ij.4.Et.G.j.32.64.cũ ſequentib⁹.

Tales de carcere huius mundi: ad illorum ſalutem
nõ liberabunt: qꝛ ſi iuſtus vix ſaluat.j.Petri.iiij. iſti
quo deueniẽt. Sapiẽs võ qui ꝓuidentiã premittit: ad
locum illum ſequi deſiderat: anime ſue loquens: ⁊ di-
cens illud Pſ.cxiiij. Cõuertere anima mea in requiẽ
tuam. Et ideo talis de carcere huiꝰ mũdi animã ſuam
liberat: cuiꝰ illud Eccles.ix. Vir ſapiẽs liberauit eam.
10 ¶ Liberauit inquit eam: non ſolum de primo mundi
carcere: ſed etiam de ſecũdo carcere corporis: de quo bo
ni et iuſti liberari cupiunt: ſicut auis de cauea: de qua
Extñ G.j.27. Et ſicut ſenex: qui vt ſcribitur dicere ſolebat:
plus volo hodie mori ꝙ̃ cras: ſciens: quia non perdes
iuſtum cũ impio. Et ſm Ciprianũ: ſicut nauta de nau-
fragio vel de periculis: et ſicut peregrinus de exilio:
et ſicut habitator de domo ruinoſa. Sic anima de cor-
pore libenter exit: et cum magno deſiderio: dicit cum
Paulo. O infelix homo: quis me liberabit de corpore
mortis huiꝰ Rom.vij. Et illud Philip.j. Cupio diſ-
ſolui: ⁊ eſſe cum chriſto. Et moram in carcere iſto plan-
gũt: dicẽtes cũ Pſ.cxix. Heu mihi: qꝛ incolatus meꝰ
prolongatus eſt. De carcere võ corporis liberati: iterũ
gaudentes: cantant cum Pſ.cxxiij. dicẽtes. Laqueus
contritꝰ eſt: ⁊ nos liberati ſumꝰ: qua libertate chriſtꝰ
nos liberauit Gal.iiij. ſicut patꝫ ꝑ legem. X.ſ.11. Si-
cut promiſit per prophetam ſuũ dicens: de manu mor-
61 tis liberabo eos Oſee.xiij. ¶ Qꝫtum ad liberationẽ de
tertio carcere purgatorij ſunt tria oſtendenda. ¶ Pri-
mo naꝙ oſtendit: ꝙ iuuari poſſunt. Secũdo quomo-
do iuuari vel liberari poterũt. Tertio ꝙ melius eſſet ꝙ
ſeipſos liberarent ante mortẽ. ¶ Ratione primi eſt ad-
uertendũ ꝙ talis eſt differentia inter incarceratos in
inferno: ⁊ incarceratos ĩ purgatorio: q̃lis eſt int̃ incar-
ceratos ꝓ homicidio et alijs crudelitatibꝰ: ⁊ int̃ incar-
ceratos ſeu detentos pro debitis ſeu paruis delictis: qꝛ
ſicut incarcerati pro homicidio volũtario ſm dei legẽ
nec redimi: nec liberari poterũt. Alij võ ſoluto debito:
vel cum ſatiſfecerũt leſo liberari poterũt. Sic in propo
ſito in inferno: nulla eſt redemptio: ſed de purgatorio:
ita ꝙ ſunt quaſi pro debito detenti: ſicut oſtenſum eſt.
M.x.6. multis modis per amicorũ ſuffragia liberari
poterũt: quibus cũ liberati fuerint regratiando dicere
poterunt: illud Pſ.xliij. Liberaſti nos ex affligentibꝰ
62 nos. Qꝫtum ad ſecũduꝫ: modi ⁊ via quibꝰ liberari po-
terũt: ſunt quinqꝫ: quos videre poſſumus in exemplo
alicuiꝰ impotentis. Quia ſicut videmꝰ: ꝙ homo impo
tens ad ambulandũ: ad aliquem locum ſine auxilio:
quinqꝫ modis iuuari põt: vt citiꝰ illuc veniat. ¶ Pri-
mo nanqꝫ in aliquo vehiculo trahi poteſt: ſicut in cur
ru ⁊ huiuſmodi: per animalia vel homines: qui currũ
precedũt. ¶ Si võ tali vehiculo careat: in lecto portari
poterit. Tertio iuuari poterit per ducatũ a dextris: ꝙ
videlicet aliq̃s a dextris vadat: ſuper quẽ ſe appodiat.
Quarto mõ ſimiliter iuuari poterit a ſiniſtris. Quin-
to modo iuuari poterit: per pulſum ⁊ ſupportationẽ: ⁊
manutenentiã a tergo porrigendo: videlicet manũ ad
eum: hi qui ipſum ſequunt: ne cadat a tergo. Ita illi q̃
in purgatorio ſunt ad tranſeundũ ad celum: ⁊ paſſum
purgatorij periculoſuꝫ euadere: per quinqꝫ iuuari po-
terũt. ¶ Primo per tractũ ſanctorũ precedentiũ ad ce-
lum: ad quos ſpecialẽ dum vixerũt habuerũt deuotio
nem: quibꝰ ⁊ dicere poterũt: illud Canti.j. Trahe me
poſt te: qui et libenter hoc facient: quia ſicut ſupra.e.c.
38. cum ſequentibꝰ: oſtenſum eſt: ꝙ veniũt ad iuuan-
dũ morientes. Ita veriſimile: ⁊ credibile eſt: ꝙ libẽter
liberant afflictos in purgatorio: ſi tamen hoc merue-
rint apud eos dum viuerent. Qđ pulchre oſtenſuꝫ eſt
.j.Reg.xiiij. vbi dicit: ꝙ liberauit in die illa populus
Jonathã: ne moreret: orando ſcilicet regem Saulem:
et hoc quia prius hoc a populo meruerat: eis beneficia
preſtando. Sic illi: qui nũc merent apud ſanctos ipſo
rum ſequendo mores: ⁊ ipſos diligendo ⁊ honorando
qui pro amore ſanctorũ nũc pauperes liberant a fame
et miſeria: eis pro poſſe dando: tũc per ſanctos libera-
bunt: beatus ergo qui intelligit ſuper egenũ et paupe-
rem: in die mala liberabit eum: in Pſ.xl. ¶ Secundo 63
portantur a duobus ſcilicet a paſſione et redemptione
chriſti ex vna parte: ⁊ ab operibꝰ proprijs: que prius
fecerũt orando: ieiunando: elemoſynas dando. Sicut
nanqꝫ due ale auem in altum portant. Ita iſte due ale
ad celum portant: ſi tamẽ prius portabant: quia ſicut
penne non portant auem a terra: niſi prius portarent
ab ante in terra. Ita nec tunc bona opera portabũt: que
prius non fiebant. Qui ergo tũc in altũ portari voluc-
rit: faciat ꝙ ala bonoꝝ operũ: non ſit nimis curta: hoc
ſciens ꝙ ala ex parte dei: eſt ſatis longa: non tamen in
altũ portabit ſine alia: qꝛ coadiutores dei ſumꝰ: et ipſi
duo ꝯſtituti a periculo liberati ſunt Eccleſiaſtici.xlvj.
¶ Tertio iuuant per ducatũ a dextris.id eſt.per indul
gentias eccleſie: quas videlicet acquiſiuit: dum vixit:
opera pia faciendo ⁊ orando: vel que dant poſt mortẽ
ipſorũ: ad excitandũ alios ad orandũ pro ipſis: qđ eſt
magne pietatis opus: quia ſicut dicit decretalis: li.iij.
ti.xlj. de cebratione miſſarũ.c.cum Marthe.in fine: ꝙ
orationes pro mortuis ſemper vtiles ſunt: quia ꝓ val-
de bonis ſunt gratiarũactiones: pro valde malis con-
ſolationes viuoꝝ ſunt: pro mediocriter bonis expiati-
ones ſunt: vt etiam habet.xiij.q.ij. tempus: et ibi per
totũ. Quarto per ducatũ a ſiniſtris.id eſt.per oratiões
bonoꝝ virorum: ꝓpter quas deus illos liberabit: ſicut
liberauit Loth. de quo Gen.xix. Recordatus eſt do-
minus Abrae et liberauit Loth de ſubuerſione ſodo-
me. ¶ Quinto iuuant per amicos: q̃ poſt illos rema- 64
net: quibꝰ incũbit quaſi eos quodãmodo ad celũ pelle
re: quoꝝ aliqui ad hoc obligant ex debito iuſticie: ſicut
executores: ⁊ alij cum quibꝰ bona ſua diuiſerũt: vt eos
cum illis liberarẽt: qđ ſi non faciũt: crudeliſſimi fures
ſunt: ſicut oſtenſum eſt.E.viij.11. Alij ad hoc tenent
per legem gratitudinis: illi videlicet quibꝰ illi dum vi
uerent oſtenderant amicitiam: et illi qui eis dum vixe-
runt oſtenderũt amicitiam: nunc eis oſtendant illam:
qꝛ nũc apparebit: quis ſit verus amicus: ⁊ q̃s fictus:
in morte nanqꝫ de hoc experimentũ haberi poteſt: qui
quidem amicitia ideo eis citius oſtendenda eſt: quia
forte cito liberabunt: ⁊ tũc erunt magni in curia dei: et
vicem gratitudinis rependere poterũt ⁊ facient: quia
nihil eos latebit: qđ pro eis fit: ſicut patet.A.xxxv.17.
nec ingrati ibi eſſe poſſunt: ergo oportet: ꝙ ſint grati
gratis. Quibꝰ ſi nũc grati fuerimus: quinqꝫ predictis
modis: creatura liberabit a corruptione Rom.viij.
Quia in bonis iuſtorũ liberabit ciuitas illa: videlicet
purgatorij Prouerb.xj. ¶ Tertio tamen melius ⁊ ſe- 65
curius eſt: ꝙ q̃libet dum viuit nitat ſeipſum de purga
torio liberare ſatiſfactione: reſtitutione ⁊ pura cõfeſſio-
ne: quia ꝯfitendo: os iuſtoꝝ liberabit eos Prouer.xij.
Sanius enim eſt: ꝙ ignem extingat: anteꝙ̃ intrat: ꝙ̃
ꝙ in eo ſedeat expectando: vſqꝫ alij tarde illum extin-
guant. Et ꝙ prouiſionẽ ante illum ad locum quo itu-
rus eſt premittat: ne defectum habeat anteꝙ̃ ingrati
poſt eum remanentes ei mittant. Sicut ergo mare ſine
reditu tranſiturus: nõ dimitteret pro vxore: ⁊ filijs vel
amicis quibuſcunqꝫ: quin bonam partem de bonis
ſuis portaret ſecũ: vel ante eum premitteret. Ita mo-

riturus:fac qđ dico fili:et teipſum libera Prouerb.vj.
Et nō ſis viuentib⁹ ita largus quin ſis tibiipſi iuſtus:
faciēdo partem tuā meliorē: q3 talis iuſticia a morte li
berabit Prouerb.x.
Arti.x. ¶ Nec mors tantū ꝓpter hoc eſt bonis vtilis ꝛ dele
ctabilis:quia eos de predictis liberat carceribus:mun
66 di ꝛ carnis:ſed etiam quia per illam contra oēs miſe
rias:tam ſpūales ꝙ corporales:ꝛ contra oēs defect⁹
et etiam contra ſeipſam certiſſima et eterna dantur re
media. Per illam nāq3 triſticia veſtra vertetur in gau
dium Joan.xvj. Et ꝑ illam tranſeuntes dicūt. Cōuer
tiſti ꝑ lanctum meū in gaudiū mihi:in Ps.xxix. quia
dirupiſti vincula mea:in ps.cxv. ¶ Pro quo eſt aduer
tendum : ꝙ homo per peccatū poſtq3 inuidia diaboli:
mors introiuit in orbē terrarū. Sapien.ij. Primo ma
gnam habuit triſticie materiam: ex malis tam interio
Triſticia ribus q3 exteriorib⁹:que ſuſtinuit ꝛ ſuſtinet. Ex malis
interiorib⁹:tam corporalib⁹:cuiuſmodi ſunt infirmita
tes:debilitates:ſenectutes: fames:ſitis: ꝛ huiuſmodi:
q3 ſpūalibus:cuiuſmodi ſunt peccata quotidiana:que
vitare nō poſſumus:ꝛ remorſus conſciētie:qui illa ſe
quitur. Ex malis ꝛ miſerijs exteriorib⁹ tam que ſuſti
net:cuiuſmodi ſunt frigiditates:caliditates ꝛ tēpeſta
tes ꝛ mali rumores : de his que nos vel amicos nr̄os
affligunt:vel eis contingunt:ex quibus tedia interio
ra generant̄:q3 que in futuro ſuſtinere expectat: tā cir
ca mortem q3 etiam in ipſa morte q3 etiam poſt mortē:
propter que oīa ꝛ ſpecialiter ꝓpter illa que circa mor
tem:ꝛ mortis incertitudinē cōtingūt. Si quis ſentiret
quo tendit ꝛ vnde veniret:nunq3 gauderet:ſed in oī
tempore fleret:dicēs. Sunt tria ve.que meſtificāt me.
Hoc eſt ꝙ trāſibo:ꝙ neſcio quādo: quo ibo. Et illud
Pauli Rom.ix. Triſticia mihi magna eſt:ꝛ dolor con
tinuus:quia iugum graue ſuper oēs filios Adam a
die exitus de ventre matris eoꝝ vſq3 in diem ſepultu
re in matrē omniū. Cogitationes eoꝝ : ꝛ timor cordis
adinuentio expectationis ꝛ dies finitionis a reſidente
ſup ſedē glorioſam vſq3 ad humiliatū in terra ꝛ cinerē:
ab eo qui vtitur hyacintho: ꝛ portat coronam vſq3 ad
eum:qui operitur lino crudo:furor: zelus: tumultus:
fluctuatio ꝛ timor mortis: iracūdia perſeuerans ꝛ cō
67 tētio ꝛc. Ecci.xl. ¶ Secūdo magnā habet triſticie ma
teriam:ex bonis a quibus per carcerē huius mundi:ꝛ
carnis:ꝛ corporalib⁹ vinculis impedit̄. In tantū nāq3
corpus qđ corrūpit̄ aggrauat animā Sapien.ix. ꝙ ſi
cut oculus extra locum ſuū poſitus nō videt : nec lin
gua extra os loquit̄:nec membrū aliquod capiti:ꝛ cor
pori nō cōiunctū:ſuam habet operationē vel perfecti
onem. Ita nec nos per vincula ꝑdicta: quaſi extra lo
cum noſtrū detenti: ꝛ a capite noſtro deo: in gloria q̄ſi
ſeparati ꝛ multū elongati:nec perfectā habem⁹ dei vi
ſionem:nec fruitionē:nec ꝑfecte intelligimus: nec vo
lumus:nec operamur ea que dei ſunt: vel ad animarū
pertinent ſalutē ꝓpter que tota die contriſtatus ingre
diebar̄: in ps.xxxvij. Sicut peregrin⁹ in extranea pa
tria:plena guerris ꝛ latronib⁹ contriſtatus ingredit̄:ꝛ
ſollicite cogitat quomō ſecurius per ductores vel ſtipē
diarios conductos tranſire poterit. Ita nos neceſſe eſt
eadem de periculis:ꝛ periculi euaſione: per ſtipendia
rios pauperum cogitare: ꝛ de eiſdem eſſe quaſi triſtes:
68 ſemper autē gaudentes.ij. Cor.vj. ¶ Semper enī q̄ſi
triſtes eſſe debemus ꝓpter mala ꝑdicta que ſuſtinem⁹
et expectam⁹: ꝛ quia a bonis ad que ordinamur: retar
damur. Et ſemper gaudentes pro tanto ꝙ mors illam
triſticiam cōuertet in gaudiū: ꝛ dirumpet vincula: ꝑ
que a bonis ad que creati ſum⁹ retardamur:patre mi
ſericordiarū hoc ordinante. Qui ad modū optimi me
dici de mortis veneno fecit tiriacam contra mortis ve
nenum:dum illud crudele iudiciū : qđ in peccati vin
dictam indictum fuit Gen.ij. Quacunq3 die comede
ris ex eo:morte morieris:in ſanationē conuertit pecca
ti. Et non ſolum peccati : ſed etiam omniū predictorū
malorum ꝛ miſeriarū:que ex peccato incurrimus:ꝛ in
deſtructionē ſuiipſius. Quia ipſa: bonis de oīb⁹ ꝑ
dictis:ſicut patet inductiue:finem facit: ꝛ eſt ſuiipſius
et timoris : qui ex illa accidit ſententia: quia per ipſam
ſemel habitam habemus ꝙ amplius ipſam nō tenea
mus: patet ergo ꝙ mors que olim ab oībus timeba
tur: poſtq3 vita in ligno mortua fuit.id eſt. chriſtus q̄
mortem conuertit in gaudium ꝛ remediū: contra om
nia mala:quia humiliauit ſemetipſum factus obediēs
vſq3 ad mortem: mortē autem crucis a nullo bono: et
bene viuente: timeri deberet. Nolite metuere iudiciū
mortis Ecci.xlj. quia timenti deum: bene erit in extre
mis:in die defunctionis ſue benedicet̄ Ecci.j. Arti.xi.
¶ Ex qua auctoritate datur intelligi ratio vndecimi
articuli:quia ſicut bene viuēs:nō debet mortē metue
re. Ita nec amici bene morientis deberent de morte ſua 69
dolere: ſed potius gaudere: propter multas rationes.
¶ Primo ꝓpter rationē incluſam ꝛ intellectam in illa
auctoritate: que de oī ſic moriēte dici poteſt.ij. Reg.
iij. Princeps ꝛ maximus hodie cecidit in iſrael: q̄tum
ſc3 ad corpus tantū: ꝛ ideo nō eſt de caſu dolendū:ſed
de probitate gaudendū: quia equus in bello cecidit: et
inimicos cū ꝓbitate euaſit ꝛ vicit: ꝛ de hoſtibus ſuis
nobiliter triūphauit. Hoc nāq3 in factis videm⁹ belli
cis:ꝙ turpe ꝛ vituperabile eſt:ꝙ miles de equo ſuo ca
dat:equo ſtante: ſed ꝙ equus ſub eo occidat̄ ꝛ cadat:ſi
ipſe vincat et euadit:non eſt ei nec amicis eius verecū
dum:ſed aliquādo iocundū: quia quandoq3 ei accidit
ex ſua magna ꝓbitate ꝛ audacia ; qua hoſtes potenter
inuadit ꝛ vincit. Sic ꝙ anima que deberet corpus re
gere:ſicut miles equum:peccando cadat:verecundū ꝛ
dolendū eſt:ſicut patebit infra arti.xiiij.ſed ꝙ caro mo
riatur ꝛ ſub anima cadat : et anima inimicis: qui ei in
paſſu mortis inſidiant̄:potenter victis euadat:non eſt
verecundū: nec damnoſum: ſed laudabile eſt: ꝛ ad ei⁹
probitatē magnā pertinet: ꝙ equo ſub eo cadente:ipſe
potenter vicit: ꝛ cum triumpho ad patriā ſuam rediit:
et viuit in patria ſua cum chriſto:qui dicit. Qui credit
in me:etiam ſi mortuus fuerit viuet Joan.xj. ¶ Illud
ergo ſolatium qđ chriſtus moriturus diſcipulis dere
liquit:dicens. Gauderetis vtiq3 : quia vado ad patrē:
deberet cuilibet ſufficere chriſtiano de trāſitu chari ſui:
quia iuit ad patrem. ¶ Secundo quia multa pericula 70
euaſit:quia nobis in iſto mundi bello quotidie attedia
tis ꝛ vulneratis:bene mortuus ſedet in alto: ꝛ certamē
noſtrū ſecurus reſpicit: ꝛ orando locum preparat: vin
centibus charis: ꝛ gratis confortationē derelinquens:
quā chriſtus dereliquit diſcipulis ſuis:dicens. Vado
vobis parare locum. Multū ergo videtur eſſe contra
rationem bone conſcientie ꝛ amicitie: ꝙ aliquis doleat
de hoc ꝙ amicus ſuus multa euaſit pericula et miſeri
as:et de exilio rediit ad patriam: ꝛ de incertitudine ad
certitudinem:imo potius dolendum eſſet: ſi huc redi
re deberet. Quia et illa de cauſa ſm̄ Hieronymum in
epiſtola ad Tiraſiū:chriſtus doluit et lachrymat⁹ fuit
in reſuſcitatione Lazari: quia quodāmodo amicabili
ter coactus fuit dolore ſororum: ipſum de loco certo et
refugio ad locū hui⁹ mūdi incertū ꝛ miſerū reducere. 71
¶ Tertio videt̄ multū eſſe cōtra fidē ꝛ ſpem: ꝙ q̄s de
bn̄ moriēte multū doleat. Quia ſi rex tolleret filiū ve

filiam de domo tua: vel etiam charum amicum: ⁊ po-
neret eum in domo ſua in magno officio: in quo multa
pro amicis ſuis facere poſſet: ſi firmã haberes fidem:
ꝙ rex eſſet amicus ſuus: ⁊ ꝙ ipſe eſſet potẽs cum rege:
et multum honoratus et ditatus: non doleres de hoc
ꝙ aſſumptus eſſet ad curiam illam: ſed gauderes: nec
deſiderares ꝙ ad te rediret: ſed potius ꝙ ibi remaneret
et maxime ſi in breui eſſes ad illam curiam pro arduis
negocijs expediendis venturus: ⁊ ſperares te illum ibi
viſurũ: ⁊ illũ tibi illic multũ ꝓficuum. In hoc nanqꝫ
caſu tecum cogitares ⁊ diceres: inueniã amicũ meũ in
curia illa: qui me in negocijs meis multũ bene iuuabit
bene mecum egit deus: quãdo illum de domo mea ad
illam curiã trãſtulit. Recte ſi bonã ⁊ firmã haberem⁹
fidem ⁊ ſpem: ſic cogitare deberem⁹ de bene mortuis:
quia quãdo morit̃ in ſtatu penitẽtie: vere videlicet cõ-
tritionis: confeſſionis ⁊ ſatiſfactionis: firmiſſime cre-
dendum eſt ꝙ eſt vel cito erit magn⁹ ⁊ potens in curia
regis eterni. Et certũ eſt ꝙ nos in breui ꝓ periculoſis
negocijs: verſus illam curiam recepturi: qđ meruim⁹
venturi ſumus: ⁊ ꝙ magnum locum ibi nobis tenere
poſſunt: ⁊ ꝙ eos ibi ſi boni fuerimus videbimus: ⁊ de
ſocietate illoꝝ in eternũ gaudebimus: ſinceriuſqꝫ eos
ibi diligemus ⁊ ab illis diligemur: ꝗꝫ hic fieri poſſet.
Quare ergo dolemus: ſi eñ de p̃dictis firmã habere-
mus fidem ⁊ ſpem: nõ deſideraremus illoꝝ vel nobiſ-
cum moram: vel ad nos reditum: ſed potius de hoc ꝙ
ipſi in bono loco ſunt gauderemus. Et de hoc ꝙ nos
tñ poſt illos hic remanem⁹: dolorẽ haberemus. Vñ
Hieronymus ad Theodoꝝ. In breui es mortuũ tuũ
viſurus: quare ergo plãgis non eſt mortua puella: ſed
72 dormit. ¶ Quarto talis dolor videt̃ eſſe multũ contra
ordinationẽ dei. Tales nãqꝫ de dei dolent ordinatiõe
et voluntate: licet eñ aliqui terminũ ſuum p̃ueniant:
male moriẽdo: ꝙ deus nõ ordinauit: qui nõ vult mor-
tem peccatoris: ſed permiſit dicẽs. In peccato ſuo mo-
rietur Ezech. iij. Tamen de multis: ⁊ maxime de bene
morientib⁹: dei ordinatio ⁊ ꝓuidentia impletur: de qua
nullus dolere deberet. Contrariũ vo facientes repre-
hendit Hieronymus in epl'a ad Tiraſiũ dicens. Fina-
liter ſi ſolam dei cõſiderares voluntatẽ ⁊ reſurrectionẽ
nõ ſperares: tibi ſufficere deberet: ꝙ ille q̃ dedit: ſuum
auferat. Conſidera ſeculi inimicitias: ⁊ gaudebis mor-
tuũ ſubtractũ: chriſtus fleuit Lazarũ: nõ morientẽ: ꝟ
ad iſtam vitã reſurgentẽ: tu vo ecõuerſo. ¶ Nota hic
miraculũ de muliere que fleuit puerũ ſuũ iuxta Mel-
chebron: ⁊ habet̃ in paruo folio in ꝑncipio libri. ¶ Itẽ
ſic etiam confortat Seneca amicos ſuos: in libello de
cõtemptu mortis: recitando ſeculi inimicitias: ſeu mi-
ſerias ⁊ mortis breuitatẽ: ⁊ cõmoda dicens. Dolor in-
quit mortis breuis eſt: timẽdus erat: ſi tecũ eſſe poſſet:
ſed neceſſe eſt: aut nõ perueniat: aut cito pertrãſeat. Et
adiungit mortis cõmoda dicens. Deſinam egrotare
poſſe: deſinã alligari poſſe: deſinã mori poſſe. ¶ Idem
etiã libro de ſenectute: hoĩes de tranſitu mortis ꝯfortat
per hoc ꝙ ad mũdũ tanꝗꝫ hoſpites: cũ neceſſitate cito
exeundi venerũt dicens. Ex vita iſta diſcedo tanꝗꝫ ex
hoſpitio: nõ tanꝗꝫ de domo: cõmorandi natura diuer-
73 ſorũ nobis dedit: nõ locũ habitãdi. ¶ Chriſtiani ergo
p̃dictis exẽplis informati ⁊ auctoritatib⁹: nõ deberẽt de
bene morientib⁹ multũ dolere. In cui⁹ ſignũ chriſtus:
cuius omĩs actio nr̃a eſt inſtructio: in euãgelio de mor-
tua puella: legit̃ eieciſſe tibicines: quoddã vicꝫ genus
hoĩm: q̃ doloroſis ⁊ lachrymoſis richmis ⁊ cantilenis
ſup mortuos ppl'm ad fletum ꝓuocabãt: quẽadmodũ
adhuc faciũt infideles: q̃ ſpem vt hic deberent: nõ ha-
bent reſurrectõis: vos aũt chriſtiani nõ ꝯtriſtemini: ſic
ceteri q̃ ſpem nõ habẽt. Si eñ credim⁹ ꝙ Jeſus mor-
tuus eſt: ⁊ reſurrexit. Ita ⁊ deus eos q̃ dormierũt ad-
ducet cum eo. j. Teſſal. iiij. Vñ Ambroſius. Doleant
inquit perfidi: quib⁹ reſurrectiõis ſpes nõ eſt: ſed nos
non: quia in breui viſuri ſum⁹: quos abſentes dolem⁹
quia mors bonoꝝ ꝑm apl'm: nõ mors: ſed ſomnus ap-
pellat̃. ¶ De eodẽ tñ Ambroſio: ſcribit̃ ꝙ aliqñ mortu- Exem
os flebat: ⁊ diſcipulis ſuis cauſam querẽtibus: cũ hoc
alijs non p̃dicaret: reſpõdit: nõ fleo: q: deceſſerũt: ſed
quia me p̃ceſſerunt. Tantũ eñ deſideriũ habuit illuc
eundi q̃ ipſi p̃ceſſerũt ꝙ doluit ꝙ nõ fuit de primis il-
luc euntibus. Nec mirũ ſi tantus doctor: tam magnũ
habuit alterius ſeculi deſideriũ: cum ſicut recitat Au-
guſtin⁹ de ciuitate dei. li. j. c. xxij. q̃dã diſcipulus Pla-
tonis cum coram eo legeret̃ liber de imortalitate aĩe:
de muro ſe p̃cipitem dedit: deſiderio aliã vitã accelerã-
di. ¶ Nox ergo patet exemplis: ꝙ ſicut dicit Seneca
de remedijs fortuitoꝝ: ſtultus eſt qui mortẽ mortaliũ
defleat: nihil eñ hoc nouũ aut mirũ eſt. Idẽ in epiſto-
lari ſuo ad luciliũ epiſtola. lxxv. Non affligit̃ ſapiens
liberoꝝ amiſſione: nõ amicoꝝ: eodẽ eñ aĩo fert illorũ
mortem quo ſuam expectat.

¶ Ex p̃dictis elicit̃: ⁊ ex ſequẽtib⁹ oſtẽdit̃ ꝙ de morte Arti. xij.
nullius pueri innocẽtis eſt multũ dolendũ: q: raptus
eſt: ne malicia mutaret intellectũ eius: aut ne fictio de- 74
ciperet animã illius Sapieñ. iiij. Raptus eſt inquit a
deo per mortẽ temporalẽ: vel aliã. ſ. naturalẽ: ne viuẽ-
do peior fieret. Sicut patꝫ de illo puero de quo ſcribit̃ Exem
in vita Joan. elemoſynarij. cuius pater p̃dictũ Joan-
nem p̃cibus ⁊ elemoſynis induxit: vt ꝓ ſe ⁊ ſuis oraret
qui cum cito poſt in mari ſubmerſus fuit: ⁊ patre de hꝫ
melancolico: contra predictũ Joannẽ reuelatũ fuit ꝙ
ꝓpter orões Joannis ſubtractus fuit: anteꝗꝫ mala fa-
ceret: que factur⁹ eſſet ſi diu vixiſſet: vnde ⁊ ei p̃ceptuꝫ
fuit: ne Joannem infeſtaret: ſed gratias ei ageret ⁊c.
¶ Circa cuius raptum vel tranſitũ tria oſtendere re-
ſtabit. Primo eñ oſtendet̃ ꝙ deus miſericorditer agit
cum ſic moriente. Secundo ꝙ miſericorditer agit cum
amicis ſic morientis. Tertio ꝙ non eſt de morte ſub-
tracti multum dolendum: ſed potius gaudendum.
¶ Primum patet per exemplum de incipientibus vel
volentib⁹ de nocte ludere ad taxillos ad lumen cande-
le: in quo ludo pecunia amittit̃: ⁊ de amico illorũ: hoc
vidente: ⁊ eos impediente: et lumen illoꝝ extinguente.
Talis enim amicus videns illos: vel vnum illoꝝ vel-
le multa: vel omĩa amittere: ſi lumen ad libitum habe-
ret: gratioſe cum eis agit lumen illorũ extinguendo.
Recte ſic agit amicus noſter deus: quãdoqꝫ cum illis
quos vidit diſpoſitos: ad male ludendũ cum mundo:
et cum his que in mundo ſunt: vel ꝙ in futuro decipi
poſſent: lumẽ vite illoꝝ cito extinguendo: anteꝗꝫ non-
nulla damna incurrant corporalia ⁊ ſp̃ualia: ⁊ finali-
ter animã amittant. Inimici vo lumen non extinguit
Sic nec deus. Et hec eſt cauſa: quare mali ſunt longe-
ui. Et quare vita impiorum proſperat̃ Hieremi. xij.
Et quare impius multo viuit tempore ⁊c. Eccles. vij.
¶ In hac vo ſubtractione: moriens magnũ dei donũ
aſſequitur et beneficiũ: ꝙ de preſentis vite periculis et
miſerijs: in qualicũqꝫ ſalutis ſtatu euocatur. Vnde de
quibuſdam pueris: qui cum parentibus morte preuẽ-
ti ſunt: a beato Auguſtino diffinit̃: ꝙ in hoc eis diui-
na clementia prouidit: ne diu viuentes malorum pa-
trũ veſtigia ſequerent̃. Joſie etiã regi Juda ꝓ magno
munere a deo ꝓmiſſuꝫ eſt: ꝙ ipm citi⁹ ad p̃res ſuos in
pace colligeret: anteꝗꝫ videret mala ſup terrã ventura

ſicut ptʒ.iiij.Reg.xxij.i fine capli.Jſta ḡ de cauſa flos
egreditur ⁊ ꝯterit̄: ⁊ fugit velut vmbra Job.xiiij.Jſte
75 flos ſcʒ mūdicie ⁊c.¶ Secūdū etiā vicʒ ꝙ miſericordit̄
agit cum amicis ſic morientis: patet: vel qꝛ eos tpaliter
punit ad modū domini terreni: qui delinquētes cōtra
legem ſuā: qn̄qꝫ in corporibꝰ: qn̄qꝫ in rebus ſuis punit
vel qꝛ eos admonet: vt ſemꝑ ſint ad mortē parati: vel
qꝛ amorē illoꝝ ⁊ delectatōes ad diuerſa diuiſas: ad ſe
colligere nitit̄: ⁊ in altum aſcēdere facit: ⁊ ideo filioꝝ ⁊
amicoꝝ ꝓſcindit ramuſculos: ſicut oſtēſum eſt. A.xx.
10.Et ꝓphetatū Eſa.xviij.ꝓſcindent̄ ramuſculi ⁊c.et
obturat aquā ibidē: ⁊ ſepit viam: ibidē.xij. Et ſubtra-
hit inordinate dilectionē: ſicut.D.ix.26. vt ipſe totalit̄
diligat̄: ſicut ptʒ ꝑ ꝓfeſſionē nobilis mulieris romane.
Exm Melania noīe: de q̄ ſcribit Hieronymꝰ: ꝙ mortuo ma
rito: anteq̄ʒ ſepeliret̄: mors vtriuſqꝫ filij eidē nūciabat̄.
Jlla v̄o q̄ſi fortis in bello ait: ſcio chriſte qd q̄ris: totū
ſcʒ amorē meū: magnā enī partē dedi marito: ⁊ magnā
filijs: ſed ex q̄ vis totū habere: iuſtū eſt vt totū habeas
Vn̄ Aug.li.iiij.ꝯfeſſionū: de hac materia loquēs: oc-
caſiōe cuiuſdā iuuenis dilecti ab eo: ꝑ mortē ſubtracti
dicit. Deus vltionum ⁊ fons miſcōiarū: miris modis
nos ad te ꝯuertis: dilectū enī per mortē attrahēdo: q̄ſi
vnā ouem ꝑ mortis paſſum ad celum ducit: vt alioꝝ
76 affectus illic ſequat̄.¶ Ex his duobꝰ elicit̄ tertiū: quia
ex quo deus innocētes ſubtrahēdo: tam miſericorditer
agit cum morientibus: ⁊ cum amicis illoꝝ: patet ꝙ de
morte illoꝝ nō eſt multū dolendū: ſed potius gauden-
dum. Hoc inſuꝑ oſtendit̄: tam exemplis q̄ȝ auctibus.
¶ Primo enī exēplis oſtēdit̄: ꝙ tales irrōnabiliter do-
Exm lent: qd quidē viri ſic dolenti cōgruo oſtēdit exemplo.
Fert̄ nanqꝫ ad ſic dolentē de morte filij vel nepotis ve-
niſſe: ⁊ pulchrū iocale cuſtodiendū tradidiſſe: vſqꝫ il-
lud repeteret: qui annuit: poſt paucos v̄o dies illud re-
petijt ⁊ alius ſine dolore vel murmure ſeu triſticia re-
tradidit. Cui alius: miror inq̄t multū de vno: de quo
inquit alius: de h̄ inquit qd dicā: deus ⁊ ego apud te: q̄
ad aliq̄d: eiuſdē ſumꝰ cōditionis: in hoc vicʒ ꝙ vterqꝫ
tibi tradidit pulchrū iocale cuſtodiendū: ꝑ tradentis
voluntate: ipſe vicʒ gratioſum puerū: ⁊ ego cappā. Et
deo depoſitū ſuum petente murmuras: ⁊ me depoſitū
meū petente: nō murmuras: in quo facto tu plus ꝯtra
rationē agis: ⁊ ego ꝑ tanto plus miror ꝑ quāto deus
cum maiori rōne oīa agit tradendo: ⁊ depoſitū reuo
cando: q̄ȝ nos agere ſciamus vel poterimus. Qui ſm̄
Hieronymū i ep̄la ꝯſolatoria ad Tiraſiū: nihil abſtu
lit tuū qui recipe dignatꝰ eſt ſuū. Nota etiā hic de mu-
liere iuxta Melchebron.ſ.e.c.72. Creditū ſuū recipe
decuit creatorē ⁊ creditorē: ⁊ nihil aliud agere decet q̄ȝ
grās agere creatori mutuāti: ⁊ dicere cum Job. Dn̄s
dedit: dn̄s abſtulit: ſicut dn̄o placuit: ita factum eſt: ſit
77 nomē dn̄i benedictū Job.j.¶ Si q̄s enī murmuraret
cōtra aliquē de hoc: ꝙ de grege ꝓprio: ouē acciperet: nō
haberet ꝓ bono. Nec deus habet ꝓ bono: ꝙ murmu-
rat̄ ꝯ eū de h̄: ꝙ ipſe q̄ſi ouē ꝓpriā accipit: ḡ nō eſt mur
murandū: ſed cū Job dicendū: ſit nomē dn̄i ⁊c.¶ Jte-
rū irrōnabiliter doleret: q̄ de hoc doleret: ꝙ charus ſuꝰ
cito ad portū veniret. Sic i ꝓpoſito. Vn̄ Seneca ep̄la
lxxj. Si q̄s in mortē ante p̄mos annos delatus eſt: nō
magis cōqueri debet: q̄ȝ qui cito nauigauit. Exempla
ad ꝓpoſitum in ſacra cōtinent̄ ſcriptura. Et primo de
Abraā Gen̄.xxij. q̄ nō ſolū videre filiū ſuuʒ mori ſine
dolore voluit: ad dei p̄ceptū ⁊ ordinationē: ſʒ ipm̄ quē
ſumme diligebat: ꝓprijs manibꝰ occidere paratus erat
q̄ tn̄ ſtatim ad gaudia nō iuiſſet: ſicut nūc inocēs mor-
tuus in hmōi Abrae exēplo: q̄ filiū ſuū ad dei volūta-
te: ꝓprijs manibꝰ occidiſſet: niſi aries ꝓ eo imolatus:
ipm̄ a mortis ſaluaſſet periculo. Quid dicturꝰ eſt chri-
ſtianus q̄ filiū ſuū ad celū euntē plangit? potius dor-
mientē ⁊ requieſcentē q̄ȝ morientē: quia ille myſticus
aries: qui habuit cornua omnipotentie: ⁊ ſumme ſa-
pientie: tanq̄ȝ ouis ad occiſionē pro eo ductus eſt: ha-
bens cornua crucis in manibus: vbi abſcōdita eſt for-
titudo eiꝰ Abacbuc vlti. inter vepres peccatoꝝ ſuſpē-
ſus ꝓ Jſaac. id eſt. ꝓ nobis mortē noſtrā ſuſtinuit: ⁊
in tm̄ nos ſua morte a mortis ſaluauit ꝑiculo: qd ipſe
de ſeipſo perhibet teſtimoniū dicens. Oīs qui viuit
et credit i me: nō morier̄ in eternū Joā.xj.¶ Aliud exē
plum habet̄ ad idem.ij.Reg.xij.de Dauid: q̄ mortuo
filio: quē multū diligebat: nō lugebat: ſed petiuit poni
panē ⁊ comedit: reſpōdens ſeruis ſuis ⁊ dicens. Nūc
aūt quia mortuus eſt: quare ieiuno. Nunquid potero
eum reuocare amplius: ego vadaʒ magis ad eum: ille
v̄o nō reuertet̄ ad me.
¶ Ex hac vltima auctoritate elicit̄ ratio articuli ſequē Arti.xiij.
tis: ꝙ vicʒ nec de morte bonoꝝ: nec maloꝝ: eſt multuʒ
dolendū: in hoc ꝙ dicit: ille nō reuertet̄ ad me: inanis 78
enī videtur dolor: qui dolenti nocet: morientē v̄o nec
reuocat: nec ei prodeſt.¶ Pro quo eſt ſciendū: ꝙ ꝓpter
quinqꝫ: que cōtrariū oſtēdūt de morte nulloꝝ eſt mul
tum dolendū. Primo ꝓpter morientiū vtilitatē: quā ex
morte ꝯſequunt̄. Secūdo ꝓpter illoꝝ irreuocabilitatē.
Tertio ꝓpter dei voluntatē. Quarto ꝓpter proborum
viroꝝ exemplaritatē. Quinto ꝓpter chriſti ꝓmittētis
veritatē.¶ Primū patet ex verbis Criſoſtomi ſuꝑ Jo
an.homel.lxij. Non inquit debemus peccatorē mor-
tuum multū lugere: quia abſciſſa eſt eius malicia. Nec
iuſtum: qꝛ erutus eſt de incertitudine. Nec iuuenē: qꝛ
cito liberat̄. Nec ſenem: quia ſatiatꝰ liberat̄. Ergo ſm̄
eundē ibidem homel.lxiij. Nolite plorare mortuū: ſʒ
plorate raptorē: auarū: ⁊ huiuſmodi.¶ Secundū patʒ Exm
per exemplū de li.barlaam: in quo oſtendit̄ illoꝝ ſtul-
ticia: q̄ de re irrecuperabili dolent: per exemplū de illo
qui habuit auem: q̄ eum docuit tres ſapientias: illa cō-
ditione: ꝙ illā auolare ꝑmitteret. Quarū prima videt̄
ꝙ nō credat rem incredibilē: qn̄ vicʒ cōtrariū videt ad
oculū: licet totus mūdus diceret ꝯtrariū. Contra quā
faciūt: qui credūt mūdi gaudiū eſſe bonū: longū ⁊ de-
lectabile: nec verū: quia quotidie vident ꝯtrariū: ꝙ vi
delicet illi q̄ plus ꝯfidunt in mundi: diuitijs: delitijs ⁊
honoribꝰ: turpius decipiunt̄. Ex quo ad oculum patʒ
ꝙ nō eſt verū: nec durabile: ſed ſophiſticū ⁊ fallibile.
¶ Secunda videt̄: ꝙ non nitatur nimis apprehēdere
quod apprehenſum teneri nō poterit: quod eſt contra
illos qui mundi diuitias: delitias vel honores: nimis
apprehendere nitunt̄: quia vel non apprehendunt: vel
non diu retinent.¶ Tertia videtur ꝙ de re irrecupe- 79
rabili nō doleat: qd eſt contra illos qui de rebus perdi
tis: quas recuperare nō poſſunt dolent: vel de charis
mortuis quos reducere nō poſſunt: multū dolent: qui
bus improperari poteſt: illud Pſ.lxxxvij. Nunquid
mortuis facies mirabilia: cum lachrymis tuis: aut me-
dici ſuſcitabūt ⁊c.¶ Tertio nō eſt multū plangendū:
ne videamur facere contra dei voluntatē: que eſt ꝙ nō
multū plangamus mortuos: ſicut patet Ezech.xxiiij.
vbi loquitur ꝓphete: ⁊ oībus etiam in nomine pro-
phete dicens. Fili hominis ecce ego tollo a te deſidera-
bile oculoꝝ tuoꝝ: ⁊ nō planges: nec mortuoꝝ luctum
facies. Et locutus ſum ad populū mane: ⁊ mortua eſt
vxor mea veſpere. Nolite ergo lugere mortuos: quia
ſm̄ decretū: immoderatus fletus plus accidit ex deſpe
ratiōis puſillanimitate: q̄ȝ ex pietate.xiij.q.ij. vbicūqꝫ

80 ⁊.§.sequenti. ¶ Quarto ꝓborũ virorũ exempla osten-
Exm̃ dunt: mortuos non esse lugendos. Valeriꝰ nãq3 li.v.
refert ꝙ Anaxagoras audita morte filij respõdit. Ni-
hil inexpectatũ aut nouũ nuncias ego em̃ ex me sciebã
eum esse mortalē: sciebã em̃ ex ipa rerum natura accipi
endi spm̃ ⁊ reddendi legem dari: atq3 vt neminē mori
qui nõ vixerit: ita nec viuere aliquem quidē posse: qui
Exm̃ non sit moriturus. ¶ Item Zenophon audita morte
filij maioris coronam de capite deposuit: sed audiens
ipm̃ fortiter pliantē tanq3 ꝓbum militem: iterũ coro-
nam quã deposuerat reposuit: contestans se maiorem
ex virtute filij voluptatem q3 ex mortuo tristiciam ha
bere. A multo fortiori christiani de morte nulliꝰ debe-
rent dolere cũ Anaxagora: vel saltem de morte ꝓborũ
cum Zenophonte: nam vtrũq3 sup bona rõne funda
tur. ¶ Qz em̃ cũ primo de morte nullius sit lugēdum
sup rõnem fundat accõmodati. Non em̃ est plangen-
dũ ꝙ accõmodans accõmodatũ repetit. Qz nec cũ se-
cundo de morte ꝓborum militũ christi non est plãgen
dum sup rõnem fundatur naturalis gratitudinis. Si
cut nanq3 nullus de hoc lugere debet: ꝙ amicus suus
equũ suum peiorē pdat: vel robam laceret in seruitio
grati ⁊ potentis dñi qui ei dabit multo meliorē: nec il-
le qui sic equũ pdidit vel robam lacerauit: debet cũ tri
sticia vel dolore ad talem dñm appropinquare: vt aliã
robam petat sed audacter ⁊ ꝯfidenter accedere debet:
quia primũ esset contra naturalem gratitudinē in ami
co: ꝙ vic3 doleret ꝙ amicus equũ peiorem mutaret ꝓ
81 meliori. ¶ Secũdam ṽo ingratitudinē supponeret in
dño ꝓpter quã cum timore ad illũ accederet. Sic in ꝓ-
posito: nullus lugere debet de hoc ꝙ carus suus robã
corpis sui: id est totã fortitudinē suam ⁊ sensus ⁊ ipam
carnē in seruiendo deo ieiunijs ⁊ vigilijs ⁊ laboriosis
occupationibꝫ laceret: ꝙ etiã postremo in eius militia
moriēdo equũ corpis mortalis ꝓ equo mutet immor-
tali. Nec talis cũ timore ad deum moriendo accedere
debet: vt hoc petat: quia in eo nec impotētia est ad dan
dum meliorē: quia a mortuis suscitare potēs est Heb.
xj. Nec ingratitudo: quia reddet vnicuiq3 iuxta ope-
ra sua: in ps. Nec falsitas: ꝙ velit facere ꝯtra hoc quod
per apostolũ suum ꝓmittit: dicens. Mortui q̃ in chri-
82 sto sunt resurgēt. j. Thessal.iiij. In qua autoritate ad
literã tangit quinta causa luctũ ꝓ mortuis dissuadēs:
quia contra viuorũ tristiciam: quã de morte habēt: ꝓ-
pria vel amicoꝝ consolationē ⁊ ꝓmissionem de melio
ri corpore ⁊ loco ⁊ vita iterũ recipiēdis apposuit. dicēs.
Resurgent. In qua autoritate ostendit nostre fragili-
tatis conditionē in mortuoꝝ expressione ⁊ ꝓmissionē
immortalitatꝭ in mortuoꝝ resurrectione quasi diceret:
q̃ntũcũq3 conditio vestra vel amicoꝝ vestroꝝ sit fra-
gilis ⁊ misera quorũ conceptio culpa: nasci pena: vita
labor: necesse mori ⁊c. Tamen nolite cõtristari: q: tam
corpa vestra q3 illorũ surgent: que ꝓmissio tristiciã de
conditione vincere deberet sicut patet p exemplum an
te positum: de equo peiori mutando pro meliori: ⁊ de
terra seu luto mutando pro auro: ⁊ parua terra pro re-
gno et beneficio exili pro magno ⁊ paruis diuitijs de-
litijs: honoribꝫ pro magnis ⁊ peritura pro duraturis.
¶ Sed est aduertendum ꝙ predicta auctoritas: non
omnes viuos de resurrectiõe oĩm confortat mortuo-
rũ: sed solũ de resurrectiõe ⁊ ꝓmissione illoꝝ qui mor-
tui sunt in christo: quia alioꝝ resurrectio nulli erit ad
consolationē: quia non resurgunt impij in iudicio sup
ple ad gl'iam. Et ideo signãter dicit: mortui qui in chri
sto sunt resurgent: id est oēs bene morientes. de quibꝫ
83 Col.iij. Mortui estis ⁊ vita vestra abscõdita est cum

christo in deo. ¶ Ad cuius aplici dicti intelligentiam:
est aduertendũ: ꝙ aliqui moriunt contra christũ: aliq
ꝓ christo: aliqui cũ christo: seu in christo: pmi pessime:
secundi optime: tertio medio modo. ¶ Contra christũ
morit: q̃ spũaliter moritur: mortaliter peccando: qui d
exercitu est diaboli: contra christũ: de quo ps.ij. Astite
runt reges terre ⁊ principes ꝯuenerunt in vnũ aduer-
sus dñm: ⁊ aduersus christũ eius: de quo Apocal.iij.
Nomen habes ꝙ viuas ⁊ mortuus es. De talibꝫ nõ
loquitur apls: quia licet ad iudiciũ cũ alijs sint ventu
ri. Iuxta illud Ro.xiiij. Oēs stabimus ante tribunal
iudicis: non tamen resurgēt ad vitam. ¶ Pro dño seu
Christo moriunt martyres quibꝫ dicit ꝓ iusticia ago-
nizare ꝓ aĩa tua: ⁊ vsq3 mortē certa ꝓ iusticia. Eccl.iiij
de quoꝝ morte dicit in psalmo. Preciosa in conspectu
dñi mors ⁊c. ¶ In dño seu christo moriunt: q̃ in fide
christi ⁊ eccl'ie moriunt. Sicut innocentes vel penitē-
tes de q̃bus dicere possumꝰ: ꝙ moriunt in dño ꝓ tan-
to: quia sicut dicimꝰ ꝙ aliq̃s moritur in alio quia mo-
rit inter brachia illiꝰ. Ita dicere possumus ꝙ ipi mori
unt in dño quia moriunt inter brachia ipius: id est in-
ter baptismũ ⁊ penitentiã ab ipis brachijs tenti ⁊ ad-
iuti sicut tenet ⁊ iuuat a brachijs alterius q̃ infra bra-
chia illius moritur. De istis dicit Apocal.xiiij. Beati
mortui q̃ in dño moriunt. Et de istis morientibꝫ vlti-
mis duobꝫ modis dicit Apls. Mortui qui in christo
sunt resurgent. ¶ Ex q̃nq3 ergo causis p̃dictis ptz ra-
tio Decreti quod dicit: ꝙ fletus immoderatꝰ nõ debet
fieri ꝓ morte amicoꝝ: quia ipos p mortē nõ amittimꝰ
sed p̃mittimꝰ. xiij.q.ij.q3 p̃posterũ.
¶ Si ṽo nec p̃dictis causis ratio sensualitatē vincere Ar.xliij. 84
possit: q̃n in aliq̃ de morte doleat caroꝝ: alit est de mor-
te corpali atq3 aliter de morte spũali ⁊ gehēnali dolen-
dũ. Quia de morte naturali si oĩno dolor excuti non
possit q̃n sensualitati in aliq̃ satisfaciat est parũ dolēdũ
De spũali ṽo ⁊ gehēnali est multũ dolendũ ⁊ cõpatiē
dũ. Qđ pulchre docet Eccl.xxij. Sup fatuũ inq̃t plo
ra: deficit em̃ sensu. Modicũ plora sup mortuũ: quia
requieuit. Luctus mortui septē dies: fatui aũt ⁊ impij
oēs dies vite illoꝝ. ¶ Primũ vic3: ꝙ dolor d morte na
turali si oĩno tollendꝰ vel mitigandꝰ est: ptz ꝑ totũ ar-
ticulũ p̃cedentē. ¶ Secũdũ ꝙ vic3 de morte spũali est
dolendũ: tã ipi mortuo q3 eius amicis: patet ꝓpt tria.
¶ Primo quia amittit totũ lucrũ suũ spirituale: quod
a natiuitate sua adq̃siuit ⁊ hereditatē celestē. Si ami-
cus tuꝰ tot bona tpalia fieri si posset amisisset ꝓprio de
fectu ꝓ parua delectatiõe vel lucro malo: magna cau-
sa inesset tã tibi q3 ipi lugendi. ¶ Secũdo quia non so-
lũ sibijpis vt dictũ est nocent: sed quia totã dãnificant
cõmunitatē. Peccator nanq3 peccando oĩa creata ⁊ to-
tũ mundũ q̃ntũ in ipo est destruit ⁊ mortē christi eua-
cuat ⁊ sacramentoꝝ eccl'ie effectũ annullat: quia oĩa
erant creata ꝓpter bonos. Et mors christi ⁊ sacramen-
ta bonis ꝓsunt ⁊ ipis existentibꝫ stant: ⁊ effectũ habēt:
⁊ ipis deficientibꝫ deficiunt: sicut patet de Sodoma: q̃
stetisset si decē bonos habuisset. Ergo sicut peccatores
tunc Sodomã: ita nunc q̃ntũ in eis est: destruũt mun
dũ. ¶ Tertio quia peccando: non solũ terrestribꝫ vt di
ctũ est: sed etiã quodãmodo celestibꝫ nocent: inquantũ
impediũt impletionē ruine angeloꝝ ⁊ nũerũ electorũ.
¶ Sic ergo morientes lugendi sunt vt lugentes bene-
dictionē consequant. Math.v. Beati q̃ lugent. Sed
heu ꝓ spũali morte vel amissione pauci dolent: vel de
spũali ꝓfectu amicoꝝ parũ sollicitant. De parentibꝰ
nanq3 inquirũt ⁊ amicis si sint corpe sani: si habeant
victũ ⁊ vestitũ: si diuitias: honores ⁊ ꝓmotiones: gre-

ges:equos:aurū:argentū:terras:potentū grã ⁊ ami-
citiã:pacem tpalē:⁊ de alijs que ad corpus ꝑtinent: tã
circa ſeipos:q̃ȝ amicos ſolliciti ſunt:⁊ nihil q̃rere omit
tunt:vel quō ꝓſperaṫ: vel quō infortuniū paſſus eſt.
De his v̾o que ad dei ꝑtinent honorē ⁊ aĩarū ſalutem
vel perditionem ſollicitationem nullam vel paruam
gerunt:nec de his queſtiones faciunt:in quo aperte ſe
oſtendunt amicos eſſe corporum: et non animarum.
¶ Tertio ꝙ de morte gehennali eſt dolendum tam ip
ſis q̃ȝ amicis:patet primo tam ex his que tacta ſūt ſu-
pra.e.c.xij. q̃ ex his que in capitulo de penis dicenda
85 ſunt. ¶ Secundo idem patet ex eius penalitate ⁊ aﬄi-
ctione que q̃ȝtum ad p̃ſens conſurgit ex trib⁹. Ex loci
artitudine ⁊ obturatiōe. Cū em̃ ibi multos eſſe dubiū
non ſit ⁊ locus ſit artus ⁊ ignis ⁊ fumus magn⁹: om-
nino imaginari oportet:ibi penã eſſe magnam. ¶ Se-
cundo ex nociuoꝝ multitudine. Om̃ia nanq̧ que q̇s
imaginaṫ hic ei eſſe nociua ibi cogitet illa poſt diem iu
dicij inuenire ei mag̃ nociua. ¶ Tertio ex odij magni
tudine quod viȝ aĩa habebit ad illud corpus turpiſſi-
mū:de quo C.ij.10. quia quãto hic maiori amore illō
dilexit inordinato:tanto maiori odio illud ibi habebit
Et ſi multū triſtaṫ a corpe illo recedens eius vidēs fe-
ditatem:multo magis dolebit:quando ꝓ ſuo ꝑpetuo
ei copulabiṫ:⁊ in illo turpiſſimo corã toto mūdo in iu-
dicio apparebit veſtimento:quis ergo dolorē excogita
re poterit:quem aĩa miſera habebit:quãdo illi corpo-
ri turpiſſimo ꝓ cuius deſiderijs ſequendis ip̃a dam-
naṫ:magno cū dolore inuita ligari debet:quando tam
turpe vas intrabit: vt in perpetuū infelicē ⁊ penalem
ſimul habeãt ſocietatē. De iſto ergo morte verificatur
illud:pſal.xxxiij. Mors peccatoꝝ peſſima. De ſecūda
ergo ⁊ de iſta tertia ⁊ nō de prima multū dolendū ⁊ lu
gendū eſt:quia ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiū. In cui⁹
rei ſignū dicit Ambroſi⁹:ꝙ Dauid mortē Abſalonis
lachrymatus eſt:ſicut patet.ij. Regū.xviij.vbi dicitur
ꝙ audita morte eius: fleuit:dicens. Fili mi Abſolon:
Abſalon fili mi. Quis mihi tribuat vt ego moriar pro
te. Non aūt filij innocētis:quia ſciuit vnum peccato-
rem:⁊ aliū innocētem mortuum.

Ar.xv. ¶ Ad hoc v̾o ꝙ moriens non doleat:nec amici dolorĩ
86 habeant cauſam vel occaſionem: tres conditiōes ante
mortē habite morientē iuuant:cognitio viȝ cū effectu
ſuijpius ꝓximi ⁊ dei. Ideo dico cū effectu vt ſic viuat:
quod opus exteri⁹ oſtendat ꝙ cognoſcit ſe moriturū.
Om̃es nanq̧ ſcim⁹ quia moriemur quia veriſſimū ꝓ
uerbiū eſt:ꝙ eſt noſtre ſortis tranſire per oſtia mortis.
Eſt graue tranſire ſit tranſitus abſq̧ redire. Sed non
om̃es ſic viuim⁹:ac ſi ſciremus nos mortales. De quo
quidã ph̃i leguṅt congruo reprehendiſſe Alexandrū
Exim̃ magnū. De quo legiṫ ꝙ tranſiens per mundū ⁊ audi
ens loqui de quibuſdã ph̃is:eos ad ſe accerſiri fecit: a
quib⁹ cū diuerſas queſiuiſſet q̃ſtiones ⁊ reſponſiones
eoꝝ eidē placuiſſēt: dixit eis ꝙ peterēt ab eo qd̄ vellēt.
At illi petierūt immortalitatē:q̇bus ip̃e reſpondit:pri
us reputaui vos ſapiētes:nūc v̾o vos iſipiētes. Qua-
re inquiūt? quia inq̇t:quō poſſem ego vobis immorta
litatē dare? quã mihiip̃i conſeruare non poſſum. Qui
bus illi:ergo mortalis es tu. Sum inq̇t. Cui illi: qua-
re ergo ita cupide ⁊ male viuis:ac ſi eſſes immortalis.
Ex iſta hiſtoria patet ꝙ licet ſe cognouerit eſſe mortalē
non tamen vixit ac ſi ſciuiſſet ſe mortalē. Sicut nec fa-
ciunt nōnulli modernoꝝ q̇ vtinã ſaperent ⁊ intellige-
rent ac nouiſſima ꝓuiderent. Deuṫ.xxxij. vt de quoli-
bet illorū poſſet in morte dici illud.ij. Machab.j. Co-
gnouit:quia moreretṫ:⁊ illud pſal.ciij. Cognouit occa
ſum ſuū. Que q̇dē auctoritas duo bene morienti inclu
dit neceſſaria:actum virtutis cognouit ⁊ tranſitum ſa
lutis moreretur occaſum ſuum faciens. ¶ Q̃tum ad 87
primum cognouit tria: et in quolibet trium cognouit Cogno-
tria. Primo nanq̧ cognouit ſeipſum in quo cogno- ſcere.
uit ⁊ inuenit tria. Primo nanq̧ in ſeip̃o cognouit pro
priam iniquitatē cordis: oris:operis ⁊ omiſſionis in
conſcientia:ſicut cognoſciṫ macula in ſpeculo ⁊ doluit
confitendo ⁊ penitentiã agendo:dicens deo: ⁊ locum
dei tenenti confeſſori:illud pſal.l. A peccato meo mun
da me:quoniã iniquitatē meã ego cognoſco. Et auxi-
liū petendo vt ſanetur:ſicut eger qui cognoſcit morbū
medici implorat auxiliū. Sic iſte a deo:⁊ exaudit⁹ fuit
iij. Regū.viij. Si quis cognouerit plagã cordis ſui:et
expanderit manus ſuas in domo hac:tu exaudies ⁊c.
Poſtq̃ȝ v̾o ſic fuerat mundatus: ſecundo cognouit in
ſeip̃o propriã fragilitatē ⁊ precauebat: ſicut timens ne
capiatur in paſſu periculoſo precauet in futurū ſciens
quia ſapientia callidi eſt intelligere viã ſuã. Prouerb.
xiiij. Quo contra aliquoꝝ ſtulticiam qui futura nō p̃-
cauent pericula:chriſtus plangens dicit Luce.xix. Si
cognouiſſes ⁊ tu:ſubaudi:fleres. ¶ Tertio cognouit
in ſe mortis certitudinē: ⁊ ideo om̃ia peritura faciliter
contēpſit:quia teſte Hieronymo. Facile om̃ia cōtem-
nit qui ſemper ſe cogitat moriturū. Et ſicut homo cer-
tus de ſententia ⁊ de amiſſione ſeu confiſcatiōe omniū
bonorū ſuorū ante diem illū prouidentiã facit:⁊ bona
ſua ad loca mittit in quibus a confiſcatorib⁹ non inue-
niuntur. Ita ⁊ iſte ſano vſus conſilio ſibi prouidit an-
te ſuam captionem vel ſententie lationem regratians
⁊ letus ꝙ deus diem illum ⁊ viã illam ſibi notificauit
⁊ dicēs. Notas mihi feciſti vias vite:in pſ̃.xv. Et qua
ſi adiūgēs bonū effectū q̇ ex illa noticia ſequiṫ dic̃. Ad
implebit me leticia ⁊c. Sed d̾ auaro ⁊ q̇cunq̧ ſtulto:q̇
ante tempus ſibi nō prouidet:diciṫ Eccl̃.xj. Neſcit ꝙ
tempus preteream illum ⁊ mors appropinquat ⁊ relin-
quet om̃ia. ¶ Cuilibet tali ꝓmittit ſaluator Luce.xij.
dicens. Stulte hac nocte repetent a te animã tuam: et 88
que congregaſti cuius erunt. ¶ Secundo in proximo
cognouit tria. Primo ignorantiã vt doceret:ſicut ocu-
lus aliquis videt ⁊ ſol lucet:ſic ip̃leuit illud. Prouer.
xxvij. Diligenter agnoſce vultū pecoris tui. Secūdo
vitam malorū vt corrigeret:bonorum vt promoueret
ſicut medicus tangit ⁊ cognoſcit pulſum:ſciens: quia
arbor a fructibus cognoſcitur. Matth.xij. Et a fructi
bus eorum cognoſcetis eos. Matthi vij. Et ex ſtudijs
ſuis cognoſciṫ vir. Prouer.xx. Tertio eius indigētiã:
vt ſuppleret. Sicut vnū membrū alterius ⁊ paſtor oui
um cognoſcit: vt ſuppleat defectus Joan.x. Ego ſum
paſtor bonus ⁊ cognoſcūt ⁊c. Sic Joſeph cognoſcēs
fratres ſuos:dedit eis alimenta. Geñ.xlij. ¶ Tertio in
deo cognouit tria:iudicia diſtricta ⁊ ip̃m timuit: ⁊ of-
fenſam vitauit:quia cognoui quia equitas iudicia tua
in pſal.cxviij. Sic cognoſcetur dñs iudicia faciens:in
pſal.ix. ¶ Secūdo charitatem ⁊ ip̃m dilexit: ſicut gra-
tus diligit benefactorem ⁊ dilectorū ſuum.j. Joan.iij.
In hoc cognouim⁹ charitatem dei :q̇m̃ ip̃e pro nobis
animã ſuam poſuit. Diligamus ergo deū:q̇m̃ ip̃e po-
dilexit nos. ¶ Tertio voluntatem qua precipit ꝙ pre-
cepta ſua teneanṫ:⁊ ea opere impleuit: ſicut obediens
mandato regis. Joan.vij. Si quis voluerit volunta-
tem eius facere:cognoſcet doctrinam eius:quia ex deo
eſt. Sed heu cognouit bos poſſeſſorem ſuū: ⁊ aſin⁹ p̃-
ſepe ⁊c. Populus aūt me⁹ non cognouit. Eſa.j. Quia
vir non cognoſcet ⁊ ſtult⁹ non intelliget hec:in pſ̃.xcj.
¶ Sanctus v̾o vel ſapiēs qui vt predictū eſt cū bona 89

decesserit cognitione: econuerso dicere potest illud. ps.
Omīs consummatiōis vidi finem: ⁊ ꝓpter hoc a mor
te non ledebatur: vbi alij qui mortis casum non ꝓuī
debant pessime damnificant̄ ⁊ ledunt̄. Quia sicut vi
demus ꝙ magna differentia est inter cecum ex impro
uiso in lutum: vel puteum cadentē: ⁊ inter vidētem et
ꝓuisum: quia primus magis periculose cadit: ⁊ plus
deturpatur: quia nullū habet manuū auxilium q̄ ino
pinate cadit: videns vo ⁊ si eum cadere oportet: minꝰ
leditur ⁊ deturpat̄: quia auxiliū habet ⁊ manuū ⁊ ocu
loꝝ. Et ſm antiquū ꝓuerbium. Jacula preuisa minꝰ
ledunt. Sic peccator cecus: qui non est ꝓuisus seu pa
ratus mori: morte subita vl' alia ꝑoccupatꝰ male cadit
⁊ ledit̄ ⁊ multū obstupescit: dicēs illō Ezech. vij. Ve
nit finis: finis venit oīm: scʒ que dilexi. Aliꝰ vo nō ob
stupescit: q2 nihil nouū: aut non expectatum ei accidit:
etiam si subita morte ꝑoccupatꝰ fuerit in refrigerio erit
sicut patet supra. e. c. 18. cum sequētibus. Et nō curat
qua hora ad lectionem vel ad potum reddēdum vo
cetur vel ad mortem: dicēs. Vidi finem: quasi diceret:
ꝓuisus fui: sed quia iste finis certiori experimēto vide
tur in alijs morientibꝫ q̄ȝ cogitetur in viuentibꝫ: patet
ꝙ melius est ire ad domū luctꝰ q̄ȝ ad domū ꝯuiuij. In
illa finis cunctoꝝ admonet̄ hoīm: ⁊ viuens cogitat:
Ar. xvj. ¶ Ex qua auctoritate ptʒ ar (q̄d futurū sit Eccs. vij.
ticulus. xvj. ꝙ vicʒ mors cūctos admonet ⁊ hortat̄ bo
nā hr̄e vitā ⁊ malā vitare. Pro quo est aduertendū: ꝙ
mors cū nuncijs suis docet specialiter vitare quatuor
in quibꝫ maior ps hoīm errat: scʒ cupiditatē: luxuriā:
superbiā: ⁊ ꝑsumptionē longe vite. ¶ Rōnes vo qua
re ista vitanda sunt mors ostendit ⁊ ꝑponit in auctori
tate: que de mortuis legit̄ Job. xiiij. Homo natus de
muliere breui viuens tpe: replet̄ multꝭ miserijs: q̄ q̄si
flos egredit̄ ⁊ pterit̄ ⁊ fugit velut vmbra. Hec nanqȝ
auctoritas q̄tuor habet partes que quatuor predictos
dissuadent errores. Quatuor vo eius partes sunt: bre
uitas: miseria: ptritio: ⁊ velox fuga. Prima cupiditatē
Secūda lasciuiā. Tertia supbiā. Quarta ꝑsumptionē
90 dissuadet vite lōgioris. ¶ Qr vo breuitas sit remediū
cōtra cupiditatem: patet: quia si homo haberet de com
muni humane vite cursu: vel ex priuilegio speciali: vl'
quacunqȝ certitudine vel ꝑsumptōe ꝙ posset viuere p
decem millia annoꝝ: vel saltem p mille vel ducentos
annos haberet aliquod motiuū vel cupiditatis colorē
vt sibi ꝓ tam longa vita in futurū ꝓuideret. Nūc vo
quia de illis qui nascunt̄ decimꝰ non ꝑuenit ad octoge
simū annū: qui vo illā attingūt etatem: ampliꝰ eorum
labor ⁊ dolor: extūc nanqȝ ⁊ ante incedūt curui: tussiē
tes ⁊ pleni miserijs: quia senectꝰ multa secū affert incō
moda. Illi vo quibꝫ videt̄ ꝙ tps vite qō de cōmuni
cursu ptranseunt vel ptransire sperant: longum sit: et
ideo cupide viuendum esse putant: sicut ille Luce. xij.
Anima habes bona multa in annos plurimos vnum
aduertant ⁊ intelligāt: ꝙ si viuere possent centū anno
rum millibꝫ a principio mūdi vsqȝ ad finem: vita illo
rum breuissima esset respectu tpis futuri: id est eterni
tatis. Nec ad illud tps comparatū vniꝰ pūcti: immo
uerius nullā haberet compatiōem quia finiti ad infi
nitum nulla est compatio: quia in fine totū illud tem
pus esset tanq̄ȝ dies hesterna que p̄terijt: cuiꝰ nulla ps
remanet. Ita ⁊ iste de illo tpe p̄terito nihil haberet ni
si penam: sicut patet in auctoritate beati Gregorij. D.
v. 4. ¶ Nunc vo quia vita illoꝝ tam breuis est: nō so
lum in compatiōe ad eternitatē in q̄ penā sustinebūt:
⁊ vitā amittent eternā sed etiā quia eiꝰ breuitas ad ocu
lū quotidie ostendit̄: maximū videt̄ mirabile quare tā
cupide viuunt: qui nullū habent cupiditatis colorem
vel rōnem tā multū sollicitari de tā breui vita ⁊ de fu
tura que in eternū durabit parū cogitare. Quis eñ ne
sciat aīam meliorē ⁊ longeuiorē esse corpe: ⁊ vitā futu
ram meliorē esse p̄senti ⁊ longiorē? ¶ Quis ergo illum
nesciat stultū: qui non plus ꝓuidet ꝓ aīa in vita illa in
eternū victura: de auro: argento: frumento: vestimen
tis ⁊ hmōi: q̄ȝ ꝓ corpe cito morituro? Et si ille stultꝰ sit
multo stultior videt̄ qui aīam ꝓ corpe ⁊ vitā illā ꝓ vi
ta ista pdit: ⁊ de tam breui vita ad eternā transit mortē
⁊ de breui lucro: luce: leticia: ⁊ consolatiōe potentia: di
uitijs delitijs ⁊ honoribꝫ ad eternas migrat pditiones
tenebras tristicias impotētias paupertates penas et mi
serias. Et tamen nōnulli illoꝝ in tantū demētati ⁊ ex
cecati sunt ꝙ etiā si scirent ꝙ non supuiuerent per an
nū nec offensas emendarēt nec aliena restituerent: ne
filios vel alios post se paupes derelinquerēt. Vtilius
est mori sine filijs ⁊c. Eccl'. xvj. Ergo non estimatio lō
gioris vite sed potius ipa mera insania causa est illoꝝ
cupiditatis. Et aduertite q̄ȝ rationabiliter deꝰ vite bre
uitatem ordinauit ꝯtra mundi cupiditatē ⁊ q̄ȝ cōgrue
crescēte cupiditate vitam abbreuiauit cupidorum. In
mūdi nanqȝ principio cum terra seu terrena possessio
esset habitatoribꝫ amplior: q2 habitatores habuit pau
ciores ⁊ minꝰ cupidos ⁊ minus mutuis brigis ⁊ mali
cijs se expugnātes quia nec oportuit quia terra ita am
pla erat: ꝙ plus erat sufficiens pro paucis tunc: q̄ȝ pro
multis nūc: nec sciuerūt quia adhuc inuente nō erant
malicie que de die in diem crescūt: homines habuit lō
geuiores q̄ nongētos annos ⁊ vltra attigerūt. ¶ Mo
derno vo tpe cū sicut terrarū termini ⁊ possessiōes ar
tant̄: pnia possessores ⁊ habitatores multiplicant̄ qui
bus terra vix sufficit. Ita ⁊ cupiditas auaricia ⁊ mali
cia crescūt intantū ꝙ quilibet fere aliū brigis placitis:
vel bellis expugnat. Ita insup ⁊ dies vite decrescūt: ⁊
etates hoīm abbreuiant̄ vt per hoc oībꝫ misericors deꝰ
patefaceret: ꝙ ideo dies abbreuiat ⁊ etates destruat cu
piditates. Ad modū medici q̄ crescēte morbo augmē
tat medicinas ostendens cupido ꝙ cum habuerit: qō
cupierat possidere non poterit. Job. xx. Predictꝰ vo ꝓ
cessus quo ostēsum videt̄: ꝙ ꝓpter auariciā abbreuia
ti sunt dies nostri: confirmat̄ per argumentū transum
ptū a contrario sensu. Si eñ odiū auaricie prolongat
dies: ergo amor auaricie abbreuiat dies ⁊ festinat mor
tem. Sed q̄ odit auariciā longi fiēt dies eius. Prouer.
xxviij. Ergo q̄ amat auariciam breues dies hominis.
Job. xiiij. Et sic patet prima pars huius articuli: quo
modo scilicet vite breuitas docet vitare cupiditatem:
quia subito morient̄ i media nocte turbabunt̄ populi:
⁊ pertransibūt. Job. xxxiiij. ¶ Qr vo secūda pars p̄di 91
cte auctoritatis scilicet miseriarū copia remedium sit:
⁊ in remediū a deo prouisum sit cōtra carnis inordina
tas delicias: patet: quia si corpus ante mortē vel in ipa
morte vel post mortem felix esset ⁊ bene conditionatū:
non esset mirū ꝙ anima ipius sequeret̄ desideria: quia
⁊ aliquem haberet colorem. Nunc vo quia tot replet̄
miserijs ante mortem in morte ⁊ post mortem in omni
scilicet conditiōe et statu dissuadet anime ne ipius seq
tur voluptates. Ante mortem nanqȝ sanū non est sine
periculis ⁊ grauaminibꝫ ⁊ infirmitatū timoribus. Qr
non sit sine periculis: patet quia licet actu non infirme
tur raro tamē est sine infirmitatū materia ⁊ dispositio
ne. Qr nō sine grauaminibꝫ sit: patet quia licet nec po
test minꝰ de cibo vel potu vel plus sine grauamine ha
bere: ⁊ difficile est mediū tenere. Qr nō sit sine infirmi
tatū timoribꝫ: patet: quia vix pōt in cena vel prandio

excedere: vel frigidū: vel calidū: vel laborē: vel ↄtrariā
fortunā ſuſtinere quin timeat infirmari. Infirmus vo
ꝛ mortuū non eſt ſine dolorib: poſt mortē vo non eſt
ſine fetorib: ꝛ horrorib. Unde Bern. Quid horribi
lius hoīe mortuo: cui⁹ erat in vita gratiſſim⁹ amplex⁹
fit in morte horribilis aſpectus: qui ſedebat potens et
diues in throno: iacet paup in tumulo qui delitijs ve
ſcebat: modo a vermib comeditur qui aſtabat glorio
ſus in aula: iacet ignobilis ī tumba. Quid ergo ꝓſunt
diuitie? que non liberant a morte: quid delitie? que nō
cuſtodiunt a verme: quid honores qui nō ꝓſeruant a
fetore? dū vo miſericors deus: cū tot miſerabilib con
ditionib carnē condidit: quid aliud docere voluit? ꝙ
ꝙ tam nobilis creatura ſicut eſt anima tā miſere crea
ture ſicut eſt caro non ſequeret deſideria. Immo ipam
ꝛ caro ſi rōnem ſecū haberet ꝛ loqui poſſet: rationabi
liter anime conſulere deberet: dicendo: noli te creaturā
tam nobilem ꝛ immortalem ad dei factam ſimilitudi
nem ꝛ meipam etiā ꝓpter meas momentaneas perde
re delitias. Nolite ḡ ſꝫm carnē viuere quia ſi ſꝫm carnē
vixeritis: moriemini: ſi autē ſpū facta carnis mortifica
ueritis: viuetis. Ro. viij. Nota de hac materia. C. ij.
92 10. ꝛ. G. ij. 41. cū ſequentib: ꝛ. G. v. 23. ¶ Tertiū vo
quod in predicta auctoritate. Iob: tangit in hoc ꝙ di
cit conterit: admonitione ſua nos retrahere deberet a
ſupbia. Nā ſi bene conſiderare velimus: ꝗ̄cito poſiti
erimus ſub pedibus: non ſolū hominū tā amicorū ꝗ̄
inimicoꝝ: ſed etiā canū ꝛ beſtiarū: vbi qui nunc eleuat
ꝛ poſſidet magna palacia habebit aulā cuius ſummi
tas naſum ſuū tanget: qui nunc neſcit quo vult indui:
tunc habebit veſtimentū de terra ꝛ vermib qui nunc
ꝓ verbo offenſus cū hominib pugnat: tunc ſi gladiū
haberet in manib a miſerrimis beſtijs ꝛ vmib ſe cu
ſtodire non poſſet: paruū elatiōis inuenirem⁹ motiuū
quia omia conterit tꝑs moriēdi. Eccs. iij. Et poſt mor
93 tem non erit tale nomen noſtꝝ. Eccl. xlviij. ¶ Quartū
vo qd in pdicta tangit auctoritate in hoc ꝙ dicit fugit
velut vmbra: nos retrahere deberet a longioris vite p
ſumptiōe. Nā paruū motiuū haberem⁹: vel de longa
vita confidere ſi conſiderarem⁹ ꝙ ſicut exiſtens in na
ui mota: ſiue comedat: ſiue dormiat: ſiue gaudeat: ſiue
doleat verſus portū mouet: qd tamen non ꝑcipit: niſi
portus vel ripa videat. Ita nos verſus mortē etiam ſi
corpe quieſcam⁹ ad mortē tamen mouemur: ſicut por
tatus in naui ſicut etiā vmbra mouet ad motū alteri⁹
ita nos ad mortē mouemur motu tꝑis velociſſimo In
cuius velocitatis cōparatiōe omis mundi glia in diui
tijs delitijs ꝛ honorib cōſiſtēs: flāme aſſimilat de ſtu
pa aſcendēti. In cuius ſignū quando papa eccleſiā in
trat miſſam ſolenniter celebratur⁹ ſtupa accendit: vno
clamante: ſic tranſit glia mundi: quia ſicut illa flāma
dū in altū aſcendit ſtatim extinguit: ſic deiecisti eos dū
Exm alleuarent: in pſal. lxxij. Ex iſta vite noſtre breuitatis
conſideratiōe: quidā fleuiſſe legit: vidēs exercitū Per
ſis regis medorū: quē cū alius flentē videret ꝛ eſtima
ret ꝙ timore ei hoc accideret: ꝛ ipm contra timorē talē
cōfortaret: aſſerēs partē illoꝝ potentiorē eſſe parte ini
micoꝝ reſpondiſſe dicit: non mihi hunc incutit hono
rem timor in bello ſuccūbendi: ſed de hoc fleo: ꝙ cogi
to ꝙ tā pulchra gens ꝛ tā fortis erit tā cito ita turpis ꝛ
debilis infra centū annos nullus illoꝝ de hoc cogitat.
¶ Ex conſili conſideratiōe fleuiſſe legit chriſt⁹. Luce
xix. Videns ciuitatē hieroſolymoꝝ cū ciuib ſuis de
ſtructioni ꝛ mori appropinquare: de qua dictū eſt per
Ieremiā ꝓphetā dicentē. Quicunqꝫ in ciuitate hac mā
ſerit: moriet gladio. Iere. xxxviij.

¶ Sacra ſcriptura pdictā vite noſtre conſiderās breui Ar. xvij.
tatē: ad illi⁹ breuitatis ↄſiderationē nos hortat: dicēs. 94
Memor eſto: qm mors nō tardabit. Eccl. xiiij. Vidēs
inſup pdicte ↄſideratiōis vtilitatē iterū nos hortatur:
dicens. Memorare nouiſſima tua: ꝛ in eternū nō pec
cabis. Eccl. vij. Circa quā memoriā ꝛ eius vtilitatem
ſunt decē puncta oſtendēda. Pmo vāqꝫ oſtendet quō
ſancti viri nos mortis memoriā habere docuerūt. Se
cundo quō mortui ſuo modo hanc nobis cōmendaue
runt ꝛ pdicauerunt. Tertio quō effectualiter excogita
ta cuſtodit a cupiditate cogitantē. Quarto quō a ſup
bia. Quinto quō a luxuria. Sexto quō ab appetitu ter
reni honorꝫ. Septīo quō ab oīb peccatꝫ. Octauo quō
totū mundū cū cōtentis cōtēnere facit. Nono quā di
ligentiā adhibere debemus: vt nouiſſima noſtra cum
operis oſtenſione cogitem⁹. Decimo que ſunt memo
rie predicte impedimenta. ¶ Pmo eni nos ſancti mor 94
tis memoriā habere docuerūt: ſicut patet primo per Au
gu. in quodā ſermone. Rogo inquit vos fratres reſpi
cite ad ſepulchra diuitū: ꝛ quotiēs iuxta illos tranſitis
attēdite vbi ſunt illoꝝ diuitie: vbi ornamēta: vbi anu
li: vbi diademata pcioſa: vbi vanitates: luxurie: ꝛ vo
luptates? tranſierunt omia velut vmbra: quia nihil in
eis remanſit niſi ſoli cineres ꝛ fetidi vermes. Hoc ḡo
homo diligenter attende: tuipē tecū loquere: dicens.
O miſer: aliquando dū iſte vixit in hoc ſeculo pro cupi
ditate currebat: multas viduas fecit ꝛ orphanos adul
teria: homicidia: incendia vſqꝫ in finē facere non ceſſa
uit: quantos captiuauit: quātos miſeros fecit: quātos
expoliauit? ꝛ ſub vna hora expirauit ꝛ diuitias reliqt:
quas de malo congregauit ꝛ inuenit penas quas non
ſperauit. Ideo quantū poſſum⁹ feſtinemus: vt aliorū
vulnera nobis conferant ſalutē ꝛ dū inſtabilis eſt ca
ro: aīa bonis operib ordinata in celū ab angelis eleue
tur. ¶ Secundo idē patet ex hiſtorijs romanoꝝ cōtinē
tib ꝙ quondā poſt coronationē imperatoꝝ anteꝙ ali
quid imperarent: intrabant ad eos ſepulchroꝝ edifica
tores: ferentes in manib quatuor genera marmoꝝ di
uerſoꝝ ꝛ corā cunctis principib imperatori dicebant:
de quo genere marmoris tuū iubes fieri monumentū.
In quo facto inſinuabant eidē: vt videlicet mortē ob
liuioni non traderet: ꝛ imperiū cū clementia guberna
ret. Ne de illo verificet: illud Prouerb. xx. In nouiſſi
mis bñdictione carebit. ¶ Tertio idē apparet p hoc ꝙ 95
legit ꝙ Ioānes elemoſynari⁹ patriarcha ſepulchrū di
mittens imꝑfectū ꝛ ordinauit ꝙ in ſolennitatib qn in
honore eſſet pōtificali: vnus ei diceret: dñe iube ſepul
chrū tuū pfici: q2 neſcꝫ qn fur ventur⁹ eſt. Quarto idē Exm
oſtendit p hoc qd legit: ꝙ quidā ↄfeſſor cuiuſdā peſſi
mi viri: audiēs ↄfeſſionē ei in remiſſionē iniūxit pecca
toꝝ: ꝙ iuuaret mortuos ſepelire: qd cū frequēter face
ret: cōpunct⁹ ꝛ ↄuerſus fuit. ¶ Quinto idem patet per Exm
Hugonē de aīa. li. j. Dic mihi inquit: vbi ſunt mūdi
amatores? qui ante pauca tꝑa nobiſcum erant: nihil ex
eis remanſit: niſi cineres ꝛ vermes. O homo attende
quid ſunt ꝛ quid fuerunt: homines fuerunt ſicut tu:
comederunt biberunt ꝛ riſerunt: ꝛ duxerunt in bonis
dies ſuos ꝛ in puncto ad inferna deſcēderūt. Iob. xxi.
Quid ſunt: hic caro illoꝝ vermib. ꝛ illuc anima illoꝝ
ignibus deputat: donec rurſus infelici collegio colliga
ti ſempiternis ſimul inuoluant incendijs ꝛ q ſocij fue
runt in vicijs: ſocij erunt in penis: vna nanqꝫ pena im
plicat: quos vnus amor in crimine ligat. Quid illis ꝓ
fuit inanis glia: breuis leticia: mundi potentia: carnis
voluptas: falſe diuitie: magna familia: ꝛ mala cōcupi
ſcentia: vbi nunc riſus: vbi iocus: vbi iactātia: vbi ar

rogantia: de tanta leticia quāta triſticia: poſt tantā vo-
luptatē tam grauis miſeria de illa exaltatōe ceciderūt
in magnā ruinā ⁊ magna tormenta quicquid illis ac-
cidit tibi accedere pōt: quia homo es homo de humo:
limus de limo: de terra es ⁊ de terra venis ⁊ in terram
reuerteris quādo venit dies vltima ais: ſubito veniet
⁊ forſitan hodie erit: certū eſt ꝙ morieris ſed incertum
quādo aut quō? Et qm̄ mors vbiqꝫ te expectat: tu q̊qꝫ
ſi ſapiens fueris vbiqꝫ eum expectabis: hec ille. Cuiꝰ
vſus auctoritati ſequentes concordāt verſus. Morte cadit
ſubita: mala mors ⁊ ſic mala vita. Hanc vitam vita-
96 ne moriaris ita. ¶ Sexto idem oſtendit̄ per aliā aucto
ritatem: qua dicit̄. O homo inquit vnde venis? de ter
ra plorans: vbi es in vita miſerabili: incertū vtrū dam
nari debeas vel an ſaluari: quo iturꝰ es ad durū iudi-
cium vbi redditurꝰ es rōnem de omnibꝫ cogitatiōibꝫ
dictis ⁊ factis ⁊ horis ⁊c̄. ꝑ quam viā ibis: ꝑ artā mor-
tis portam: vbi claudent̄ oculi? ⁊ amittet̄ mūdi ame-
nitas ⁊ ꝓximoꝝ ſocietas: inuadent inſuꝑ te in illa por
ta vndiqꝫ latrones: qui tecū comedebāt ⁊ bibebant: et
in peccatis tecū voluebant: a te ꝓcul fugient: ita vt di
cere poteris illud pſ̄. xxx. Qui videbant me foras fuge
runt a me: obliuioni datꝰ ſum tanqꝫ mortuus a corde.
Notate verba. Nō dicit obliuioni datus ab ore: quia
nec orant ꝓ me: vel ope: quia nihil faciūt ꝓ me: ſꝫ a cor
de: quia nec cogitant de me qđ facilimū eſſet: tarde er-
go alia facerēt grauiora: qui nec illud pro mortuis faci
97 unt facilimū. Nec mirū ꝙ alios ſiue amicos ſiue ꝓpin
quos ſiue quoſcunqꝫ alios obliuioni tradūt mortuos
quia ⁊ ſeipſos obliuioni tradūt viuos ⁊ morituros: q̄
nec cogitant quales ſunt viui nec qualiter morientur.
Qui ergo ſeipſos obliuioni tradunt: quos quotidie vi
dent qđ mirabile eſt ꝙ mortuos obliuioni tradūt: q̊s
non vident. Quod inſuꝑ mirabile eſt ꝙ ſe non cuſto-
diunt a deceptiōe falſoꝝ hoīm poſt mortē videntes de
ceptiōes ⁊ fraudes que alijs fiunt qui nec ꝑmuniunt̄:
Exm̄ vidētes falſitates in tali pūcto ſibijpſis fieri. Sicut pa-
tet primo ꝑ hoc ꝙ de patriarcha aquilegie in libro fert̄
de apibus: ꝙ vicꝫ in quodā mortis tractu: cū ſui eum
mortuū vel quaſi mortuū putarent ⁊ illū ſpoliarēt: cū
poſtmodū ſuꝑuiueret ⁊ hoc illū non lateret: non illos
Exm̄ a ſe eiecit: nec minus dilexit. ¶ Secundo idem patet: ꝑ
hoc ꝙ relatione audiui fidedigna de rege Sicilie: q̄ an
te paucos annos cum ad mortē traheret loq̄la amiſſa:
quilibet de illis qui circa illum erant aliquid accepit ꝓ
parte ſua: intantū ꝙ quando de extaſi redijt ⁊ potum
petijt: nō inueniebat̄ ciphus circa eum in quo biberet:
niſi aliquis illorum ciphū de ſinu ſuo in quo illum ab
ſconderat extrahere vellet: nec tamē ꝑmunitꝰ eſſe vo-
luit. Sicut nec ſunt aliqui nunc qui in minori experiū-
tur ſuorum infidelitatē: quando quotidie ad oculū vi-
dent ꝙ ipſis viuentibꝫ ⁊ de domibꝫ ſuis abſentibꝫ pau
ci ſunt eis fideles in ope vel labore vel rerum cuſtodia
quin in reditu oīa inuenient diſſuta: ⁊ vt vellet non
facta: ⁊ ſuum emolimentū ſeu auantagiū non queſitū
etiam ſi fratrem ꝓpriū vl' ꝓpinquū cuſtodem dimittat
⁊ ſui locum tenentē: quia vt cōmuniter quilibet diligē
tius ⁊ intentiꝰ circa rem ꝓpriā ⁊ auantagiū ſollicitat̄:
quia ſm aplm ad Phil'. ij. Oēs que ſua ſunt querūt
⁊ tamen in maioribus negocijs de eis confidūt ꝙ fide
liter facient ſcꝫ ꝙ poſt mortem eos efficaciter de penis
liberabunt ſua fideliter ꝓ eis diſtribuendo. Et hec eſt
mirabilis cōfidentia: quia quomō poterunt de eis cō-
fidere ꝙ fideliter faciēt poſt mortem quādo nullū am-
plius illorum ſperant: vl' timent reditum nec ab eis ꝓ
fidelitate expectant mercedem: vel ꝓ falſitate ⁊ in gra-
titudine penam: nec illoꝝ amplius timent offenſam: q̄
nec prius fideles eis extiterunt: quādo oīa ꝑdicta ti-
mebant ⁊ ſperabant: viuens ergo diſpone domui tue
quia morieris tu ⁊ non viues. Eſa. xxxviij. ¶ Secun- 98
dus punctus iſtius articuli eſt oſtendere quomō mor
tui ſuo modo nos hortant̄ mortis habere memoriam:
vt ſaltem viris ſanctis viuis: vel etiam illis que circa
nos agūtur: credere nolumus de mortis memoria ⁊ ꝓ
uidentia habenda ſaltē mortuis tanqꝫ magiſtris cre-
damus expertis dicentibus. Memor eſto iudicij mei:
ſic em̄ erit ⁊ tuum: mihi heri ⁊ tibi hodie ⁊c̄. Eccl'iaſti.
xxxviij. Pro quo eſt aduertendū miſericordiarū pater
ſciens vitam noſtram eſſe: ſicut furis ducti ad ſuſpen-
dium in extranea patria: qui nec locum nec horam ſcit
mortis: quia neſcit vtrum ad locum mortis magna ſit
via vel parua: ⁊ ideo volens nos in oīi loco ⁊ tpe ſꝑ
eſſe morti paratos: non ſolū ꝑdicauit ⁊ ꝑmuniuit nos
per ſemetipſm neqꝫ per angelos de celo neqꝫ per apoſto
los ⁊ oēs electos ⁊ predicatores a mūdi principio de
terra: ſed etiam per mortuos ſub terra nos hortat̄ mor
tis habere memoriam: dicens. Memor eſto ⁊c̄. Que q̄
dem auctoritas primo ammonitionē cōtinet ſalutarē:
dicens. Memor eſto ⁊c̄. ¶ Secundo examinationē ge
neralem in iudicio. Tertio ꝓmiſſionem infallibilem:
qm̄ ſic erit ⁊c̄. ¶ Ad primū forte reſpōdebunt viui: ꝙ 99
ſi mortui in propria perſona venirent ⁊ eos ammone-
rent: dicentes. Memor eſto ⁊c̄. Illorum forte am mo-
nitionibꝫ crederent: quoꝝ dictum rōne reprobatū eſt.
A. xxvj. 25. Et quotidiano etiam reprobat̄ exemplo.
Quotidie nanqꝫ mortui inter nos miſſi ſunt q̄ ſuo ex-
emplo docent bona nature ⁊ fortune vana eſſe ⁊ dece-
ptibilia ⁊ ſuis amatoribus inutilia ⁊ damnabilia: ⁊ ta
men non credimus. Sed dicent iſti: mortui nobis nō
loquunt̄ nec indicant quomō cum eis eſt vel nobiſcū
erit: que ſi facerent eis crederemus. Quibꝫ reſpondet̄:
ꝙ cū ſm beatū Grego. exēpla plus moueāt qꝫ verba:
qui ꝑdictis non mouent̄ exemplis: quomō mouerent̄
verbis: ſicut patet per illū de quo in libro fertur de api
bus ꝙ ſocius ſuus mortuus in miſerabili forma appa- Exm̄
rens: ſe damnatū eſſe aſſeruit: nec tamen viuens ſe cor-
rexit: ſed alius malus hoc ab alio audiens: ꝑfecte ſe cor
rexit: oſtendens qm̄ fides plus eſt ex auditu qꝫ viſu: et
ꝙ qui auditu ſe non corrigunt nec viſu facerent: quia
ſi Moyſen ⁊ Prophetas non audiunt: neqꝫ ſi quis ex
mortuis ierit ad eos credent. Luce. xvj. ¶ Circum ad
ſecundū: duplex eſt iudicium humanū: de quo Sap. j.
Diligite iuſticiā: qui iudicatꝭ terram. Et diuinum: de
quo Joan. v. Oē iudicium dedit filio. Et in pſ̄. lxxj.
Deus iudiciū tuum regi da. Primū eſt duplex: licitum
⁊ virtuoſum: de quo in pſal. Beati qui cuſtodiūt iudi-
ciū ⁊c̄. de quo. J. ix. 10. ꝑ totum. Et illicitum ⁊ pericu
loſum: de q̄ Joan. vij. Nolite iudicare ⁊c̄. Et. j. Cor.
iiij. Nolite ante tempꝰ iudicare: de quo. J. xj. 1. cum ſe-
quentibꝫ. Judicium etiā diuinum eſt duplex: vnū par
ticulare: in morte: de quo Apoca. xx. Aperti ſunt libri:
⁊ iudicati ſunt mortui ex his que ſunt. De hoc iudicio
nota ſupra: arti. iij. Aliud generale. j. Regū. ij. Domi-
nus iudicabit fines terre: de quo. J. xj. ꝑ totū. ¶ Circū
ad tertiū: id eſt de mortꝭ certitudine. Nota ſupra. c. ar-
ti. iiij. per totū. ¶ Tertius vo punctꝰ iſtius articuli: ꝙ 100
vicꝫ mors diligēter excogitata: oēm fugare deberet cu-
piditatē: quia ſicut ſi quis eſſet certus ꝙ in via quā in-
cipit facere verſus Londunas deberet ſpoliari: pauca
ſecum acciperet: niſi ſolum portans expenſas ⁊ omnia
alia in ſecuro reponeret loco. Ita per rōnem ille qui co
gitat ꝙ in via quā facit verſus celeſtē Hierl'm infalli-

biliter in moꝛte ſpoliabiť: pauca ſecū accipet: ⁊ oīa alia
in ſecuro. i. in celo vbi fures nō effodiūt: neq̄ furātur
reponeret. Iterū ſicut ille: q̄ eſt in feſto aliquo: vbi plu
ra apponunť vaſa aurea ⁊ argētea: ſi eſt certꝰ ꝙ in poꝛ
ta diligēter ſcrutabiť: quātūcunq̄ ſit tentatꝰ illa vaſa
furari: ex illa tamē cogitatiōe tentationē vincit cupidi
tatis ⁊ furti. Sic in ꝓpoſito. Et iterū ſi intātū cōtra eū
tentatio ꝑualuiſſet: ꝙ vaſa illa accepiſſet: ⁊ in ſinu ſuo
abſcōdiſſet ex predicta cogitatiōe illa caute deponeret
⁊ reſtitueret anteq̄ ad poꝛtā veniret: ſciens qm̄ ſi cum
illis in poꝛta captꝰ eſſet ſuſpenderet. Et ſi nihil ſecū in
uenirent: ſcrutatoꝛes bene euaderet. Sic ratio dictat:
ꝙ ille qui eſt certus ꝙ in moꝛtis poꝛta vel furtiuū vel
male lucratiuū ſecum ferre non pōt: oīa deponat: ⁊
reſtituat: anteq̄ ad poꝛtā illā veniat: ſciens ꝓ certo: ꝙ
ſi in illa poꝛta cū alienis rebꝫ eū capi contigerit: ad fur
cas inferni: eū neceſſe erit ſuſpendi: ſi aūt illa reſtituat:
ridebit in die nouiſſimo. Pꝛouerb. vlti. q̄ laudēt eam
101 in poꝛtis opa eius. Ibidem. ¶ Quartꝰ vō punctꝰ iſtiꝰ
articuli: ꝙ vicʒ moꝛs ⁊ viſus moꝛtuoꝝ ꝑ rōnem oēm
fugare deberet ſupbiā: patet: quia ille qui aliquoꝝ bo
noꝝ habet cuſtodiā que ſcit ꝓ certo: ꝙ in maxima eiꝰ
neceſſitate: ⁊ q̄ndo maioꝛē patieť defectū: ⁊ qn̄ plꝰ bo
nis indigebit: ab eo auferenť: non habet ſi bene finem
cogitet materiā de his ſupbiendi: ſed potius timendi:
⁊ dolendi. Sed nonnulli habēt cuſtodiā ad bꝛeue tp̄s
bonoꝝ: tam nature q̄ foꝛtune: ⁊ gratie: que quidem: ſi
male eis vſi fuerint: ab eis in vltima neceſſitate: id eſt
in moꝛte: vel quando ante moꝛtē ab eis auferenť: quia
bona nature amittunť: bona vō foꝛtune aufert mūdꝰ:
ab eis in ſua maxima paupꝑtate: id eſt in moꝛte. Ergo
non videť ꝙ de iſtis ſupbire debeat ſi finē cogitaret: q̄
finis oſtendit ꝙ aliena ſunt: ⁊ de alienis non eſt ſuper
biendū. Q̄ aūt finis oſtendit ꝙ aliena ſint: patet. Nā
terra ⁊ vermes carnē vendicant tanq̄ rem ꝓpꝛiā: in q̄
magnā ſe reputant habere iuſticiā: ⁊ cū tanta potētia
⁊ iuſticia illā petunt: ꝙ nullus poteſt eis debitum il
lud negare: nec papa: vel rex: quin quilibet in fine de
bitū recognoſcens dicere poſſit verſus ſequētes. Ver
mibꝫ hic donoꝛ: ⁊ ſic oſtendere conoꝛ. Q̄ ſicut hic po
noꝛ: poniť oīs honoꝛ. Hoc verbū optime congruit
illis: qui in auibꝫ celi ludunt. Baruch. iij. Quoꝝ reci
tata ⁊ oſtenſa pꝛiꝰ nobilitate cōcludere poſſunt: dicen
tes. Vermibꝫ hic donoꝛ ⁊c. Poſt qδ donū reciteť illo
rū miſeria: ſicut recitať. G. ij. 41. qua oſtēſa rōnabiliť
nos repꝛehendere poſſent: ⁊ dicere. Memoꝛ eſto iudicij
102 mei: ⁊ in die bonoꝝ: ne immemoꝛ ſis maloꝝ. ¶ Quin
tus vō punctꝰ iſtius articuli: ꝙ vicʒ moꝛtis cogitatio:
⁊ moꝛtuoꝝ viſio a luxuria retrabit: patet exēplo ⁊ au
Exm̄ ctoꝛitate. Exemplū ad hoc ferť de quadā muliere bo
na: que requiſita de illo peccato a quodā: qui dixit ſe il
lam multū diligere: cui illa reſpondit: ergo fac vnū ꝓ
amoꝛe meo: quo annuente: ait. vade ꝑ aliquos dies: et
inquire diligēter vbi hoīes in ciuitate iſta moꝛti appꝛo
pinquāt: ⁊ oīm die vſq̄ ad certū tempꝰ videas aliquē
moꝛi: ſi poteris. Quod cū feciſſet ꝑ aliqδ tp̄s rediit ad
mulierē: dicēs ſe feciſſe qδ ei dixerat: ⁊ iā ſecure poterꝭ
facere voluntatē meā: quia voluntas mea eſt: ꝙ ambo
caſte viuamꝰ: iſtā nanq̄ lectionē didici ⁊ ꝯſideraui in
libꝛo moꝛtuoꝝ ad quos me miſiſti. Ibi nanq̄ didici
⁊ ꝯſideraui: ꝙ nihil eis remanſit de bꝛeuibꝫ delectatio
nibꝫ ſuis: niſi pene ſempiterne. Coꝛrectio iſtiꝰ veritatē
oſtendit dicti beati Gregoꝛij dicentis: ꝙ non pōt me
lius domari caro viua: q̄ cogitādo qualis erit moꝛtua
Quia ſm̄ Senecā. libꝛo de moꝛibꝫ. Libidinis initium
103 ꝯtinebis: ſi exitū cogitaueris. ¶ Sextꝰ punctꝰ iſtiꝰ arti
culi: ꝙ ſcʒ memoꝛia moꝛtis hoīem retrahit ab appetitu
terreni honoꝛis: patet ꝑ hoc qδ ſcribiť in vitis fratrū Exm̄
de quodā ſcholari Bononie elato ⁊ delicato ⁊ ad mū
di honoꝛes anhelante. Cui cū quidā religioſus de pa
tria ſua accederet: eū amicabiliť accepit: illo pacto: ꝙ
ei non p̄dicaret ad retrahendū ip̄m de vita ſua quā du
cebat ⁊ diligebat: quē cū ad camerā duxiſſet ⁊ oſtēdiſ
ſet ei libꝛos ⁊ lectū nobiliter p̄paratū: religioſus rece
dens dixit: rogo quādo iacueris in iſto nobili lecto: co
gita de lecto: quē tibi ꝓmittit deus ꝑ Eſaiā ꝓphetā di
centē. Subter te ſterneť tinea ⁊ operimentū tuū erunt
vermes ⁊c. Eſa. xiiij. quā cogitationē cū de coꝛde auer
tere non poſſet: ⁊ ſingulis noctibꝫ illud mēte reuolue
ret: ad vitā religioſam ⁊ bonā ſe conuertit. ¶ Septimꝰ 104
vō punctꝰ iſtiꝰ articuli ꝙ vicʒ moꝛtꝭ memoꝛia ab om
nibꝫ cuſtodit peccatis: patet per hoc qδ docuit abbas Exm̄
Amon in vitas patrū petenti nanq̄ bonum verbum
quomō videlicet deo placere ⁊ peccata fugere poſſet?
reſpondit: talem fac cogitationē tuam: qualem faciunt
incarcerati. Illi nāq̄ interrogāt hoīes: vbi eſt iudex?
quando veniet? quid fecerint cogitāt? ⁊ qualiter reſpō
debunt: ⁊ ip̄a expectatiōe penarum ſuarū ploꝛant cau
ſas. Ita quilibet ſemꝑ debet eſſe ſuſpectus: ⁊ animam
ſuam obiurgare dicendo: ve mihi: quomō habeo aſta
re ante tribunal chꝛiſti: ⁊ q̄modo habeo actionū mea
rum ibi reddere rationē. Si vō ſic cogitaueris: ſaluus
eſſe poteris. Sicut patet de illo de quo ſcribitur: ꝙ cū Exm̄
audiſſet in Geneſi legi de factis hominū lōgiſſime eta
tis: ⁊ ſemper in fine ſequebať: vixit tot annis: ⁊ moꝛtu
us eſt: illa cogitatione ſe optime cōuertit. Sic memoꝛa
re nouiſſima tua ⁊ in eternum nō peccabis. Eccľ. vij.
¶ Octauo totum mundū contemnere facit ſicut patet
de illo in vita fratrum qui nocte ſequenti magnū con Exm̄
uiuiū: cogitans vbi eſſet totum feſtum ⁊ gaudiū quod
illo die tenuerat: ⁊ cogitans ſic oīa alia eſſe tranſitu
ra oꝛdinem intrauit predicatoꝛū. Sicut ergo iſte cogi
tauit in nocte: vbi erant gaudia diei p̄cedētꝭ: ⁊ ꝙ foꝛte
nō ita bene eſſet ſibi craſtino: coꝛde refriguit ⁊ doluit.
Sic mundiales in nocte huius vite: id eſt in moꝛte: di
centes illud. Sap̄. v. Tranſierunt oīa: ⁊ nos inter
moꝛtuos cōputati ſumꝰ: ſic habe memoꝛiā moꝛtis: et
exemplū virtutis. ij. Machab. vj. ¶ Noni vō puncti 105
ratio ex predictis eliciť: quia ex quo ex memoꝛia moꝛtꝭ
tot vt predictū eſt: ſpūalia ſequunť cōmoda: memēto
nouiſſimoꝝ: ⁊ deſine inimicari. Eccľ. xxviij. Cuiꝰ ra
tio patet. I. viij. 14. Memēto inquit diligēter ⁊ ex coꝛ
de nouiſſimoꝛū ſeu finis: iuxta illud Eccľ. xxxvj. Me
mento finis: ſcʒ trium: mūdi gloꝛie: bone vite: ⁊ male.
Pꝛimi vt fugias. Secundi vt cupias. Tertij vt caue
as. Q̄tum ad pꝛimū: ſi mundi gloꝛie: que conſiſtit in
bonis nature: ⁊ foꝛtune diligēter cogitenť nouiſſima:
eſt potius fugienda q̄ appꝛecianda. Sicut patet ꝑ exē Exm̄
plū de volente emere equū: vel qδcunq̄ animal: quā
tumcunq̄ ſit q̄tum ad viſum ex omni parte pulchꝛū:
ſi in pꝛobatiōe ſit in poſterioꝛi parte impotens: vel tur
piſſimum vel irremediabiliter claudicans ⁊ deficiens
nō multum equū illum appꝛeciatur: nec care illū emit:
niſi ſit fatuus. Sic de mundo ⁊ de omnibꝫ que in mū
do ſunt: que pulchꝛa exterius videnť ⁊ delectabilia: ſi
poſterioꝛem illoꝛum partem conſideraueris: inuenies
ea turpitudine claudicare: ⁊ eſſe adiuuandū impoten
tia. Diuitie nāq̄ que quaſi duas partes vel pedes ha
bere debent: vt ſcʒ iuuarent ⁊ ſuppoꝛtarent tam in pꝛin
cipio q̄ in fine: in vita pariter ⁊ in moꝛte: in vna parte
claudicant: id eſt in vltima. quia finiunť in paupꝑtate:
quia doꝛmierūt ſomnū ſuum: ⁊ nihil inuenerūt: in pꝛo.

xxv. Sic in ſapientia hui⁹ mundi: q̄ finit in ſtulticia: ſic de fortitudine ꝛ pulchritudine ꝛc̄. quantū fuerit in delitijs: ꝛ quantū glorificauit ſe: tantū date ei tormētū ꝛ luctū. Sic de honore huius mundi ꝛ altitudine que finitur in vtilitate: ꝛ terre ꝓfunditate: q꞉ frequēter accidit: ꝙ qui altiorē in hoc mundo locū tenent: dū viuūt: ꝓfundiorē in terra foueā habent poſt mortē: quia diligentiores ꝛ fortiores habet terre foſſores ꝙ̄ paupes: vt de illis verificet̄ veritatis ꝓmiſſio. Marci. ix. Qui voluerit inter vos prim⁹ eſſe: erit oīm nouiſſim⁹. Et non ſolum q̄tū ad aīam in inferno: ſed etiā q̄tū ad corpus in terra: ſic patebit. M. xiij. 7. vbi oñdet̄: ꝙ ſic i familia ſcacarij q̄nq̄ accidit: ꝙ q̄ maiorē i ludo: et priorē obtinuit locū: poſt ludū in ſacculo inferiorē obtinuat locū. Sic erūt primi nouiſſimi: ꝛ nouiſſimi p̄mi Marci

O.vj. ORdinū primo oſtēdet̄ diſtinctio. Secūdo ꝓſequēda ſūt quedā themata ꝑ modū collationū ad ordinandos ⁊ ordinatos ſpecialiter ꝑtinentiū. Tertio oſtendet̄ q̄les ſunt eligendi ⁊ ad ordines admittēdi clericales. Quarto q̄lē ordinādi habere debeāt intētionē. Quinto q̄lē habere debeāt titulū ante ordinis ſuſceptionē. Sexto q̄les habere deberēt ꝯditiōes quo ad ordinis ſuſcepti executionē ⁊ adminiſtrationē. Septimo aliquorū tonſuratoꝝ oſtēdit̄ periculū q̄ztū ad ſeipſos q̄ztū ad ſubditos ⁊ q̄ztū ad totā eccl'iaz. Octauo male ordinatoꝝ: vel ordinē exequētiū periculū. Nono pena oſtendit̄ male ordinantiū.

Art.j. ¶ Q̄ztū ad primū eſt aduertendū ꝙ poſſum⁹ loqui de
1 ordine tripliciter. Primo q̄ztū ad ſanctificationē ſacramentalē. Secūdo q̄ztū ad gubernationē magiſtralem. Tertio q̄ztū ad ſubiectionē filialē. In oīb⁹ nanqz iſtis trib⁹ ordo eſt neceſſari⁹: tā vicz in ſacramētis q̄z etiā in ſupiorib⁹ ⁊ inferiorib⁹. ¶ Prim⁹ nāqz ordo.i. ſacramētalis licet ſeptē infra ſe ꝯtineat ordines ſpeciales: q̄tuor vicz minores ſicut oſtioratū: lectoratū: exorciſtatum: acolitatū. Et tres maiores ſcz ſubdiaconatū: diaconatū: pſ̄byteratū: q̄ q̄dā ꝑ lapides deſignant̄ ꝓcioſos: de pe.di.ij.§.qd̄ ḡ. In ſignū forte ꝙ digne ordinati ſeptē recipiūt dona ſpūſſancti: tn̄ eſt vnū ſacramētū vnitate ꝑfectiōis ⁊ vni⁹ finis ad quē ordinant̄: ad ſacramētū vicz corpis ⁊ ſanguinis chriſti digne tractandū: qd̄ ſicut eſt finis ⁊ oīm ſacramentoꝝ ꝑfectio. Ita ordo ſacerdotalis: eſt p̄cedentiū ordinū finis ⁊ ꝑfectio: q̄r ⁊ omēs alij ad illū ordinant̄ ordinē: de quo in pſ̄.cix. Tu es ſa
2 cerdos in eternū: ſm ordinē Melchiſedech. ¶ Secundus vo ordo.i. ſupiorū ad inferiores p̄lati: vel dn̄i ad ſubditos ⁊ cleri ad populū: vel litteratoꝝ ad laicos de
Sol bet prim⁹ eſſe: ſicut ordo ſolis ad ceteras ſtellas: quia ſicut ad ordinē ſolis pertinet ceteras ſtellas illuſtrare: ita ⁊c̄. Et ſicut ſole in ſe eclipſato ⁊ tenebroſo luna ꝯſequēter tenebroſa efficit̄: ⁊ ſtelle que lumē ſolis non recipiunt a ſue claritatis cadunt effectu. Quando vo ecōuerſo ſol ad ceteras ſtellas ordinē obſeruat clarū ⁊ conſuetum: illas ſicut dignitate conditiōis: ita ⁊ excellentia luminis p̄cedendo ⁊ illuſtrando: tūc ſtelle in ſe claritatē oſtendunt ⁊ noctis tenebras quodāmodo expugnant ⁊ expellunt. Sic quandoqz de ſpirituali impletur illud Iohelis.ij. Sol conuertet̄ in tenebras culpe: ſcz deformantis: luna: id eſt eccl'ia ſeu congregatio fidelium mixta: ſcz cum macula maloꝝ cōuertetur in ſanguinem vilipēſionis: quia ꝓpter illorum delicta etiam infideles eccl'iam vilipēdunt. Et ſtelle: id eſt ſubditi cadent a ſtatu ꝑfectionis: ſcz ad ſimilia delicta. Sed quādo ſol ſpiritualis ordinē ſuum clarū obſeruabat vt debuit. Et ſicut dignitate ſtat⁹ ita claritate p̄cedebat boni exempli ⁊ honeſte conuerſationis: tunc eccl'ie nomē erat clarum. Et ſtelle.i. ſubditi manētes in curſu ⁊ ordine ſuo pugnauerunt contra Siſaram. Iudic.v. id eſt ꝯ diabolū ⁊ eius opera peccati tenebras declinādo.
3 ¶ Secundo ordo illorum eſſe debet ſicut ordo manuū ad opus: ⁊ ſicut ordo oris ⁊ ſtomachi ⁊ viſionis oculorum ad cetera membra: quia ſicut ad naturalē ordi-
Manus nem ꝑtinet manuum: ꝙ ad opus ⁊ labores ceteris pre-
Os ponātur membris. Et oris ⁊ ſtomachi ꝙ p̄us cibum
Stomachus ⁊ potum guſtēt ⁊ ſumant: ac deinde ceteris mēbris gu-
ſtata adminiſtrent. Et viſionis oculoꝝ vt vtilia preuideant ⁊ illa ꝓ ceteris membris prouideant ⁊ ſua viſione totum corpus a nociuis cuſtodiri faciant vt etiā ſordida membra videndo viſitet vt mundētur: ⁊ honeſta vt inhoneſta conſeruētur: ⁊ infirma ſanētur ſana in ſanitate conſeruētur ⁊ cuſtodiant̄. Quando vo iſta mēbra vt dictum eſt ordinē ſuum naturalē ſane ⁊ vtiliter obſeruant: totum corpus bene regitur paſcitur ⁊ cuſtoditur: q̄n vo econuerſo contrarium contingit. ¶ Sic in ꝓpoſito ad ſuperiores ꝑtinet vt ſint primi ad oīa opa bono ⁊ honeſta que ſtatum illorum decēt vt dicere poſſint quod dixit Gedeon dux populi dei. Iudic. vij. Quod me facere videritis: hoc facite. ¶ Vt etiam ad modum oris prius guſtent opa mundicie: penitentie: ceterarum qz virtutum: que alijs guſtanda ⁊ faciēda docēt predicant: ⁊ imponūt. Ne eis improperetur quod veritas dixit de ſcribis ⁊ phariſeis. Dicunt inq̄t ⁊ non faciunt ⁊ īponunt hominib⁹ onera grauia ⁊ importabilia: nec minimo digito ea ſupportāt. Tales eni nunq̄z ſubditos bene operibus penitentie onerabunt: nec infirmis vinum compūctionis ⁊ penitentie bene temperabūt. Quia ſicut volens animal vel hominem equaliter onerare: prius manib⁹ onus eleuat: q̄ſi tentans ⁊ pōderans ſi animal illud portare poſſit. Et volēs vinum ꝓ infirmis limphare ⁊ tēperare: p̄us illud guſtat vt eius cognita fortitudine ⁊ conditiōe ſciat q̄ntū aque imponere poſſit. Sic q̄ volunt equaliter ſbditos bonis opib⁹ onerare: ita ꝙ ipi ea portare ſine murmure poterunt: ipa prius portent ⁊ ponderēt. Et qui vult eis ſpūaliter infirmis vinum ꝓpinare penitentie: de quo in pſ̄.lix. Potaſti nos vino compūctiōis: ⁊ ſpiritualiter vulnerato vinū infundere ⁊ oleū p̄us: vinū illud guſtet: vt ſciat qualiter illis temperandū ⁊ miniſtrandū ſit: vt de tali rege ⁊ rectore ſubdit⁹ dicere poſſet illud Canti.ij. Introduxit me rex: me ſcz p̄cedendo in cellam vinariā.i. in ſtatum penitētie. Ordinauit in me charitatē: ⁊ ceteras virtutes: que in charitate includunt̄. Vt etiā ad modū ſtomachi: cuius ordo eſt naturalis vt cibū ſumat ⁊ membris illū adminiſtret. Cibū ſumant ſpūalem ⁊ illū inferiorib⁹ communicent: illos paſcēdo: vt de eis verificet̄ illud ꝓphete dicentis. Paſcētur agni iuxta ordinē ſuum. Eſa.v. ¶ Ad modū viſionis: fratres tuos viſitabis: ſi recte agant: ⁊ cum quibus ordinati ſunt diſce.j. Regū.xvij. Vbi vo iſta mēbra ſuperiora ⁊ principalia ſic ſe habet: totum corp⁹ eſt bene ordinatum ⁊ ſanum. Vbi vo econuerſo ibi inordinatio mechie ⁊ impudicitie: totum corpus corrūpit.
Sap.xiiij. ¶ Tertio ordo illoꝝ aſſimilari deberet ordi- 4 Aquila
ni quem tenet Aquila erga pullos ſuos: ⁊ ordini q̄ in Gruib⁹ obſeruat̄: ⁊ ordini quem rex habere deberet ad regnum ſuum: quia ſicut aquila ꝓuocans ad volādū pullos ſuos ⁊ ſuper eos volitans Deut.xxxij. Et ſicut
in gruibus ordo habet̄ vt dicit̄ nature: ꝙ ceteris q̄eſcē- Grues
tib⁹ vna quaſi aliarū faciens excubias vigilat: ⁊ ipſis volantib⁹ vna quaſi ductrix alias p̄cedat: que ad hoc ſpecialiter ordinat̄: quaſi ceteris potior: ⁊ in regno rex ſapiēti ſaltē conſilio ceteros p̄excellere debet ⁊ regere. ¶ Sic in ꝓpoſito vt oēs ꝓprietatē ⁊ ſilitudinē oīm triū p̄dictoꝝ in eo videntes: bona fide dicere poſſint illud.j. Paral'.ix. Sit dn̄s deus tuus benedictus: q̄ voluit te ordinare ſup thronū ſuum regē. ¶ Quarto ordo illoꝝ ſimilis eſſe deberet nature: ⁊ ꝯditioni: ⁊ ordini lapidis
ſaphiri: cui⁹ nature eſſe dicit̄: ꝙ grām hoīs ad hoiem Saphirus
cuſtodit: cuius color celeſtis eſſe cernit̄. Sic illi gratiā: amorem: ⁊ dilectionē ad omnes habere: ⁊ q̄ztum poſſibile eſſet inter oēs ꝯſeruare deberēt: ⁊ celeſtis coloris.i.

ꝯuerſatiōis eſſe deberent: cū illo q̇ ait. Noſtra ꝯuerſa-
tio in celis eſt. Phil. iiij. vt de eis verificatū oſtenderet̃
qđ p̄dixiſſe videt̃ deꝰ eccl'ie ſue: ſcʒ Eſa. liiij. Sternā ꝑ
ordinē lapides tuos: vt ſcʒ maiores tui: q̄ſi lapides an
gulares ambas ꝑtes amore ſimul copulēt: ⁊ fundabo
te in ſaphyris. i. in hoīb: quoꝝ ꝯuerſatio celeſt' erit co
loris ⁊ apparentie exterioris ⁊ interioris. Quilibet v̇o
ꝯtrariū faciens rep̄hēdit̃ Job. xxxviij. Nunq̇d noſti
ordinē celi: ⁊ rōnem eiꝰ in terra pones? Iſtud enī om̄i
5 tali rationabiliter improperari pōt. ¶ Tertiꝰ inſuꝑ or
do. i. inferiorē ad ſuꝑiores. i. ad deū ⁊ locū ſuū tā in ſpi
ritualib q̄ʒ in tp̄alib tenētib eſſe debet. Primo vt eis
in om̄ib rationabilib obediat̃ volūtate ꝓpria abiecta:
⁊ om̄i terrena intentiōe longiꝰ ſemota: aliter enī ordo
iſte ꝑuertit̃. Quia ſicut ordo nature ꝑuertit̃ q̄n inferiꝰ
ſuperius ſituatur: vt ſi pes exaltaret̃ ⁊ caput deprime-
retur. Ita ordo gratie quando inferior ſubijci nō vult
ſed exaltari: ꝓpriam ſequens voluntatē: ꝯtra apl'i pre-
ceptū qui ait. Om̄is anima poteſtatib ſublimioribus
ſubdita ſit. Non enī eſt poteſtas: niſi a deo: que autem
ſunt: a deo ordinata ſunt. Ro. xiij. ¶ Iſte g̊ in hoc caſu
eſt debitꝰ ordo: vt ſicut dicit̃ Math. xv. Marci. viij.
Luce. ix. Qui vult venire poſt me abneget ſeip̄m: ⁊ ſe
quat̃ me: q: qui reſiſtit poteſtati: dei ordinationi reſiſtit:
qui aūt reſiſtit ſibi ip̄i: damnationē acquirit. Ro. xiij.
6 ¶ Secundo vt om̄is carnis voluptas ⁊ oculoꝝ cupi-
ditas ꝓcul pellat̃: ⁊ om̄is volūtas in delitijs eternis:
⁊ bonis ꝑmanſuris figatur. Ille enī eſt debitus ordo
a deo ordinatꝰ: vt homo de inferiorib tantūmodo vi-
uat: quia dn̄s ordinauit his qui euangelium annunci-
ant: de euangelio viuere. j. Coꝛ. ix. ⁊ celeſtia toto niſu
⁊ deſiderio p̄ponat ⁊ concupiſcat: qui quidē ordo per
uertitur: quando in voluptatib plus delectatur terre
nis: vel quando plus tp̄alia q̄ʒ eterna cōcupiſcit. Mu
lierem ergo fugiat Egyptiam cū Joſeph. Geū. xxxix.
Et ab anathemate Hiericho: ⁊ a pena caueat Achor.
Joſue. vij. qui ordinem iſtum vult tenere: ne reſurgat
in ordine voluptuoſorum vel cupidoꝝ: quādo vnuſ-
quiſq; in ordine ſuo reſurget. j. Coꝛ. xv. Tertio vt di
7 uinorum contemplatio habeatur. Hoc enī ordo indi-
cat nature in corpore humano: vt vicʒ ſicut homo for-
mam corporis habeat erectam: ex naturali ꝓpagatiōe.
Ita mētem ad ſuperiora eleuatam habeat ex gratuita
contemplatiōe. Hoc enī ordo depoſcit gratie: vt quē-
admodum Heſter de qua dicit̃ Heſter. xv. ꝙ ingreſ-
ſa cuncta per ordinē oſtia: ſtetit contra regem. Ita chri
ſtianus ⁊ ſpecialiter ordinatus ingreſſus cunctis ſen-
ſuum ⁊ imaginationum ⁊ cogitationum oſtijs: regem
contempletur: non Aſſuerum mortalem: ſed eternum
⁊ immortalem: ibiq; in contemplatiōe illa delectabit̃:
⁊ admirabitur quaſi altera regina Saba: que admira
ta eſt de domo quā edificauerat Salomon: ⁊ de cibis
menſe eius: ⁊ de ordinib miniſtrantiū. iij. Regū. x.
Ar. ij. ¶ De illis v̇o in quibus triplex predictus inuenit̃ or-
8 do per quem ad illum ordinantur: illiuſq; templum fi
Templū unt: quem per gratiam recipiunt: verificatur illud qđ
predictum erat. Jere. xxx. Templum iuxta ordinē ſuū
fundabitur: ſicut patet. V. viij. 47. Et de talibus di-
ci pōt illud. ij. Coꝛ. iij. Tēplū dn̄i ſanctū eſt: qđ eſtis
vos. ¶ Expedito antecedēte qđ habet̃. D. iiij. 2. Pro-
ſecutio fiat de triplici tēplo: materiali vicʒ ⁊ gl'ie ſic ha-
bet̃. D. iiij. 2. Et gratie: de q̊ eſt auctoritas pro themate
aſſumpta. In quo tria oſtendūtur: preſagium prima-
rie poteſtat'. Templum. ij. Machab. xiiij. Templum
habitationis ⁊c̄. Preconium ꝑpetue puritatis. San-
ctum: pſ̄. lxiiij. Sanctum eſt templum tuū. Sanctua-
rium precipue pietatis. Eſtis vos. ij. Eſdre. viij. Vos
eſtis viri ſancti: ⁊ vaſa ſancta. ¶ Ratione primi eſt ad
uertendum ꝙ templum materiale multipliciter viola
tur: que quidem violatio in verſibus ꝯtinet̃ qui habē-
tur. D. iiij. 2. Ad cuius ſimilitudinē etiam templū ſpi
rituale: id eſt anima ſpiritualiter violat̃: ⁊ violatū eſſe
multipliciter oſtendit̃: immundicia vicʒ carnalitatis:
igne cupiditatis: homicidio crudelitat'. Quod fit du-
pliciter: vel victus ſubtractione: quia vos habētes di-
ſpenſationem patrimonij chriſti ⁊ bonorum pauperū:
quot mori vidiſtis ⁊ non pauiſtis tot occidiſtis. Vel
exemplorum malorum datione de quo beatꝰ Grego-
rius in paſtorali. Tot mortibus digni ſunt: quot mor-
tis exempla ad ſubditos tranſmittunt. ¶ De p̄ma v̇o
violatione que fit immūdicia carnalitatis cōqueritur
ꝓpha in pſ̄. lxxviij. dicens. Deus venerunt gentes ⁊c̄.
Venerunt inquit non gētes ille antique eccl'ie: de q̇b
j. Pe. ij. Regale ſacerdotiū: gens ſancta: populꝰ acq̇ſi
tionis: quia nō modo eſt regale ſacerdotiū: quia coro-
nam que coꝝ ſpiritualem ſignat regalitatē: que tam ꝑ
Decretum q̄ʒ etiā per conſtitutionē octaui Bonifacij
in qua habetur quod ſequit̃. Statuimꝰ ⁊ diſtricte pre
cipimꝰ vt clerici vniuerſi veſtes gerant non breuitate
nimia notandas: ſed ſaltem vltra tybiarū mediū attin
gentes: aures quoq; patentes: crinib non opertas: et
coronas habeant: approbanda latitudine decentes: in
quib p̄cipue regalis ſacerdotij dignitas deſignat̃: in-
debita ⁊ determinata forma portare erubeſcunt: ſicut
quotidiana docet experientia. Erubeſcunt enī ſe eſſe re
ges ſub illo cui ſeruire regnare eſt: ⁊ arma portare re-
gis eterni. Sed dura eſt cōtra eos ſententia qua dicit̃.
Qui me erubuerit: hunc filius hoīs erubeſcet. Lu. ix.
Eſt g̊ potius venale ſacerdotiū: quia dicit Helinandꝰ
in chronica ſua. li. xj. Hodie in curijs p̄ncipū ⁊ p̄latoꝝ
om̄ia ſunt venalia: gens ꝓphana: populꝰ ꝑditiōis. De
quib Deut̃. xxxij. Noui recenteſq; venerunt in here-
ditatē tuam. i. in ſanctā eccl'iam. Sed ꝑ quā portā: vel
ad quem finem: certe per aliquā de portis nominatis
in his verſib. Quatuor eccl'ias his portis itur ad oēs.
Simonis ⁊ ceſaris: demonis: atq; dei. ¶ Per portam
demonis intrant: qui per cautelas illicitas: vel falſos
titulos: vel falſas ſuggeſtiones ⁊ mendaces allegatio-
nes: ad eccl'iaſticum veniunt ordinem vel beneficium.
Nota. S. j. 2. ¶ Per portam Ceſaris intrant: qui per 9
preces potentū armatas: quādo plus habet̃ reſpectus
ad preces q̄ʒ ad perſone valorem: ad eccl'iaſticum veni
unt ordinem vel beneficium. ¶ Per portā Simonis
intrāt: qui per munus a manu vel a lingua: vl' ab ob-
ſequio ad eccl'iaſticum veniunt ordinem vel beneficiū
¶ Et ex quo certum eſt: ꝙ multi ſic intrant: certū eſt ꝙ
multi ſunt in eccl'ia qui ſanctoꝝ prelatoꝝ ⁊ ſacerdotū:
immo qui dei locū vident̃ tenere qui in rei veritate fu-
res ſunt ⁊ latrones. Et tales coram deo in diſtricto exa
mine iudicabunt̃: quia qui nō intrat ꝑ oſtiū: ideſt chri
ſtum: ſed aſcendit aliunde per aliquam dictarū porta-
rum: ille fur eſt ⁊ latro. Joan. x. Illi v̇o ꝑ quos ſic in-
trāt: ſunt ſocij furū. De quib Eſa. j. Principes tui ſo-
cij furū. Et q̄ſi ad ſpeciē deſcendēs ſymonie cām exp̄-
mit quare fures ſunt dicens. Quia oēs diligūt mune-
ra. Ex q̄ dilectiōe ꝓ magna ꝑte patrōis ꝯtingit vl' cor-
de cogitare vl' ſꝑare vel verbo apto vel palliato dicere
de chriſti p̄imonio: ꝙ Judas ꝓditor mgr̄ illorū dixit
de chriſto Math. xxvj. Quid vult' mihi dare ⁊ ego eū
vob tradā? Qual' g̊ mercatio fuit q̇ndā int̃ Judā chri-
ſtū vendentē? ⁊ Cayphā emētem: talis eſt nunc inter
cupidū patronū ⁊ ſymoniacū clericū: excepto ꝙ iſtorū

ꝓ tanto peior est: q2 Judas pecuniã restituit: ⁊ põtifices eã expendere noluerũt in ꝓprijs vsib9: sed in vsib9 pauperũ: q2 emerũt inde agrũ in sepulturã peregrinorum. Jsti vo patroni nec pecuniã sic acceptã restituũt Nec clerici symoniaci beneficiũ resignãt: sed ambo ad vsus ꝓprios qḋ accipiunt conuertũt. Sic ḡ venerunt gentes ↄtra christi voluntatẽ: qui eas de templo eiecit
10 Marci. xj. Eiecit de templo vendẽtes ⁊ emẽtes. ¶ Sz ad quẽ finem venerunt reuera potius vt seipsos: q̃z vt dei gregem pascerẽt. Ad hoc testes inuoco conscientias vestras quas si bene in secreta cogitatiõe examinaueritis: pauci sunt q̃ non inuenient in cordib9 suis: ꝙ principali9 fecerunt se ⁊ faciunt ordinari ⁊ ꝓmoueri: non vt mundi9 ⁊ digni9 deo ministrent: sed vt lautius viuant ⁊ quieti9 quo ad corp9 q̃z facerent si nõ essent ordinati vel ꝓmoti: q2 si illud beneficiũ qḋ ꝓmoti vel salariũ quod sacerdotes cum ordine vel sacerdotio recipiunt possent sine ordine recipe ⁊ sacerdotio ⁊ missarũ celebratiõe: vix centesim9 illoꝝ ordinaret. Quod ꝑ hoc patet ꝙ quãdo sunt paupes frequẽter: ꝓmoti vo vix semel vel nunq̃ in anno celebrant. Ex quo ptz ꝙ pri9 non ex magna celebrauerũt deuotiõe: sed ꝓ corporis potius sustentatiõe: quia si ex deuotione ꝓcederet: cum ad deũ deuotio ex dei donis crescere deberet: crescentib9 donis: deuotio: ⁊ gratiarũ actio simul crescere deberet. Sed cum deuotiõis ⁊ celebratiõis ostensio ex paupertatis ꝓcedit necessitate: cessante necessitate: simul cessat ⁊ deuotõis ostẽsio. Et ꝙ in hac causa sit illoꝝ ordinatiõis ⁊ deuotiõis ostensio: primo ex verbis illoꝝ palam qñq3 ostendit̃: quib9 dicunt: ꝙ nolunt pro tam exili ordinari beneficio. Ex quo dicto sequi videt̃: ꝙ ꝓ magno vellent. Et ex regula phi. Om̃e ꝓpter qḋ ⁊ illḋ magis: ḡ magis ordinant̃ ꝓpter magnũ beneficiũ vel salariũ: q̃z ꝓpter deũ: quia cum paruo beneficio si bene
11 viuere vellent deo seruire possent. ¶ Cũ hoc: etiã secũdũ certissimũ accipias signum: ꝓ cuius amore ordinaris: vel beneficium desideras: si vi3 hoc amore facias dei: vel mãmone: de quo certissimũ signũ accipe poteris anteq̃ ordineris ex ꝓpria cogitatiõe: cogitãdo vtrũ ordinem vel beneficium accipis: ꝓpter ꝓdesse ꝓ posse: non reputando te dignũ: sed tm̃ in dei adiutorio te speras posse ꝓdesse: vel ꝓpter commodũ vtile vel delectabile. Post ordinatiõis vo vel beneficij susceptionẽ: de hoc tertiũ accipias signum ⁊ experimẽtum: cogitãdo vtrũ te ordinari facias ad maiores ordines q̃s in susceptione beneficij non habuisti: non timore ne beneficiũ ꝑdas: sed vt deo seruias: ita ꝙ posito ꝙ illud non ordinat9 non amitteres: non min9 esses ordinat9. ¶ Quartum ad hoc signũ accedat ⁊ experimẽtum qḋ apud se quisq3 ꝓmotus cogitet: vtrũ vi3 frequentius celebraret: si non celebrando beneficiũ amitteret. Et si hoc in corde suo inuenerit: cogitare põt ꝙ frequenti9 amore nũmi q̃z dei missas celebrat. ¶ Ex quib9 signis euidenter apparet ⁊ cognoscere põt quilibet talis ꝙ nõ sequit̃ verum pastorẽ: qui dicit. Ego sum pastor bon9: ⁊ veni vt vitam habeant: ⁊ abundanti9 habeant. Jo. x. quia ipe sicut ex istis verbis ostendit̃: venit ꝓpter commodum gregis. Jsti vo ecõuerso dicere poterũt. Ego veni vt vitã habeã: ⁊ abũdanti9 habeã q̃ habuissem aliter viuendo: ⁊ non ꝓpter gregis vtilitatẽ. Sicut patet P. xuj. 31. ¶ Ex quo patet primo: ꝙ isti poti9 exemplũ sequunt̃ sacerdotũ Helis: qui templũ intrabãt vt comederẽt ⁊ biberent cũ vxorib9 ⁊ filijs suis. Dañ. xiiij. q̃z christi. ¶ Secundo ex intentiõe ⁊ facto illoꝝ patet: ꝙ isti sichimitis assimilant̃: quia sicut ipi circumcidebant̃ ꝓpter Dinã circa quã voluptates explere voluerunt carnales. Gen. xxxiiij. Jta isti radũtur ⁊ capillis circũcidunt̃ ꝓpter diuitias delitias: ⁊ hmõi habẽda: ḡ ipi occidebant corpaliter: ⁊ isti occident̃ spũaliter. Tertio sunt Herodiani: q2 sicut Herodes circũcidebatur ꝓpter Mariennẽ: sicut dicit mgr̃ i historia scholastica sup euangelia: quã carnaliter dilexit. Jta isti ꝓpterea q̃ carnaliter poti9 q̃z spũaliter diligunt. ¶ Quarto discipuli videnť esse Jude ⁊ seq̃ces qui loculos habebat. Joã. xij. ⁊. xiij. christũ seq̃bat̃ vt illos impleret: sic isti. Jmmo predicti fuerũt istis iustiores: q2 illi sacerdotes Helis ⁊ Judas de pr̃imonio tẽpli vxores ꝓprias ⁊ filios pascebant legitimos. Jsti vo de pr̃imonio christi vxores nutriũt ⁊ vesciũt alioꝝ adulteras ⁊ focarias: ⁊ filios sustentãt spurios: futuros latrones ⁊ paterni criminis imitatores. Jn seculo eñi remanẽtes ꝑ paupertate vxores ꝓprias ⁊ legitimas nõ possent sustẽtare: ideo se ordinari faciũt: vt de bonis christi sustentẽt alienas ⁊ seipsos. Om̃ia ista ꝓbant̃ in Decreto di. lxxvij. monachus. Vbi innuit̃: ꝙ multi faciunt se ordinari non ꝓpter deuotionẽ: sed ꝓpter penuriã supplendã. Si eñi ꝓpter deuotionẽ hoc facerent non min9 ordinarent̃: si haberẽt mille libratas terre: q̃z si nullũ haberẽt pedem
¶ Taliter vo ordinatoꝝ sententia diffinitiua data est. 12
Ezech. xxxiiij. Ve in q̃t de9 pastorib9: q̃ pascunt semetipos. Nonne greges a pastorib9 pascunt̃: vos aũt lac comedebat̃: ⁊ lanis induebamini: qḋ crassum erat occidebatis: gregẽ aũt meã non pascebatis. Ve eñi in sacra scriptura ostensiuũ est eterne dãnationis. Qḋ q̃dẽ ve duplici de causa eis debet̃: ¶ Primo q2 hic mercedẽ ꝓ qua deo seruiũt recipiũt: ⁊ iḋo mercede carebũt eterna. Si eñi deo seruirẽt ad modũ filij: q̃ patri seruit: vt ei placeat: ⁊ ei9 impleat p̃ceptũ: ⁊ ne illum offendat ei obedit: ad modũ filij in p̃ris succederent hereditatẽ qñ eis diceret illud Math. xxv. Possidete paratũ vob regnũ. Nũc aũt q2 seruiũt sicut seruus vel operarius pro certa mercede ꝑduct9 cui stipendiũ ꝓ quo cõuenit soluit̃: cui ideo hereditas negaret̃: etiã si illã peteret. Jdeo qñ dicẽt: dñe dñe aperi nobis: rñdebit eis sicut ↄsilib9 rñdit. Math. vj. Amẽ dico vobis receperũt mercedẽ suã. Jta ⁊ istis rñdebit addẽs: ꝙ non estis secuti me: q2 vidistis signa vl' ꝓpter aliquã sanctitatem: sed vt de mẽsa mea comederetis. ¶ Secũdo: q2 rñdere non pote 13
runt ad q̃tuor q̃stiones q̃ in morte ab eis q̃rent̃: videlicet quõ intrastis? quõ vixistis? quõ rexistis? quõ bona ecclie expẽdistis? ¶ Prima q̃rit de ordinis vl' beneficij introitu: ꝑ modũ quo christ9 q̃rit in euangelio dicẽs. Math. xxij. Amice quõ huc intrasti? vtrũ vi3 per aliquã de vijs vel portis noiatis: supra. eo. c. ix. an ꝑ viã ⁊ modũ pastoris? vel lupi: q̃ fm̃ Jsido. humiliter ⁊ natu Lupi
re cauda ⁊ capite demissis: ouile intrat ouiũ: ⁊ ꝑ vẽtũ ne odor ei9 depꝑhendat̃: sed fur non venit nisi vt furet̃ ⁊ mactet ⁊ ꝑdat. Joan. x. Sic nonnulli ad ordinẽ vel beneficium anhelantes eccl'iasticu3: in modo: in gestu: in vestimẽtis veniunt ouium: sed intrinsecus sunt lupi rapaces. Primo ḡ quilibet diligenter excogitet quõ intrauit: q̃s illum in ordinem vel beneficium introduxit: amor dei vel nummi: lucrum bursarum vl' animarum: vt sciant rñdere quomõ intrauerunt ꝑ falsos titulos vl' veros: ꝑ cautelas falsorum aduocatorum vel verorum. Secunda q̃rit de vite ꝓgressu: quomõ vixisti an sicut pastor? vel pecus an sicut christi vicari9 ad edificationẽ christianitatis: an sicut porcus in luto vilitatis ⁊ carnalitatis: vl' sicut salamandra in igne cupiditat̃. ¶ Tertia q̃rit de regimine quomõ rexisti? an fue 14
ris correctoꝛ culparum vel collector pecuniarũ: an rector vel formido: an pastor viuus ⁊ diligens vigilans

ſuper gregē tuū: an idolū quaſi mortuū vel mercēna=
rius timidus: qui lupo venienti oues dimittit: vel ali=
ter ꝙ paſtor ad gregem ſe habuit: qd̄ fit primo quādo
timore damni vſurarios cōcubinarios vel alios iniu=
ſte viuentes dimittunt incorrectos: qd̄ fit ſecūdo: quā=
do animas diabolo locant p modū quo dictū eſt ſuper=
rius. M. xiij. 12. Et tunc dicunt mercēnarij a merca=
tione: vel tertio dicunt mercēnarij a mercede: quā acci
piunt ne peccatores corpaliter puniant: ſicut patet. C.
xvj. 38. cum ſequētibus. ¶ Quarto vo dicunt mercē=
narij: qꝛ honores ꝛ tpalia: ꝛ que ſua ſunt querūt: ꝛ nō
que ſunt Jeſu chriſti. Sicut patet per decretū ſumptū
ex verbis Auguſtini. viij. q. j. ſunt in eccleſia: vbi dicit
Aug. ꝙ ſunt in eccleſia quidā prelati qui ſeruiunt deo:
nō ꝑpter deū: ſed ꝑpter tpalia cōmoda: q̄ magis ſunt
dicēdi mercēnarij ꝙ̄ prelati: de quibꝰ cōcludit iudiciū
dicens. Quiſquis talis eſt mercēnarius: inter filios dei
nō ſe cōputet: vide. P. xiij. 11. De iſta ḡ tertia queſtiōe
eſt diligēter prouidendū: de reſponſione cōpetenti: ne
obſtupeſcas qn̄ querer a te qd̄ ſcriptū eſt Hiere. xiij.
vbi eſt grex: qui datus eſt tibi: pecus inclytū tuū. Se=
quit: quid dices: cum viſitauerit te. Timendū eſt re=
ſponſū qd̄ ipſemet iudex deus ad iſtam queſtionē re=
ſpondet Hiere. l. dicens. Grex perditus factus eſt po
polus meus: paſtores eoꝝ ſeduxerūt eos. Seduxerūt
inquit vel mala exempla dando vel tacendo: ꝛ errori=
bus eoꝝ nō reſiſtendo: ſed peccato cōſentiendo: qꝛ ſm
Ambro. ſuper illo Romā. j. Non ſolū ſunt digni mor=
te. ſ. qui faciunt: ſed qui cōſentiunt facientibꝰ. Tacere
eſt cōſentire cum poſſis arguere. Et beatus Gregoriꝰ.
15 Error cui nō reſiſtit approbat. ¶ Quarta queſtio que=
rit compotū de expenſis: quō vicꝫ bona chriſti ꝛ pau=
perum expendiſti: an ſm regulā ꝓprie voluntatis vel
ſm regulam eccleſie: que vult ſicut patet in decreto. xij.
q. ij. c. ꝯceſſio: et. c. quatuor: ꝙ epiſcopi tenent: in quoꝝ
nominatione etiam inferiores p̄latos comprehendere
videtur: quia eadē eſt vtrobiqꝫ ratio: decimas ꝛ obla=
tiones ꝛ redditus: in quatuor partes diuidere: quarū
vnam ſibiipſi retineant: alteram clericis pro officiorū
ſuoꝝ ſedulitate diſtribuāt: fabrice tertiam: quartā pau
peribus ꝛ peregrinis habeāt fideliter erogandā: qua=
rum rationem diuino redditurus eſt examini: hec ibi.
¶ Si vo magnus ſit exceſſus in defectu iſtius diſpen=
ſationis nō excuſant a peccato mortali: ſicut dicit ſan=
ctus Tho. ſecūde ſecūde. q. c. lxxxv. arti. vij. Qui etiā
in quadā queſtiōe de quolibet: dicit: idem eſſe iudiciū
de bonis alioꝝ clericoꝝ. Sed quantūcunqꝫ ſit: de iure
Lupus facere deberēt: de facto tamē ita diuidunt bona chriſti:
eccleſie ꝛ pauperū: ſicut lupus diuidit p̄dam: de quo di
cit Iſido. ꝙ partē prede: quā comedere non poteſt vel
non vult: ſub terra abſcondit. Ita iſti predictoꝝ bono
rum partem: quā in vſus ꝓprios nō ꝯſumūt: in ciſtis:
ſcrinijs ꝛ theſauris ſuis: qn̄qꝫ ſub terra abſcōdunt: qd̄
pauperibꝰ ꝛ clericis ꝛ eccleſie fabrice eſſet diſtribuēdū.
Et pro tanto de eis verificat illud Ezech. xxij. Princi
pes in medio tui quaſi lupi. ¶ Sed in morte habebūt
ꝓhibitionem de plus accipiēdo: qd̄ elegāter oſtenſum
fuit. iiij. Reg. xij. vbi legit: ꝙ ſacerdotes ꝓhibiti fue=
runt: pecuniā accipere ampliorē: eo ꝙ eam circa tēpli
ſartatecta minime expenderūt. Sic in ꝓpoſito iſtis di=
cetur tpe mortis: ſicut illi ſeruo nequā Math. xxv. qui
fodit in terrā ꝛ abſcōdit pecuniā dn̄i ſui: tolle ab eo ta=
16 lentū ꝛc̄. qꝛ amplius iam nō poteris villicare Luc. xvj.
¶ Ergo anteꝙ̄ ad loca ꝛ tpa illa veniat: diligēter de re=
ſponſione ad quatuor p̄dictas q̄ſtiones: ꝛ cū magno
ſtudio ſibi ꝓuideant: ne tā fortibus ꝛ inopinatis ꝛ im=
prouiſis queſtiōibꝰ ſubitati reſpōdere neſciētes: obmu
teſcant. Sicut ille a quo tm̄ vna de p̄dictis queſtioni=
bus q̄rebat Math. xxij. Amice quō huc intraſti: non
habens veſtem nuptialem: at ille obmutuit: iuſſus eſt
ligatis manibꝰ ꝛ pedibꝰ proijci in tenebras exteriores.
¶ Hec eſt viris eccleſiaſticis ꝛ maxime p̄latis formi=
doloſa ſentētia: qꝛ ſicut ex ſentētia patet beati Grego.
in moral. ſi vnicuiqꝫ cogitanti ſatis durum videtur in
diſtricto iudicio: p vna aīa rationē reddere: q̄d faciet
qui tot animas habet: quot eius ſubijciunt cuſtodie:
p quibꝰ oībus quaſi p vna ſola aliꝰ rationē reddet.
De p̄dictis vo ꝯditionibꝰ ꝛ queſtionibꝰ: tres perſone
ſatis elegant ſignificari vident Iudic. xviij. vbi explo
ratores ꝑpli dei a quodā q̄ſierūt ſacerdote. Quis te huc
adduxit: ꝙ̄tum ad primā. Aut q̄d hic agis: ꝙ̄tum ad
ſecundā. Aut ob quā cauſam huc veniſti: ſupple vt re=
geres vt paſtor: vel lac ꝛ lanam caperes: ſicut mercēna
rius. Sic exploratores dei ꝛ curie celeſtis angeli: quoꝝ
ſingulis tanꝙ̄ exploratoribꝰ vel ſcrutatoribus vel vi=
ſitatoribus morientiū videt preceptū dirigi Eſa. xxij.
Uade inquit deus ꝛ ingredere ad eum q̄ habitat in ta
bernaculo ad ſobnā ꝓpoſitū templi. i. ad ſacerdotē vel
prelatū vel virum ordinatū vel religioſum: ꝛ dices ei:
quid tu hic: aut q̄ſi q̄s hic. Quibꝰ vt de male intranti= 17
bus vel viuētibus loquar: ad eoꝝ vite ꝛ vicij oſtenſio=
nē ꝛ recognitionē: cōgruit reſpōſio predicti ſacerdotis
Iudic. xviij. Hec inquit ꝛ hec p̄ſtitit mihi michas et
mercede me cōduxit: vt eſſem ei ſacerdos. Nam vt pre
dictum eſt: nōnulli illoꝝ plus ad mercedē: ꝙ̄ ad meri=
tum reſpicirit ſacerdotij. De quibꝰ Michee. iij. Sacer
dotes eius in mercede docebant. De quo ſic cōquerit
deus Malach. j. dicens. Quis ex vobis eſt qui clau=
dat oſtia ꝛ incendat altare meū gratuito. A multo for=
tiori de ſacerdotibꝰ noſtri tpis maiori ratione cōqueri
poteſt: qꝛ nō ſufficit eis vna cōduci mercede: ſicut illis
de quibus predictū eſt: ꝙ in mercede docebāt: ſed ſub
principali mercede quā ad ſeruiendū parochie vel ad
celebrandū pro anima recipiant: ſiue merces illoꝝ ꝛ ſti
pendium ſit in beneficio ſicut rectorū ꝛ vicarioꝝ: ſiue
in ſalario ſicut alioꝝ ſacerdotū: aliū recipiūt: ſic trecēna
lia ꝛ denarios. ſ. ſ. et etiā alios denarios ad celebrandū
pro defunctis: cū nullus operarius poſſet fideliter lo=
care labores ſuos: pro vna die et eodem tpe diuerſis.
Sed forte cogitāt: ꝙ miſſa eq̄liter ſingulis valeat: ſiue
p vno ſiue p multis dicat: ſꝫ h̄ eſt reprobatū Mat. x. 5.
¶ Quia ḡ hec reſpōſio in dei iudicio eis nō allocabit: 18
ſicut nec q̄cūqꝫ alia: quā ad predictā q̄ſtionē. Eſa. xxij.
dare poterūt: qꝛ qn̄ dicit: q̄d tu hic in eſſentia: vicꝫ vel
ſpūali quidditate viuēs: ſicut aīal rōnale: an ſicut bru=
tale: aut q̄s tu hic i ſpūali pſonalitate: q̄d nāqꝫ querit
de eſſentia: q̄s de pſona: ſi bn̄ ſcrutent inuenient ꝙ nihil
aliud r̄ndere poterūt: ꝙ̄ denarius plumbeus: ſi loqui
poſſet: a q̄ ſi quereret r̄ndere poſſet: ego ſum denarius
plumbeus int argenteos. Sicut ḡ fidelis hō talē inter
alios inueniēs: primo querit: deinde illū pforatū qn̄qꝫ
ad ignē ꝓijcit. Ita i ꝓpoſito. Et hoc eſt qd̄ ſequit. Ibi
morieris. Aut q̄ſi q̄s tu hic: ſicut nāqꝫ imagines in pa
riete nō ſunt hoīes: nec idola ſunt viui hoīes q̄s repre=
ſentant: ſꝫ q̄ſi. Ita ordinatus vel bn̄ficiatꝰ malus: de q̄
Zach. xj. O paſtor ꝛ idolū gregē derelinquēs. ¶ Et re=
uera vt veritas oñdat: de q̄ offendi nō deberēt: nō tan
tā ſilitudinē tenēt cū antiq̄s ordinatis ꝛ bn̄ficiatis: quā
tā tenet imago illiꝰ cuius eſt imago: qꝛ illi ſaltē in exte=
riori aſſimilant apparētia. Iſti vo nec iteriori vita nec
exteriori ꝯuerſatōe antiq̄s ſctis aſſilant patribꝰ: ꝛ ideo
malos male perdet: quia nec ſigna ſui vel ſuoꝝ in eis

inueniet. Et hoc eſt qđ ſequit. Expellã te ſicut ouē nō habentē ſignū meū de ſtatiōe tua: ⁊ de miniſterio tuo: et deponā te ſicut ſeruū inutilē: ⁊ ſicut illū nō habentē veſtē nuptialē Math. xxij. Et ſicut ille obmutuit: ita et illi. ¶ Primo q꞉ cōfidentiā rñdendi a bonis operibꝫ prius factis accipe nō poſſunt: ſicut alij boni plati. vñ btūs Grego. ſup euangelia Homel. xvij. In iudicio veniēt cuncti paſtores cū gregibꝫ ſuis: ibi Petrus cū iudea puerſa. Paul⁹ cū gētibꝫ. Andreas poſt ſe achaiam ducet. Joānes: aſiam. Thomas: indiā: qđ ibi nos dicturi ſumus: q̄ nomē paſtoris habem⁹: ⁊ greges nō ducimus. Nōnulli nāq꞉ illoꝝ libētius ducūt canes ⁊ falcones ad venationē: q̄ꝫ chriſtianos ad deuotionē. Et qđ peius eſt plures greges ducūt ad diabolū prauis moribus ⁊ exēplis coꝝ corrūpēdo: q̄ꝫ ad deū pdicādo: vel ſancte viuēdo. ¶ Secūdo: q꞉ licet nūc ad predictas q̄ſtiones multas falſas habeāt reſpōſiones ⁊ excuſatiōes in pctis: tūc oīm tali falſo colore amoto: nullus habebūt reſpōdēdi colorē. vñ btūs Grego. in homel. de obmuteſcēte: q̄ intrauerit ſine veſte nuptiali. Tunc inqt obmuteſcem⁹ q̄ nūc multas mali opis excuſationes ptendim⁹. Nec erit locus audiētie: vbi ꝑprie excuſabūt pſciētie: ⁊ q̄ foris increpat: intus pſciētie teſtis aiam accuſat Hiere. xxix. Ego teſtis ⁊ iudex dicit dñs ¶ Et pueniēs pena erit q̄ tūc obmuteſcant ad penā ſic nūc obmuteſcūt a dei laude: ⁊ ſubditoꝝ correctiōe ad culpā. ¶ Sic ḡ tūc muti de tēplo glorie in tenebras eijciendi ſunt exteriores: q꞉ nūc ad tēpla materialia indigne venerūt ⁊ male occupauerūt: ⁊ templū gře multi-

19 pliciter polluerūt. Et hō eſt qđ ſequit. Polluerūt ſctm̄ tēplū tuū: ita turpius ⁊ peius q̄ꝫ alij populares Hiere. vj. Uadā ad optimates: ⁊ ipſi pei⁹ fregerūt iugū: ruperūt vincula. Ex q̄ veriſimiliter timendū eſt q̄ cōparando numerū cleri ad tm̄ numerū pp̄li: q̄ in nulla arte vel tanta multitudine pp̄li inueniat tam putrida portio: totq꞉ damnādi de q̄cūq꞉ ſtatu: q̄t ſunt de clero dānandi. Cui⁹ dānationis euidētia eſt: q꞉ ipſoꝝ pctm̄ nō tantū ſeipſos: ſ eſt cauſa dānationis alijs: q꞉ ſi nūc arguant q̄cūq꞉ de pp̄lo de luxuria: vſura: ebrietate: vel quocūq꞉ vicio: ſtatim ſcutū opponit ſue excuſationis: aliquē de clero. Ex q̄ videt ſequi: q̄ infamia plus nocet q̄ pctm̄: q꞉ pctō ſolus perit: q̄ peccat: infamia multi. vñ Bern. in epl'a ad ducē Aquitanie. Cū q̄s de populo peccat ſolus perit: principis aūt error multos inuoluit: ⁊ tot obeſt q̄t preeſt. ¶ Et btūs Grego. in paſtorali: ⁊ habet in decreto di. lxxxiij. Nemo. Nullus q̄ppe amplius i ecclia nocet q̄ꝫ q̄ puerſe agēs nomē vel ordinē ſanctitatis habet. Illū q̄ppe redarguere nemo pſumit: ⁊ culpa vehemēter in exēplū trahit: qū ꝓ reuerētia ordinis pctor honorat. Idē in eodē. Sepe cōtingit vt dū paſtor p abrupta gradit ad pcipitiū grex ſequat. Qđ pulchre oſtēdit p illā hiſtoriā q̄ habet in hiſtoria eccliaſtica: ſeu tripartita cōpoſita ab Euſebio ce-

Exm̄ ſarienſi. In q̄ cōtinet: q̄ ciuitate ſancta hierlm a ſaracenis capta: ſaraceni pmiſerūt chriſtianos ad locū illū et ad locū ſepulchri ſuas facere oblatiōes: ⁊ peregrinationes ꝓpter cōmodū ꝓpriū: qđ ex tributo ⁊ trāſeuntiū habuerūt frequētia. Uolentes tñ chriſtianos deridere eiſq꞉ illudere amota imagine crucifixi de loco ſepulchri in q̄ ſtare pſueuit: ⁊ in eodē loco idolū veneris ſtatuerūt: vt chriſtiani in loco illo adorātes venerē adorare viderent. Qđ vidētes chriſtiani a veneratiōibꝫ ⁊ oblationibꝫ: q̄s ibi facere ſolebant ſe retraxerūt: ne venerē venerari viderent. Sicut ḡ in odium veneris a ſolitis ceſſatū eſt oblationibꝫ ⁊ deuotionibꝫ: ſic p oīa pſimilis in ecclia ꝓceſſus inueniet. In q̄ dū imago inuēta fuerat chriſti: mūdus vir ⁊ bon⁹ rector: vicarius ⁊ ſacerdos: pp̄ls cum deuotiōe iura ptulit eccliaſtica: ⁊ chriſti eccleſiā ⁊ locū frequētādo: ⁊ ſancte viuēdo venerabat Sed illa imagine mortua ⁊ amota: ⁊ idolo veneris moderno tpe: de quo dolendū eſt: in loco eccleſie in nōnullis partibꝫ exaltato. Quid nāq꞉ eſt perſona eccleſiaſtica polluta: niſi idolū ⁊ imago veneris: dum venereas exercet operatiōes: ceſſat pp̄li oblatio ⁊ deuotio ⁊ decimatio. Et creſcit pditio: detractio ⁊ damnatio. ¶ Hoc eīm quādoq꞉ aperte ex verbis populi oſtendit: quibꝫ a momentibꝫ ⁊ pſciētiā facientibꝫ de decimis ⁊ oblationibus dandis: ⁊ eccleſijs frequentandis ⁊ amandis: ⁊ caſtitate ⁊ ceteris virtutibꝫ habēdis. Reſpōdent: q̄re decimas darem rectori cōcubinā tenenti: ⁊ quare eccleſiam iuuarē in qua oēs miniſtri ſunt polluti: vl' quō mundā ducā vitam: cum tot mala habeā exemplaria. Quis iſta excuſatio ſit excuſandū excuſatiōes in peccatis: ſicut oſtenſum eſt. D. iij. II. tm̄ occaſionē talem a clero accipit populus: qui cleri exēplo deteriorat. Et ſicut quondā populus ꝓpter peccatū ſacerdotū ofni ⁊ finees. j. Regū. iiij. corporaliter: ita nunc ſpūaliter cadit peccādo. Ideo dicit Criſoſto. ſup epiſtolā ad hebreos Homel. xxxiiij. q̄ meli⁹ eſſet ſine principe eſſe: q̄ꝫ a malo regi. Nec mirū: q꞉ ſicut melius eſſet ouibus ſine cuſtodia eſſe q̄ꝫ a lupis cuſtodiri. Ita melius eſſet q̄ eccleſia nullū haberet miniſtrū q̄ꝫ talē qui gregē corrūpit: et ecclie ſtatū corrūpit: ⁊ chriſtianitatē violat: ⁊ cōmunitatē peccatis ⁊ vindictis deſolatā reddit. Sicut a pte patet per querelam dei Ezech. xxv. Euge inquit euge ſup ſanctuariū meū: q꞉ pollutū eſt: ex qua pollutione ſequit terre deſolatio. Sicut patet ſup hoc qđ ſequit.

Et ſup terrā iſrael q꞉ deſolata eſt. ¶ Ex quibꝫ patet q̄ 20

querēti q̄re chriſtianitas nō eſt ita bona nec populi deuotio tanta: nec in virtutibꝫ ita probata fortis pſtans:

ſicut fuit in primitiua ecclia. Reſpōderi poſſet ſicut re- Exm̄

ſpōdiſſe legit quendā mimū regi fracoꝝ q̄rēti: q̄re nō eſſent ita pbi milites nūc: ſicut fuerūt i tpe karoli magni: ſicut Rolandus ⁊ Oliuerus. Cui meneſtrallus: da mihi talē regē q̄lis fuit karolus magn⁹: ⁊ ego dabo tibi tales milites: q̄les nūc nominaſti. Uoluit eīm innuere ⁊ intelligere: q̄ pbitas ⁊ improbitas militū ⁊ toti⁹ exercit⁹ multū depēdet a pbitate ⁊ improbitate regis vl' ducis. Cui etiā pcordat ſentētia Senece muſice ſue. li. ij. dicētis: q̄ nunq̄ exercit⁹ fortit ſtetit ⁊ pugnauit vbi dux fugit. Ita in propoſito: q̄ oē caput languidū ⁊c. Eſa. j. ¶ Status ḡ moderne ecclie: ⁊ chriſtianitatis hn̄ oñdit in q̄dā hiſtoria q̄ ptinet: q̄ cuidā cogitanti ⁊ admirāti de ſtatu chriſtianitatis: de nocte que-

dā apparuit imago: q̄ſi cuiuſdā pulcherrime dñe: ⁊ ipo Exm̄

admirāte q̄ eſſet: vox ad eū facta fuiſſe legit: que q̄ſiuit cui⁹ illā imaginē eſſe eſtimaret. Cui ille. beatiſſime inquit virginis Marie: q̄ dicto imago dorſū verſus eū vertit: in q̄ erat tota putrida: qđ inqt vox tibi mō videtur: nō eſt inqt virgo Maria: q꞉ de ea ſcribit: q̄ eſt tota pulchra. Ipſo ḡ deſiderāti ſcire: q̄ eſſet: vox dixit: illam ſimilitudinē eſſe chriſtianitatis: q̄ in pncipio fuit pulcherrima: ſ in poſteriori pte. i. nūc: turpiſſima: ⁊ q̄ſi deſtru- 21

cta eſt. ¶ Et q̄ iſti⁹ deſtructiōis cā ex magna pte ſit peccatū: ⁊ negligētia cleri: elegāter ſignificatū ⁊ oſtēſū eſt ij. Machab. vj. q꞉ ſicut ibi innuit q̄ cauſa deſtructōis et deſolationis hierlm: ⁊ ſcti tēpli fuit pctm̄ illoꝝ: q̄ ad tēpli miniſteriū deputabant: pontificū vir ſacerdotū et leuitarū. Dicit eīm text⁹ ſic. Tēplū plenū erat luxuria: ⁊ comeſſatiōibꝫ: ⁊ ſcortantiū cū meretricibꝫ. Altare etiā plenū erat illicitis: q̄ legibꝫ phibebant: ⁊ ſacratis edibus mulieres ſe vltro ingerebāt inferētes: q̄

võ licebant. Sic nunc nõne modo eſt templū eccleſie
luxuria ⁊ comeſſatione plenū: cum hi his vicijs pleni
ſunt: q̄ templo deſeruiūt eccleſie: quoꝝ pctm̄ eſt pecca-
tū ſodome: ſaturitas panis ⁊ ocium Ezech. xvj. Plus
eni̅ eſculentis ⁊ poculentis: q̄ꝫ cõiter populares abun-
dant: ⁊ plus ocio vacant: q2 nec in corꝑalibꝫ nec in ſpi-
ritualibꝫ ſe ſciunt vtiliter occupare. Ex quibꝫ predicta
ſequunt̄ vicia. Altare etiā nunc plenū eſt illicitis. No-
ne os ⁊ labia ⁊ manus ſacerdotis mali: q̄ in altari tenet
cum quibꝫ et corpus chriſti indigne tangit illicita dici
poterunt ⁊ im̄unda? ¶ Et non ſolū hoc errore ſeipſos
ſed etiā alios decipiūt ꝓ quibꝫ celebrant: ſicut patet per
rationem oſtenſam. M. x. 2. ¶ Sequit̄. Socratis edi-
bus ⁊c̄. Que eni̅ ſacre niſi domus viroꝝ eccleſiaſticoꝝ
quas nõ ſolū mulieres: ſed que viorꝝ: vtpote ſpecia-
liori noīe meretrices nuncupant̄: nõ ſolū ingrediunt̄:
ſed ibi diebꝫ ⁊ noctibus morant̄. Iſtis ḡ viſis ⁊ ꝯſide-
ratis: nõ eſt mirū ſi templi eccleſie ⁊ totius chriſtiani-
tatis ſpiritualis ſequat̄ ruina: q̄ꝫtum ad malam vitā:
et qn̄qꝫ q̄ꝫtum ad exteriores vindictas: quas freq̄ēter
ſentimus ⁊ audimus: ⁊ plures timemus: q2 ſicut ex ta-
libus peccatis templū et regnū nunc deſtructū cernit̄
iudeoꝝ: per que eccleſia ⁊ terra ſignificat̄ chriſtianoꝝ.
Ita timendū eſt ne chriſtianis idem cõtingat. Cuius
cõtingentie magna nunc cernitur euidentia: de hoc ꝙ
magna mundi pars q̄ olim fuit chriſtianorū: nūc a ſa-
racenis occupata eſt: q2 ſacerdotes eiꝰ polluerūt ſanctū
Soph. iij. Ideo etiā ſubditi polluerūt ſanctificationē
Ezech. xxviij. ¶ Q̄ꝫtum eni̅ ad ſpiritualē ſubditoꝝ cor-
ruptionē: hanc cauſam aſſignat decretū dicens: ꝙ qui
deberent gregē ſanctificare: gregem polluūt. Quia ſi-
cut grex ex vna morbida oue polluit̄. Ita ex p̄lato im-
mūdo ples inficit̄. di. xlv. Sed illud ī fi. ¶ Q̄ꝫtum etiā
ad vindictas ſequētes hanc cauſam aſſignat deꝰ Hie-
remi. x. quia inquit: ſtulte egerunt paſtores: ⁊ dn̄m non
queſierūt: ꝓpterea nõ intellexerūt: ⁊ om̄is grex diſper-
ſus eſt. Cuilibet igit̄ tali congrue ⁊ veraciter dici poſ-
ſet illud Math. xxvij. Vah qui deſtruis templū dei.

22 ¶ Sequit̄. Poſuerunt hierl'm in pomoꝝ cuſtodiā: q2
eccleſiam cuſtodiūt ad moduꝫ pomerij vel pomoꝝ: in
quo dum poma ſunt diligenter cuſtodit̄: et hoc ꝓpter
poma. Sic dum ſunt garbe in agro tp̄e autūnali: cuſto-
des in domibꝫ multiplicant̄ eccleſie: ⁊ cuſtodiūt gar-
bas vt ſciunt: ſuis miniſtris precipientes: qḋ precepit
Pilatus iudeis. Ite cuſtodite ſicut ſcitis Math. xxvij.
Sed vtinā de eodē iſtis hoc p̄ciperēt. Sed heu ille de
chriſto. Iſti qḋ peiꝰ eſt de garbarū cuſtodia diligētiā
habēt p̄cipiēdi. ¶ De qua quia freq̄ēter in ſuis fidu-
duciam nõ habent: ipſimet ꝑſonaliter curant intereſſe:
ſi poterūt: quoq̄ modo: vt fructus melius colligant̄ et
cuſtodiant̄. Sed in quadrageſima ⁊ alijs temporibus
quādo autūnus eſt animarū: illuc minime inuenit̄: ſꝫ
eſt in curijs vel ſcholis vel alibi reſidet: vt ſumptibus
parcat. De quo cõquerēdo loquit̄ deꝰ Eſa. j. Derelin-
quet̄ inquit filia ſyon: vt vmbraculū in vinea: et ſicut
tuguriū in cucumerario. Dum eni̅ ſunt fructus in vi-
nea: eſt ibi obumbraculū: in q̄ vinee cuſtos moratur: et
dum ſūt cucumeres in cucumerario eſt ibi tuguriū in
quo illoꝝ cuſtos requieſcit: ſꝫ alio tp̄e illuc nõ reperit̄.
Sic in ꝓpoſito de cuſtode eccleſie: de quo q̄ꝫtuꝫ ad alia
tp̄a verificat̄ illud Prouer. vij. Non eſt vir in domo
eius: abijt longiſſima via: ſacculū pecunie ſecuꝫ tulit:
reuerſurus in die plene lune. ¶ Quomõ vo iſta aucto-
ritas de eis verificat̄: quotidiana docet experiētia: q2 ſi
alio tp̄e veniat pauper vel peregrinus: ad domū talis
elemoſynā petiturus. Reſpõdebit firmarius vel ba-
liuus dicens: dn̄s meus nõ eſt in domo. Ecce non eſt
vir in domo eiꝰ. Cui paup: ⁊ vbi eſt dn̄s tuꝰ? Cui ille.
In curia regis vel alterius principis vel p̄lati vel oxo-
nie vel pariſius vel bononie. Ecce via abijt lõginqua.
Cui paup eſt ne aliquis: q̄ nos de elemoſyna iuuari po-
terit ꝓ amore dei. Cui aliꝰ: ipſe oīa vēdidit: ⁊ pecuniā
ſecū portauit. Ecce quomodo ſacculū pecunie ſecū tu-
lit. Cui paup: qn̄ inuenietur in domo. Cui alius: in au-
tūno eius ſperamꝰ aduentū. Ecce quõ reuerſurus eſt
in die lune plene. ¶ Tales cuidā aſſimilant̄ ſtelle: que 23
nunq̄ꝫ apparere dicit̄: niſi in menſe auguſti: ⁊ qn̄ appa- Stella
ret vrit ſegetes: ⁊ cõſumit vt vult Boetiꝰ de ꝯſolatio-
ne phie: emittit tm̄ de ſe radios vt clara appareat. Sic
iſti qui tm̄ illo apparēt tp̄e ⁊ veſtibꝰ ſplēdent curioſis:
et ad modū ſtelle comate cum longa barba ⁊ capillatu-
ra: ⁊ oībus alijs curioſitatibꝫ: excepta veſte ſtragulatā
huic ſeculo nequā ſe ꝯformāt: ⁊ tunc apparent vt fru-
ctus colligant ⁊ ꝯſumant. Quoꝝ periculū beatus oſtē-
dit Grego. ſuꝑ illo Job. xxxj. Si fructꝰ terre comedi
abſq̄ꝫ pecunia. Fructus eni̅ terre abſq̄ꝫ pecunia come-
dere eſt ex eccl'ia ſumptus accipe: ſed eidē eccl'ie predi-
cationis preciū nõ prebere. Quid ad hoc paſtores dicē-
mus: qui aduentū diſtricti iudicis p̄currētes officium
quidē preconis ſuſcipimꝰ: ſꝫ alimēta eccleſiaſtica multi
mādicamus. Exigimus qḋ noſtro debet̄ corpori: ſed
nõ impēdimus qḋ ſubditoꝝ debet̄ cordi. Cum igitur
his qui ſubeſt ſeruit ad obſequiū: reſtat ꝓcul dubio vt
his qui p̄eſt ſeruiat ad verbū. Sed nõ ſic impij: nõ ſic.
De qua impietate conquerit̄ deus Hiere. xij. dicens:
Multi paſtores demoliti ſunt vineā meā: ꝯculcauerūt
partem meā: dederūt portionē meam deſiderabilē: in
deſertū ſolitudinis. ¶ Ecce ꝙ ſignāter dicit. Cõculca- 24
uerūt partē meā. i. ſacramēta mea: mādata mea ⁊ ſerui-
tia mea: ⁊ animas ꝓprias ⁊ aīas ſubditoꝝ. ¶ Primū
de ſacramētis patet: per hoc qḋ faciūt circa ſacramen-
tum ſacramentoꝝ omniū cauſam ⁊ virtutē ⁊ finē: cir-
ca vicꝫ ſacramentū corporis ⁊ ſanguinis chriſti in miſſa:
in qua v̄bis ſacramētalibꝫ q̄ſi ad ꝯuiuiū inuitat̄ deus
et illuc cum multitudine venire dignat̄ angeloꝝ. Si-
cut patet per auctoritatē beati Grego. M. x. 7. quibꝫ
more iudeoꝝ acetū ꝓpinant felle mixtū pctõꝝ: q2 de vi-
no acetoſo ſacramentū ſuū: imo potius ſeipſum confi-
cere nitunt̄. ¶ Circa quorū factum vnū ſumme timē-
dum eſtimo: ꝙ vicꝫ mille miſſe annuatim in regno cū
aceto. id eſt. cum vino in acetum: dicant̄ totaliter mu-
tato. In quo caſu ſciant ſe ſacramentū non ꝯficere: ſed
idolatriā cõmittere: q2 adorant ⁊ adorandū oſtendūt:
qḋ adorari minime deberet. ¶ O admirandū negociū
ipſimet tale vinū acetoſum nõ biberēt: q̄ clarius ⁊ me-
lius bibunt: qḋ inuenire poſſunt: ⁊ deo q̄ oīa dat peio-
ra p̄bent Malach. j. Si offeras panē pollutū ſuꝑ alta-
re meū offer illud duci tuo ⁊c̄. quaſi diceret: vide ſi ille
contentabit̄ de tali pane ⁊ vino: qualem mihi offertis.
¶ O magna ruſticitas ⁊ maxima inequalitas: ne q̄ſſi-
maq̄ꝫ honoꝝ diuiſio deo ⁊ angelis eiꝰ: quartā vel pin-
ctam nõ dant in quindena: q̄ botellū vel lagenam bi-
bunt in die. O deteſtanda negligentia: q2 nec circa illā
paruā vel minimā quā deo dant partē: diligentē non
adhibēt cuſtodiā: in locis illā ponēdo baſſis ⁊ frigidis
vt diutius ī ſapore pariter ⁊ colore ꝯſeruet̄. Quis rex
terrenꝰ de talibus ꝯtentaret̄ miniſtris vel ſeruitio: nec
deus ꝯtentat̄: q̄ dicit. Ne offeratis vltra ſacrificiū fru-
ſtra Eſa. j. Et paucis interpoſitis cauſam adiūgit di-
cens. Iniq̄ ſunt cetus veſtri. ¶ Secundū etiā deman- 25
datoꝝ dei ꝯculcatione patet: q2 frequenter viſum eſt et
auditum: ꝙ querimonias apud pontifices ⁊ eorū cle-

ricos ⁊ officiales depoſuerūt: ⁊ lr̄as iuſticie citatiōis vl̕
excōicatiōis impetrauerūt ꝓ lacte vel vitulo vel hmōi
nō bene decimatis. Sed raro vel nunq̄ʒ auditū eſt: ꝙ
hmōi q̄rimonias depoſuerūt vel lr̄as impetrauerūt: ꝙ
dei mādata artius cuſtodirent: vbi nullū ex cauſa illa
eis cōmodū accreſcit tp̄ale. ¶ Sed dicent ꝙ tales que-
rimonias deponūt: ⁊ cenſuras exercēt: ꝓ iuribus eccle
ſie defendēdis: placet: ſed nunq̇d ad iura pertineat ec-
cleſiaſtica ab alioꝝ mādatoꝝ homines cuſtodire trāſ-
greſſionibus: ⁊ animas ab eternis perditionibꝫ: qḋ ſi
concedant: quare nō tm̄ ſollicitant circa impetrationē
literarū: vt nundine ⁊ mercatus in diebus dominicis
et feſtiuis: p̄cipuis ex quibus mandati dei de ſabbato
obſeruando tranſgreſſio ⁊ animarū per cōſequens ſe-
quit perditio: quare non tm̄ circa fornicatoꝝ vſurario
rum ⁊ alioꝝ peccatoꝝ: ſicut circa male decimantiū ſol-
licitant correctionē. Quoꝝ ꝑuerſitatē auctoritas oſten-
dit Criſoſto. D.iij.12. Q̄tumcūq̄ʒ g̊ dicāt ſe talia ſuſti
nere: taliterq̄ʒ ꝓ iuribus laborare eccleſie: tamen in rei
veritate ſic laborant illi ſicut muſtela. D.xij.13. Nota
26 N.iiij.14. Tertiū etiam de ꝯculcatione diuini ſerui-
tij quotidie oſtendit per ꝯſuetudinē quā habēt officiū
dicendo diuinū: contra eccleſie ⁊ pape preceptū: in de-
cretali li.iij.ti.xlj. de celebratione miſſarū.c. dolentes:
vbi primo recitat quō aliqui viri eccleſiaſtici circa offi
cium peccant diuinū: illud dicētes ſincopādo trāſcur-
rendo: ⁊ raro.i. vix quater in anno celebrādo: imo ali-
qui illoꝝ qḋ peius eſt: nuſq̄ʒ in decem annis celebrant
quibus recitatis nolens talia a quocūq̄ʒ imposterum
cōmitti: ꝓhibitionē ⁊ penā adiungit dicens: quapro-
pter hec ⁊ his ſimilia diſtricte ꝓhibemus ſub pena ſu-
ſpēſionis in virtute ſancte obediētie p̄cipiēdo mādan-
tes: quatenus totū officiū nocturnū diurnūq̄ʒ quantū
deus eis dederit: ſtudioſe ſimul celebrent ⁊ deuote. Et
ſm̄ gloſam: ꝯtrariū faciēs pōt ſuſpēdi: vel alijs penis
grauioribꝫ puniri: vel beneficioꝝ priuatione: q̄ꝛ inobe
dientiā incurrūt. ¶ Ex iſtis culpa oſtendit ⁊ periculū
illoꝝ qui in verſibus ꝯtinent ſequētibus. Eccleſie tres
ſunt: qui ſeruitiū male ſoluunt. Forchipers momelers
verlepers nō bene pſallūt. ¶ Taliū etiā officiū deo nō
videt placere: q̄ꝛ potius videt officiū eſſe furū ⁊ latro-
num q̄ʒ clericorū. Quia ſicut latro in coquina volens
de piſce aliq̇d furari: cōmuniter mediā furat peciam ⁊
nō caudā vel caput: q̄ꝛ ſi abeſſent citiꝰ ꝑciperet. Illa g̊
pecia in medio ſublata: caput ⁊ caudam ſimul ꝯiūgit.
Ita iſti principiū verſus ⁊ finem ſimul ꝯiungūt: ⁊ me
dium ita feſtinādo ſaltant ꝙ neſcio ſi deus illud intelli
gat vel homo. Qui quidē error qn̄q̄ʒ ex ebrietate acci-
dit: que linguā reddit impotentē ad dicendū veſperas
vel completoriū in ſero: ⁊ os fetidū ⁊ caput pondero-
ſum: ⁊ animā ſordidā ad dicendū matutinas ⁊ miſſaʒ
in mane. ¶ Quādoq̄ʒ v̊o ex mala ꝯtingit ꝯſuetudine
quā intm̄ habēt feſtinātēr ⁊ maledicēdi: ꝙ cū difficili-
tate aliter ſcirent dicere. ¶ Et tm̄ valde neceſſariū eſſet
ꝙ ad melius dicendū ſe aſſuefacerēt: q̄ꝛ qḋ ſic dicit: vi-
det potiꝰ a Tintinillo colligi ⁊ acceptari q̄ʒ a deo. Ille
nāq̄ʒ dicit demon eſſe ad hoc deputatus cuʒ miniſtris
ſuis vt collegat ſincopationes ⁊ q̄ male dicunt in offi-
Et tm̄ cio diuino. De q̊ fert ꝙ cuidā bono viro oranti appa-
ruit q̄ſi gigas ſacco pleno onuſtus et ſancto q̄renti de
noīe ⁊ ſarcina: rn̄dit Tintinullus vocor onuſtus v̊o ⁊
oneratus ſum ſyllabis: ⁊ dictiōibꝫ maledictꝭ. Vir v̊o
ille de illo verſus fecit dicēs. Fragmina pſalmoꝝ Tin-
tinillus colligit hoꝝ. In die mille vicibꝫ ſe ſarcinat ille.
¶ Periculoſuʒ eſt g̊ tm̄ feſtinare in officio diuino intm̄
ꝙ nec cogitāt quid dicunt: nec curant niſi ꝙ a citius q̊

poterunt ſe expediant. Contra q̊s eſt auctoritas Au-
guſtini. O.v.15. ¶ Et etiā eſt irrōnabile. Primo quia
rōne illius ſeruitij eximunt ab om̄i labore ⁊ opere ma
nuali vt illi deuotius vacēt. ¶ Secūdo q̄ꝛ rōne illius
officij oēs ſuos habēt honores ⁊ cōmoda. ¶ Tertio: q̄ꝛ
ſi ſm̄ Tulliū.li.j. de officꝭ.c.j. ꝓpriū eſt oratoris diſtin-
cte: apte ⁊ ornate dicere. Quātomagis iſtas cōditiōes
obſeruare debent oratores dei: qḋ ſi nō fecerint Tinti-
nillus cū eis in cōpoto mortis cōputabit. Ergo om̄ia
honeſte ⁊ ſm̄ ordinē fiant.j. Coꝛ. xiiij. ¶ Quartū in- 27
ſuper de ꝯculcatione aīarū ꝓpriarū oſtendit: q̄ꝛ ipſas
ſpūaliter infirmas vel mortuas curationi vel reſuſci-
tationi debite nō ſubmittūt: dum cōfitent nō habenti
iuriſdictionē: nec poteſtatē eos abſoluendi. Bene em̄
ſcire deberet ſacerdos q̇ ſuo pari confitet: ꝙ par in pa-
rem nō habet imperiū. Vel ſi ſuperiori q̊ ad gradū vl̕
dignitatē ꝯfiteat: nō tm̄ ſuo ſuperiori: ſed in aliena pa-
rochia: ꝙ caput in membrū nō ſibi ſubditū virtutē in-
fluere nō pōt. ¶ Quintū etiā ꝙ vicʒ aīas ꝯculcant vel
paruipendūt ſubditoꝝ: ⁊ ſic ꝑ ꝯſequēs partē dei ʒ nō
partē ſui.i. garbas ⁊ alias decimas ⁊ oblationes. Et h̕
oſtendit ꝑ tria ſigna: primo vicʒ ꝑ receptionē: ſecūdo ꝑ
interrogationē: tertio ꝑ litigationē. ¶ Prima euidētia
patet ꝑ hoc ꝙ curā habētes aīarū miniſtros ſuos ve-
nientes ad eos cum muneribꝫ ad placitandū coraʒ eis
de temporalibꝫ: vel ad ꝓcurandū lr̄as vel ꝓtectiones
vel circa negocia lucratiua vel ad informandū eos in
hmōi: gratāter recipiūt: venientes circa negocia aīarū
ſicut pauperes mendicātes: quantūcunq̄ʒ in bona ve-
niant intentiōe: cum toruo vultu reſpiciūt. ¶ Secūda
euidentia ptʒ ꝑ hoc qḋ q̊tidie audit: ꝙ miniſtros ſuos
ad ſe veniētes: diligenter examināt interrogātes quot
oues: agnos: garbas habeant: ⁊ ſi tot habeant illo an-
no q̊t anno p̄cedenti: ⁊ q̊t marchas portet: ⁊ q̊t leuare
poterit: ⁊ quō oīa meliꝰ ⁊ carius vēdere poterūt. Sed
raro vel nunq̄ʒ auditū eſt: ꝙ quererēt q̊t aīas valeant
ſubditoꝝ: vtrū ille virtuoſe ſint vel vicioſe: vel ꝙ dili-
genter cum miniſtris tractent vel ſacerdotibus ſuis:
quomodo vicioſi melius curari poterūt. Sicut em̄ fre
quenter eis ſcribūt vel cū eis tractant quomodo pars
illoꝝ tractari debeat: quare nō tm̄ eis ſcribūt vel cū eis
tractēt: quō pars dei cuſtodiri debeat: quō vicʒ pecca-
tores citare vel facere citari ⁊ corrigi deberēt. ¶ Tertia 28
inſuꝑ euidētia ſeu ſignū ꝑ hoc oſtendit. ¶ Primo ꝙ ſi
aīal vel res alia: miſtroꝝ ſuoꝝ deputata cuſtodie pere-
at: cuʒ miniſtris ſuis litigant: eoſq̄ʒ turpiſſime vitupe-
rant vel amouent de officijs ſuis: eorūq̄ʒ defectui qn̄q̄ʒ
imponētes: qḋ eis imponendū nō eſſet. Si v̊o pereūt
aīe vix ſacerdotes de hoc vel leuiter rep̄hendūt. ¶ Se-
cūdo etiā ꝑ hoc ꝙ nō ſolū ſic cū familia litigant: ʒ etiā
cū extraneis impotētibꝫ litigant: placitant: curias di-
uerſas: etiā ipſam Romanā cū multis laboribꝫ ⁊ expē
ſis adeunt ꝓ beneficijs ⁊ p̄bendis ⁊ cōmodo terreno.
Sed vbi viſum eſt ꝙ ſic litigauerunt vel placitauerūt
de ſacrario ſunt edēt: ⁊ qui altario deſeruiūt de altario
ꝑticipant̄. Qui niſi hoc de ꝯtēptoribꝫ ſuarū facultatū
vellet intelligere: nūq̄ꝫ ſubſequēs adiūgeret. Ita ⁊ deꝰ
ordinauit his q euāgeliū annūciāt de euāgelio viuere
De euangelio viuūt q nihil habere ꝓpriū volūt: q nec
hn̄t nec hr̄e ꝯcupiſcūt: non ſuoꝝ ſed cōmuniū poſſeſſo
res. Hec ꝓſper in Decreto p̄allegato. ¶ Tertiū ad ter- 40
tiū de quo videlicet paup̄es ſunt alendi. Nota Decre
tū ſumptū ex vbis Ambro. de offic. xij. q. ij. c. aurum.
Aurū inquit habet eccl'ia: non vt ſeruet ſed vt eroget:
⁊ ſubueniat in neceſſitatibꝫ: qd eſt opus cuſtodire qd̄
nihil adiuuat: an ignoramꝰ quantū auri atqꝫ argenti
de templo dn̄i Aſſyrij ſuſtulerūt. Nonne meliꝰ cōflat
ſacerdos ꝓpter alimoniā pauperū ſi aliqua ſubſidia de
ſunt: q̄ꝫ ſi ſacrilegus ꝯtaminet ⁊ aſportet hoſtis. Non
ne dicturꝰ eſt dn̄s: cur paſſus es tot inopes fame mori
⁊ certe habebas auruꝫ vn̄ miniſtraſſes alimoniā. Cur
tot captiui in commerciū ducti ſunt: nec redempti: ab
hoſtibꝫ occiſi ſunt. Melius fuerat vt vaſa viuentium
ſeruares q̄ꝫ metalloꝝ. His non poſſet reſpōſum refer-
ri: quid enim diceres? timui ne templo dei ornatus de-
eſſet. Reſpōdetur: aurum ſacramēta nō querunt: ⁊ ci-
to poſt: in his generibꝫ; id eſt in paupibus alendis: ⁊
captiuis redimēdis vaſa eccl'ie etiam iniciata confrin-
gere: conflare: ⁊ vendere licet. ¶ Quartū ad quartū pena 41
illoꝝ q ſic nō faciūt: ptꝫ ꝑ iura ciuilia. In qbꝫ habet̄ ꝙ
liberti nō alētes patronos ſuos ī pauptate poſitos pu
niunt̄ a patronis ⁊ in poteſtatē illoꝝ redigunt̄. Verſa
vice patroni non p̄ſtantes alimenta libertis: carebunt
operis īpoſitis cauſa libertatis: ⁊ ab eoꝝ hereditate ex
cludent̄: vt. ff. de liberis agno. l. alimēta. i. in īforciato
li. ij. Et de iure ꝑſonatꝰ. li. xiiij. l. diuus claudiꝰ. Et de
bonis libertoꝝ. l. ſi patronꝰ: vtercꝫ titulꝰ eſt ī īforciato

li.xiiij. Cū ẜ chriſtꝰ qui in ſuis indiget patronꝰ noſter
ſit ⁊ alimēta libertis exhibeat: ⁊ ſpecialiter diuitibꝫ: ni-
ſi ipſi ei vicem repēdāt: eterna carebūt libertate. Nota
R.iiij.12.

P.iiij. **PAcis primo oſtendetur dif**
ferētia. Secundo: vere pacis excellētia. Ter-
tio: ꝙ mali hāc verā non habēt pacē. Quarto q̄ pacem
impediūt vel deſtruunt. Quinto: q̄ reqrunt ad hoc: ꝙ
hoīes inter ſe pacē habeāt. Sexto: tal' pacꝭ vtilitas. Se
ptimo: q̄ mala ex pacis ꝯtingūt defectu. Octauo: pena
⁊ periculū pacem nō ſeruātiū. Nono: oſtēdunt reme-
dia: ꝑ que hec mala poſſumꝰ declinare. Decimo pacis
vere vel ficte experimentū. Vndecimo: oſtēdent que-
dam themata ad pacis ꝓpoſitū ꝑtinentia.

Ar.j. ¶ Qtū ad primū pacꝭ differētia: attendit penes quin
j ꝙ. Primo penes ſubiecta. Secūdo penes q̄litatē. Ter
tio penes fractionem ⁊ reintegrationē. Quarto penes
opa. Quinto penes obiecta. Prio nāq̄ diuerſificat in
ſubiectꝭ in q̄bꝫ eſt vel eſſe deberet q̄tuor modis: q̄ q̄dā
ſunt pacifici cū pacificis: ⁊ hec eſt bonoꝝ ⁊ nōnulloꝝ
maloꝝ cōit: ſic diligere diligētes qd̄ aliqñ mali faciūt:
ſicut pꝫ Math.v. ¶ Quidā v̄o nō ſunt pacifici cū pa-
cificꝭ: ⁊ hec eſt ꝯditio ꝑuerſoꝝ: de q̄bꝫ in ps.cxix. Cū lo
q̄bar illꝭ: impugnabāt me gratis. Et iterū. Hō pacꝭ in
quo ſpaui magnificauit ſuꝑ me ſupplātationē. ¶ Qui-
dā v̄o nō ſunt pacifici cū nō pacificꝭ ⁊ hec eſt ꝯditio in
firmoꝝ ⁊ ſcorpionū q̄ tacti pūgūt ⁊ nō alit: de q̄bꝫ. ij.
Regū.xxiij. Si q̄s tāgere eas voluerit armabit ferro
⁊ ligno lāceato. ¶ Quidā v̄o ſunt pacifici cū nō pacifi
cis: ⁊ hec eſt cōditio ꝑfectoꝝ: q̄ ſignificant ꝑ terrā illā
quā magi Pharaōis ꝑcuſſerūt. Exo.viij. nec tñ de illa
cinipbes educere valuerūt. Ita licet mali vel boni ve-
re hūiles repħēdāt vel affligāt: nō tñ de eis cinipbes
educere poterūt murmuratiōis vel detractiōis. Et in
h̄ cognouerūt illic digitū adeſſe dei. Sic in ꝓpoſito: ꝑ
tale ſignū in illꝭ cognoſcit eſſe ſpūſſanctꝰ. Exēplū ad h̄
de chriſto: q̄ fuit plenꝰ ſpūſctō: ⁊ cuiꝰ locus in pace fa-
ctus fuit: ideo corā tondēte ſe obmutuit: ⁊ nō aperuit
os ſuū. Eſa.liij. dicēs. Cū his q̄ oderūt pacē: erā paci-
ficus: in ps.cxix. Ad cuiꝰ exēplū oēs chriſtiani ſint cū
oībꝫ hoībꝫ pacē habētes: Ro.xij. Et ad Hebre.xij.
2 ¶ Secundo diuerſificat in q̄litate p̄dicata de diuerſis
ſubiectis tripl'r: q̄ de q̄buſdā ſubiectꝭ p̄dicat pax vera
de q̄buſdā ficta: de q̄buſdā mala. Nā ſi q̄rat de q̄buſ-
dā q̄lē pacē habeāt: veracit r̄ñderi poterūt: ꝙ bonā de
q̄ in ps.cxviij. Pax multa diligētibꝫ legē tuā. De aliq̄-
bus v̄o r̄ñderi poterit ꝙ fictā hñt pacē: de q̄ Iere.xix.
In ore ſuo pacē cū amico loquit: ⁊ in occulto ponit ei
inſidias. ¶ De q̄bꝫ v̄o r̄ñderi poterit: ꝙ malā hñt pa-
cē.i. ꝯcordiā vel ꝯfederationē: vel pacificā ſocietatē cū
pctōribꝫ: q̄s repħendere deberēt: de q̄ in ps.lxxij. Zela
ui ſuꝑ iniq̄s pacē pctōꝝ vidēs. Et pōt hec differētia in
ter pacē dei verā ex vna pte: ⁊ fictā ⁊ falſam ex alia vi-
deri: ꝑ exemplū de hoīe viuo ⁊ de hoīe picto vel mor-
tuo. Quia ſicut hō viuus ⁊ naturā viuā habet interiꝰ
⁊ vitā oſtēdit exteriꝰ in ſignis ⁊ opibꝫ: ſic pax dei q̄ exu
3 perat oēm ſenſum. Phil.iiij. ſicut exteriꝰ oſtēdit ita in
teriꝰ poſſidet. Ideo d̄ iſta ſignāter d̄r: pax multa.i. mul
tiplicata: tā interiꝰ q̄ꝫ exteriꝰ. Quā etiā ſi oēs indigeāt:
maxīe tñ q̄ in vna habitāt domo vel ſocietate: q̄ aliter
in ꝯtinuo ſunt dolore. ¶ Pro q̄ eſt aduertēdū ꝙ viſio
alicuiꝰ ꝑſone quā q̄s odit: vel cū q̄ pacē nō habet: mo-
uet cogitationē: cogitatio v̄o grauat cor: ⁊ auget dolo-
rē ⁊ mali machinationē. Vbi ẜ q̄ſi ꝯtinua eſt tal' viſio
ꝯtinuꝰ eſt dolor. Sꝫ ſil' morātes q̄ſi cōtinue ſe vidēt: ẜ
niſi pacē habeāt: ⁊ pacifice ꝯuiuāt: ꝯtinue dolēt. In q̄
peioris ſunt ꝯditiōis illi: q̄ꝫ demones int q̄s nullꝰ do-
let ꝙ alios videt in loco quo ipe eſt: vl' de h̄ ꝙ multos
ſecū habet ſocios. Et etiam q̄ꝫ illi q̄ in diuerſis regnis
vel terre partibꝫ: vel in diuerſis ciuitatibꝫ: vl' diuerſis
habitāt domibꝫ eiuſdē ville: q̄ nō tā ꝯtinue nec freq̄n
ter ſe vidēt. Cū ẜ ꝯ maximā miſeriā ⁊ dolorē maxīe ne
ceſſariū ſit remediū: ⁊ remediū ꝯ dictū dolorē ſit pax:
patet: ꝙ licet oībꝫ habitantibꝫ in diuerſis vel eiſdē ter-
ris ⁊ ciuitatibꝫ neceſſaria ſit pax: ⁊ q̄nto ſunt vicinio-
res ⁊ frequētiores occurrūt aſpectꝰ: tāto magis illi in-
digeant: oībꝫ mortalibꝫ optata pace. Heſter.xiij. Ma
xime tñ illis eſt neceſſaria inter q̄s maxima eſt vicini-
tas ⁊ frequentiꝰ aſpectꝰ ſub illo qui habitare facit vna
nimes in domo. Vos ẜ qui ſic habitatis: primū dicite
Pax huic domui. Math.x. Nota. R.v.33. Non ſo-
phiſtica: apparēs ⁊ non exiſtēs: ficta vel falſa: que hoī
aſſilat picto vel mortuo: q̄ ſicut ille q̄dē effigiē ⁊ quā-
dā ſilitudinē habet hoīs ad exteriorē oſtēſionē: nō aūt
ꝯditionē interiorē. Ita ficti ⁊ falſi licet exteriꝰ pacifica
habeant tpa: licet inſuꝑ exteriꝰ in vultu ſignis ⁊ verb
pacis ſilitudinē aſſilent: ſicut ille.ij. Machab.v. q̄ ve-
nit Hieroſolymā pacē ſimulās: verā tñ pacē interius
nō hñt: q̄ nō eſt pax impijs: dicit dñs. Eſa.xlviij. Et
ideo loquunt pacē cū ꝓximo ſuo: mala aūt in cordibꝫ
eoꝝ: in ps.xxvij. Hanc v̄o pacis differētia nobis chri-
ſtus inſinuauit: dicēs. Pacē relinq̄ vobis: pacē meam
do vobis: nō quō mundꝰ dat. Ioan.xiiij. fictā vel fal-
ſam. Eandē inſuꝑ differētiā tota innuit eccl'ia in orone
de pace dicēs. Da ſeruis tuis illā quā mūdꝰ dare non
pōt pacē. Talē q̄lē fratres q̄ ſunt Hieroſolymis mit-
tunt fratribꝫ: qui ſunt ꝑ Egyptū ſalutē ⁊ pacē bonam
ij. Machab.j. Et non talē q̄lē habuit Ioab ad Ama-
ſam.ij. Regū.xx. q̄ manu dextera eius mentū tenuit:
quaſi eū oſculaturꝰ eſſet ⁊ manu ſiniſtra ꝑcuſſit eū in
latere. Sic illi qui dicūt. Pax pax: ⁊ non eſt pax. Iere.
viij. ¶ Sed tamē in cordibꝫ eoꝝ tp̄s optant ⁊ expectāt
nocēdi: de quibꝫ glo. beati Grego. Dextera manu mē-
tum tenere: eſt q̄ſi ex benignitate blandiri: ſicut fecit iu
das chriſto: dicēs. Aue rabi: ſed ſiniſtrā ad gladiū mit
tit: q̄ latenter ex malicia ꝑcutit. Ille v̄o cū q̄ talis pacis
cōponit forma: dicere pōt illd̄. Eſa.xxxviij. Ecce in pa
ce amaritudo mea amariſſima. Alios v̄o cōponentes
ꝓpħa informat veritatē interiꝰ copulare cū pace quā
exteriꝰ fingūt: dicēs. Veritatē tm̄ ⁊ pacē diligite. Za-
cha.viij. ¶ Tertio diuerſificat pax in mō fractiōis ⁊ re 4
paratiōis tripl'r: q̄ q̄dē diuerſitas ꝑpēdi pōt ꝑ exēplū
diuiſiōis ⁊ reuiſiōis aliarū creaturarū in q̄bꝫ videmꝰ
ꝙ aliq̄ue creature ꝑcuſſe vl' diuiſe ſtatim ſine ruga q̄cū
q̄ꝫ vel diuiſiōis ſigno adinuicē copulant ⁊ reintegrāt
ſicut patet de aqua ⁊ de corꝑibus ⁊ creaturis ſubtilio
ribꝫ: ⁊ magis ſpūalibꝫ ſicut de lumine ⁊ de radijs ſola
ribꝫ ⁊ de aere ⁊ de igne. Alie v̄o creature ſemel fracte
cū labore ⁊ difficultate reintegrāt: ſicut patet de tibijs
⁊ brachijs fractis in quibꝫ poſtea aliqua ruga apparet
vel cicatrix. Alie v̄o nunq̄ꝫ reintegrant: ſicut patet de
vaſis lapideis ⁊ luteis. Sic inter fractionem pacis: in-
ter bonorum: mediocrum ⁊ maloꝝ: ſimilis triplex in-
uenit diuerſitas q̄ ſi bonoꝝ pax ꝑ aliquā melācolicā i
terrūpit: cito reintegrat ad modū ignis: q̄ ira illoꝝ eſt
ſicͭ ignis ī ſtupa q̄ cito extinguit ⁊ ad modū radioꝝ ſo
lariū ⁊ ad modū fluminis ī q̄ nullū diuiſiōis remanet
veſtigiū q̄lē ꝓpħa oībꝫ optat dicēs. Vtinā attenderes
mādatꝭ meis fctā fuiſſet q̄ſi flumē pax tua Eſa.xlviij.
Mediocrū v̄o pax ſi rūpat ad modū maiorꝭ ignis in
domo accēſi ⁊ ad modū oſſiū fractoꝝ cū maiori labore

et niſi reparat̃: quã reparata adhuc aliqua cicatrix in
cordib⁊ illoꝝ remanet: qꝛ nõ ita ſincere vt pri⁹ diligũt:
quã rugã verbis ⁊ ſignis qñq; oſtẽdunt: qñ de alio fit
mẽtio: de quib⁊ Iere. vj. Curabãt ↄtritionẽ filie popu
li mei cum ignominia dicẽtes. Pax pax: ⁊ non eſt pax.
¶ Supborum vo ⁊ valde maloꝝ ſi pax ſemel frangat̃
offenſio illa ⁊ fractura in illis eſt: quaſi caſus diaboli
irrecupabilis: de quib⁊ Geñ. penulti. Maledict⁹ furoꝛ
eoꝝ: qꝛ ptinax ⁊ indignatio: qꝛ dura. Sunt eñ carna-
les ⁊ groſſi ⁊ ponderoſi ad bonũ ad modũ lapidis: q̃
non reintegrant̃: ⁊ nõ ſimplices: ſubtiles: ⁊ celeſtes. j.
Coꝛ. iij. Cũ ſint inter vos zelus ⁊ ↄtentio: nonne car-
nales eſtis. Tales non ſunt dei: qꝛ non eſt diſſenſionis
5 de⁹ ſed pacis. j. Coꝛ. xiiij. ¶ Quarto diuerſificat̃ pax
in opibus ad diuerſos fines tendẽtib⁊. Nam pax ⁊ ſo
cietas bonoꝝ eſt in licitis ⁊ honeſtis: ⁊ ad licitos fines
⁊ inordinatis operib⁊. Ideo dicit Aug⁹. xix. de ciuita-
te dei: ꝙ pax eſt hoĩm ordinata cõcordia. Pax vo ficta
ſeu mala eſt primo in mutuis maloꝝ ſupportatiõib⁊ et
illicitis. ¶ Et ſecũdo in mutuis adulatiõib⁊: qua vn⁹
alteri in malo adulat̃ ⁊ alteri nõ vult diſplicere. ¶ Ter
tio in mutuis ↄfederationib⁊ ad alioꝝ deceptionẽ: in
quib⁊ ↄfederant̃ ad modũ ſpinarum ſicut oſtẽſum eſt
F. j. 9. Quo ↄtra Heb. xij. dicit̃. Pacẽ ſeq̃mini cũ oĩb⁊
⁊ ſanctimoniã. ¶ Quarto in fraudulenta locutione ⁊
oſtẽſione: in quib⁊ illis pacẽ fictã oſtẽdũt: quos defrau
dare nitunt̃: vel a quib⁊ dona accipe ſperãt: ſicut quo-
tidiano ptz experimẽto. Uſus nanq; frequens oſtẽdit
ꝙ fraudulent⁹ deceptoꝛ q̃diu põt aliq̃d ab inſipiente
vicino lucrari: vel ipm̃ in aliquo decipe: eũ ſalutãdo ⁊
ad potiones inuitãdo: dicit. Pax pax: multa ei ꝓmittẽ
do. Sed cũ fraudulenter lucrat⁹ fuerit: quicq̃d alius
amittere poterit: nõ ex pax: nec ſolita ſalutatio vel inui
tatio. ¶ Iterũ ali⁹ habebit facere in aliq̃ curia: iſte q̃z-
diu habet bonã burſam ⁊ ſcit donatũ ſuuz large dan-
do curialib⁊ ⁊ cupidis miniſtris: dicũt. Pax pax: noli
timere: bene fiet: q̃ntũcunq; cãm ↄ deũ habeat ⁊ rõem
beatũ nãq; dixerũt ppl'm cui hec ſunt: in pſ. ciij. Sz cũ
exhauſta fuerint marſupia: nõ eſt pax: nec ſolitũ cãtãt
celeuma: nec ꝓmiſſa tenẽt: ſed illos quib⁊ multa ꝓmi-
ſerũt turpiter decipiũt vt oſtẽdant ſe eſſe illos. Eſa. iij.
Qui beatũ te dicũt ipi te decipiũt. Iſti nõ habẽt pacẽ
de q̃ dicit̃ in pſ. lxxxiiij. Iuſticia ⁊ pax oſculate ſunt: qꝛ
ſub pace quã ſimulãt: iniuſticiã cõmittũt: ſicut ille qui
6 burſam ſcindit. A. xx. 6. ¶ Quinto diuerſificat̃ pax pe
nes obiecta triplicit̃: qꝛ eſt pax hoĩs ad deũ: ad ſeipm̃:
⁊ ad ꝓximũ. ¶ De prima dicit Apl's Ro. v. Iuſtifica
ti p fidẽ pacẽ habeam⁹ ad deũ: q̃ q̃liter acq̃rit̃: patet p
Ber. ſup Cãtica. Si inq̃t iniq̃tates nr̃as dimiſerim⁹
inter nos ⁊ deũ nr̃m tollat̃ qd̃ intereſt ⁊ pax erit: h̃ aũt
meli⁹ tolli nõ põt alit̃ q̃z p ↄfeſſionẽ: ⁊ ꝓ tãto dicit de⁹
Eſa. lvij. Creaui fructũ labioꝝ pacẽ. ¶ Pax ſecunda q̃
eſt hoĩs ad ſeipm̃ q̃ eſt quies aĩe in ↄſcientia pura ⁊ io
cũda: de q̃ dicit Aug⁹. de ciuitate dei: ꝙ pax aĩe rõna-
lis: eſt cogitatõis actioniſq; ordinata ↄſenſio. Ad hãc
pacẽ habendã maxime niti debem⁹ ꝓpt̃ iocũdã dei in-
habitationẽ: qꝛ in pace fact⁹ eſt loc⁹ ei⁹: in pſ. lxxv. i. in
aĩa pacifica. Hãc g̃ ſi habuerim⁹ deũ habem⁹: ꝓpt̃ qd̃
Apl's nos hortat̃ iſtã hĩe dicens. Pacẽ habete: ⁊ deus
pac̃ ⁊ dilectionis erit vobiſcũ. ij. Coꝛ. xiij. Pax tertia
eſt ad omẽs ꝓpter op⁹ illoꝝ pacem habete cum eis. j.
Theſſal'. v.
Ar. ij. ¶ Iſta vo ſit pac̃ excellẽtia q̃ ſinceriter erga tria p̃di-
7 cta obiecta obſeruat̃: oſtẽdit pmo chriſti donũ. Cũ eñ
in fine maxime ſuos diligeret: quã q̃dẽ dilectionẽ do-
no pacis oſtẽdere docuit ⁊ voluit. Ex q̃ argui põt: ꝙ
poſt ſeipm̃ pax ſit maximũ qd̃ dare põt: p argumentũ
ſumptũ. E. vj. 22. qꝛ certũ eſt ꝙ maxime dilectis ma-
ximũ donũ daret: ſz ſuos maxĩe dilexit: g̃ eis maximũ
donũ dedit: in craſtino ab eis receſſur⁹: dicẽs. Pacẽ re
linq̊ vob. Ioã. xiiij. ¶ Secũdo oſtẽdit auctoritas Au-
gu. de ciui. dei. li. xix. c. xij. Tãtũ inq̃t eſt pac̃ bonũ ꝙ
i reb⁊ creat̃ nihil meli⁹ ſolet audiri: nil delectabili⁹ ↄcu
piſci: nihil vtili⁹ poſſideri. Spũs eñ hũan⁹ nunq̃z vi
uificat mẽbra: niſi fuerint naturali vinculo vnita. Sic
nec ſpũſſanct⁹ eccl'ie viuificat mẽbra niſi fuerint vin-
culo pacis vnita. Cũ g̃ vinculuz pacis ſit ſpũaliter qd̃
vinculũ nature eſt naturalit̃: rõ apta eſt: q̃re pax eſt op
tima: qꝛ ſicut nihil corpalit̃ eſt cari⁹ vl' deſiderabili⁹ vi
ta corpali q̃ in caloꝛe ⁊ vinculo ↄſiſtit nature. Ita nihil
eſt ſpũalit̃ cari⁹ vita ſpũali: q̃ in pacis ↄſiſtit vinculo.
Sitis g̃ ſolliciti ſeruare vnitatẽ ſpũs in vinculo pacis.
Eph. iiij. ¶ Hac de cauſa Ber. ſup Cãtica: deũ alloq̃
tur: dicẽs. Dñe pacem volo: pacẽ deſidero: ⁊ nihil am
plius. ¶ Sed qualiter deus dedit diſcipulis ſuis hanc 8
pacẽ excellentiſſimã quos in multis dereliquit pturba
tionib⁊. Reſpondet̃: ꝙ hic duplicẽ eis dereliq̃t pacem
⁊ duplex cõmiſit bellũ: quib⁊ in celo oĩs erit pacis trã-
quillitas. Dereliq̃t eñ eis interiorẽ ⁊ exteriorem. Inte
riorẽ quo ad deũ ⁊ ↄſcientiã ꝓpriã: exteriorẽ quo ad ꝓ-
ximũ bonũ: ꝙ illũ non turbarẽt: ſed pacẽ cũ illo habe-
rent. ¶ Bellũ vo vnũ eis inferri pmiſit a pſecutorib⁊:
qd̃ ipi experiebant̃ ſuſtinẽdo. Aliud vo eis cõmiſit in
peccatoꝝ expugnatiõe: ipos turbãdo ⁊ aggrediẽdo: ſi
cut patet. A. xiij. arti. j. Et Math. x. vbi ait Non veni
pacẽ mittere: ſed gladiũ. In fine vo oĩa talia bella ceſ-
ſabũt. Et ideo ſm̃ Ber. in quodã ſermone: ſignanter
dicit̃ i pſ. cxlvij. Poſuit fines tuos pacẽ. Et hoc eſt qd̃
ꝓmittit Eſa. liiij. Multitudinẽ pac̃ filijs tuis. Et pa-
cis eius non erit finis. Eſa. ix.
¶ Hanc aũt tunc in gl'ia mala non habebunt pacem: Ar. iij.
quia primã nunc in gratia nõ habent: hoc eñ rationa- 9
bile videtur: ꝙ qui primam non habẽt nec habere vo
lunt: ſine qua ad ſecũdam non attingit̃ ꝙ nec habeant
ſecundã. Sed ꝙ primã non habẽt nec habere poſſunt
dum mali eſſe volũt: patet primo per exemplũ de dño
cui ſeruiunt: diabolo nanq; ſeruiunt qui non vult pa
cem ſed guerram: quomõ eñ pacem habere poſſet dia
bolus: qui ſemp penarũ inferni pungitur aculeis? Si
eñ ſpina in pede non ſinit hominem in pace quieſcere
quõ illũ ſinerent tot penaruz genera in pace eſſe. Nec
vult ꝙ ſeruus ſuus ſit maioꝛ eo: qꝛ ergo ipe nũq̃z eſt in
pace: ſed ſemp circa iras: inuidias: luxurias: cupidita-
tes excitandas agitat̃: circa conſimilia etiam ſeruũ ſuũ
continue inquietat. Et ideo de ſeruis ſuis: non eſt pax
vniuerſe carni. Iere. xij. ¶ Secundo idem patet p ex- 10
emplum de familia que eis ſeruit. Uidem⁹ eñ ꝙ vbi
eſt in aliqua domo inuida: ⁊ cupida: ⁊ mala familia:
non erit diu pax bona in domo illa: ſed mali quaſi pri-
uatam habent familiam ſuã: ſenſus ſuos qui ſemp ſũt
queruloſi ⁊ inſatiabiles: quia guloſoꝝ nunq̃z ſatiatur
appetitus: nec inuidoꝝ malicia: nec iracundorum ira:
nec cupidoꝝ ⁊ luxurioſorum deſideriũ: ⁊ ſic de alijs.
Et ideo neq; introeunti neq; exeũti erit pax pre tribu-
latiõe. Zach. viij. ¶ Tertio idẽ oñdit̃ p exẽplũ de dño
⁊ dña in domo aliqua: in quib⁊ videm⁹ ꝙ quãdo ipſi
nõ trahũt p vnã chordã: ſed ſp ſunt in cõtinua diſcor-
dia: nunq̃z erit vera pax in domo illa: immo etiã ami-
cos qñq; turbabũt. Sed ſic eſt in malis: qꝛ dñs. i. ratio
ſp vult caſte viuere ⁊ ire ad eccl'iaz: ⁊ ſic d̃ alijs virtuo
ſis opib⁊. Domina vo voluntas cũ ancilla ſua carne
ſemper vult contrariũ. Et dum ſic volũtas aduerſus

rōnem: ⁊ caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpm̄ non eſt pax oſſi
bus meis: in pſ̄. xxxvij. Immo etiā quādoqꝫ tales tur
bati in ſe om̄es vicinos turbant. Ignis nāqꝫ de eis exi
ens: alijs nocet: quia ſicut habet̃ Eccl'. xxviij. Homo
iracūdus incendit litem: ⁊ vir pctōr turbabit amicos.
Et in medio pacem habentiū immittit inimicitiā.
Ar. iiij. ¶ Nec mirum ꝙ mali nec in ſeipis nec in alijs pacem
11 habēt: quia oīa habēt que pacē impediunt ⁊ deſtruūt.
Qr eniꝫ pctā pacē impediūt ⁊ deſtruūt oſtēſum eſt. B.
Supbia ij. 53. ſed ipi ꝓculdubio mortalia habent pctā. ¶ Qui⸗
dam nanqꝫ illoꝝ habēt ſupbiam ⁊ hi ſupbia impedi⸗
ente verā pacem habere nō poſſunt. Nā vbi fuerit ſu⸗
pbia: ibi ⁊ ꝯtumelia. Prouer. xj. Cuiꝰ cauſa eſt: qr ſup⸗
Superbi bia ⁊ ſupbi ſe habēt ad modū olei in aqua poſiti ꝓpter
oleo com⸗ duo. ¶ Primo qr ſicut oleū nullo modo cū aqua vult
parant̃ miſceri ſed ſocietatē eiꝰ fugit: ⁊ ſuperioritatē petit. Ita
ſupbi quibꝫ dum iuſte reſiſtit̃: reſiſtentes iurgijs: iniu
rijs ⁊ ꝯtumelijs afficiūt: ⁊ pacem turbāt: ⁊ ſic vbi fue⸗
rit ſupbia ibi ⁊ ꝯtumelia. ¶ Secundo oleo aſſimilant̃
qr ſicut oleū finaliter comburit̃: aqua integra ⁊ ſalua
manente. Ita in ꝓpoſito: qū portabit iudiciū ꝗ vos cō
turbat. Gal'. v. qr non querit pacē populi ſed malum.
Iere. xxxviij. ¶ Et qr ira eius eſt ꝗſi ira diaboli. Pau⸗
peres nanqꝫ offenſi ⁊ ſimplices faciliter: ⁊ ꝓ paruo pa
cificant̃: ſed ſupbus cogitās parentelā ⁊ diuitias: poti
us eligit cū diabolo in eternū affligi: ꝗꝫ pacificari. Iu
ſtū ergo eſt ꝙ habeat qđ elegit: ⁊ ꝙ eius habeat ſocieta
tem cuiꝰ auctoritate datū eſt ei vt ſumeret pacē de terra
Cupi⸗ Apoca. vj. ¶ Alij ṽo habent cupiditatē: ⁊ hi cupidita
ditas te impediente verā pacē habere nō poſſunt: ſicut patet
12 A. xxvij. 21. quia qui ſequit̃ qđ ad plenum ꝯſequi nō
pōt: quō in corde pacē habere poſſet. Ideo dicit beatꝰ
Grego. Quid quietiꝰ ꝗꝫ in mūdo hoc nihil appetere:
qd laborioſiꝰ? ꝗꝫ terrenis deſiderijs eſtuare? Hinc eſt
ꝙ iſrael ſabbatū accepit in munere: ⁊ Egyptꝰ ꝑcutitur
muſcarū multitudine. i. cupidarū cogitationū anxieta
te: ſicut oſtēſum eſt. A. xxvij. 21. Cōgrue ġ a quodā dr
philoſopho: ꝙ radix pacis eſt aliena non rape: fructus
ṽo eius requiē habere. De tali pōt dici qđ dicit̃ de Sa
lomone. iij. Regū. iiij. Habebat pacem ex om̄i parte.
Iniuſti ¶ Alij ṽo habent iniuſticiā qui ſe habēt ad ſubditos
cia ⁊ ad oēs qui cum illis habent agere: etiā quibꝫ nocere
13 timēt: vl' nocere poſſunt: ſicut malꝰ marſcallꝰ ad equū
pauperē ⁊ paupis: quē reſpiciēs ⁊ inueniēs vnum cla
uum deficere: ⁊ intelliges qđ nihil ꝓ ope ſuo habebit:
niſi ſtrictū ſalariū: ⁊ ꝙ dn̄s equi nō pōt ei nocere ſi pa⸗
rum recalcitrauerit eū ꝓſternit: vel ſup ligna ⁊ inter li⸗
gna ad hoc facta eleuat: ⁊ chamo os ligat ei feritatē im
ponēdo. Dextrariū ṽo diuitis ei adductū omnibꝫ fer
ramētis amiſſis ⁊ in oībus pedibꝫ nudato: intelligēs
ꝙ dn̄s eiꝰ ei robas vel caligas dabit vel dedit: vel ꝙ ei
malū facere poſſet ſi vellet: ſi equū ſuū male tractaue⸗
rit: illū leniter palpat ⁊ blande alloquit̃: dicēs: benedi⸗
ctus morellꝰ đ hiſpania. Ita nōnulli dn̄i terreni ⁊ etiā
p̄lati ⁊ eoꝝ miniſtri ſe habēt tā in religione ꝗꝫ extra: qr
paup qui non dat ⁊ qui nocere non pōt ꝓ paruo deli⸗
cto dure tractat̃. Sicut patet ꝑ exemplū đ curia leonis
C. xvj. 36. Magni ṽo qui munera vel feſta dant: vel
nocere ⁊ agere ad illos poſſunt: abſolutionē vel depo⸗
ſitionē etiam pro magnis delict' faciliter euadunt: qui
cum tali iniuſticia non plus bonā poſſunt habere pa⸗
cem ꝗꝫ ille qui inequaliter tangit chordas bonam me⸗
lodiam: de quibꝫ dictū eſt. C. iiij. 3. ⁊ 4. quia ſicut p̄di
ctus equus paup ſemel ſic male tractatꝰ: nunꝗꝫ poſtea
libēter ſe illi ſubijcit qui prius eum male tractauit: ſed
quātū pōt recalcitrat ⁊ a poteſtate eius ſe retrahit. Ita

male tractati ṽbo: corde: ⁊ ore: talibꝫ ꝯtradicunt ⁊ con
tra eos cogitant: ⁊ faciunt quādo tp̄s viderint oportu
num: illiſqꝫ ore detrahunt ⁊ in corde cum illis pacē nū
ꝗꝫ habēt. Ideo ſignanter dixit ꝓpheta. Iuſticia ⁊ pax
oſculate ſunt: quaſi diceret: vbi eſt iuſticia ibi pax: qr te
ſte Eſaia. Et erit opus iuſticie pax. Eſa. xxxij. Vbi ṽo
iniuſticia a ꝯtrario ſenſu: ibi nulla erit pax. Et ſic veri⸗
ficat̃ in eis illud Eſa. lix. Qui calcat in eis. i. ſubditos
ignorat pacē. Alij ṽo habent peccata luxurie pac' im⸗ Luxuria
pedimēta. Qr eniꝫ illa pacē impediant elegāter ſignifi⸗ 14
catum eſt. iiij. Regū. ix. vbi Iorā regi querēti. Nun⸗
quid pax eſt Iehu? Reſpondit Iehu. Quid tibi ⁊ pa
ci: adhuc vigēt fornicatiōes matris tue: quaſi diceret:
dum ille ſunt in vſu: quomō poſſunt pax eſſe in terra.
Ita modo dum tot ſunt fornicatiōes: adulteria: ⁊ alia
hmōi peccata immūda: quomō poſſet diu pax eſſe in⸗
ter nos? qui tot modis bellamꝰ contra deū: qui eſt pax
noſtra. Eph. ij. In alijs ṽo p̄teritarū iniuriarū memo Iniuria
ria pacē impedit. Et tales lupo aſſimilant̃. De quo in 15
fabulis fert̃: ꝙ in domo cuiuſdā nutritus tādē filium Exm̄ de
eius in cunabulis occidit. Cui paterfamilias de cāpo Lupo
rediēs occurrit ⁊ lupo ab ictu ſecur' diuertēte: grandē
in lapide fecit impreſſionē. Cui poſt paterfamilias ob
uians eū allocutꝰ fuit de ꝯcordia faciēda: ⁊ de die amo
ris tenēda. Cui ille: diē amoris bene tenere poterimꝰ:
ſed tamē quotiēs tu de filio tuo cogitas occiſo: ⁊ ego de
ictu ſecuris in lapide: nunꝗꝫ boni erimꝰ amici. ¶ Aſſi
milant̃ etiam illi infideli. A. xvj. 6. Ad hāc ṽo memo⸗
riam habendam ⁊ diſcordiam ꝯtinuandā qnqꝫ ꝓpria
malicia: qnqꝫ ṽo diaboli excitant̃ aduocatis. i. oblocu
toribꝫ ⁊ detractoribꝫ: qui quādo aliquis cū aliquo pa⸗
cem facere deberet: ipm̄ de iniurijs factis cōmemorant:
⁊ ṽbis quibꝫ poſſunt hoīes ad iracundiā ⁊ diſcordiā
ꝓuocant ⁊ pacē impediunt. Quoꝝ officiū eſt officium
diaboli: quia ſicut officiū chriſti ⁊ bonoꝝ chriſtianorū:
eſt pacem inter diſcordantes reformare ⁊ tenere: ꝓpter
hoc nanqꝫ chriſtꝰ in terram venit. In cuius ſignū in
eius natiuitate angeli cantabāt. In terra pax homini⸗
bus bone volūtatis. Lu. ij. Ita officiū diaboli ⁊ malo
rum hoīm eſt diſcordias ſeminare ⁊ pacē impedire: et
ad hoc cauſas ⁊ allegatiōes apponere: de quibꝫ Eccl'.
xxviij. Suſurro ⁊ bilinguis maledictꝰ multos enim
turbauit pacem habentes. ¶ Qr ṽo iſti predicti ⁊ eis 16
ſil'es diu pacem habere non poterūt: exemplo patet ſe⸗
quenti: quo oſtendit̃ ꝙ quedā vt fert̃ in vna terra fuit Exm̄
ciuitas peccatis plena: hec ergo timorē habēs cuiuſdā
magni regis qui ꝯtra eā veniebat miſit ad quendā po
tentē magna ei offerēs ſtipēdia: ⁊ rogans ꝙ ad eos de
fendēdos venire dignaret̃: ad quē legati veniētes: vt
eum ad aſſenſum p̄bendū animarēt: ei ciuitatis expo⸗
ſuerunt fortitudinē: in muris foſſatis: turribꝫ ⁊ hmōi
munimētis a quibꝫ ipe reſpondēs queſiuit dicēs. Eſt
ne coopertura ſupius ne ira dei ſup illā deſcēdere poſſit?
Hoc inquit: ꝓpter hoc dico: quia ſi haberet murū qui
poſſet vos defendere a vindicta dei: ad vos venirem ⁊
nō alit̃: qr dū eſt tā plena peccat' ꝗntūcūqꝫ ſit bene fir⸗
mata lapidibꝫ ⁊ militibꝫ: impoſſibile eſt eā pacifice ⁊ ꝓ
ſpere gubernare: qr niſi dn̄s cuſtodierit ciuitatem: fru
ſtra vigilat qui cuſtodit eā: in pſ̄. cxxvj. Et ſi dn̄s illam
cuſtodierit totus mundꝰ illā deſtruere nō poſſet: qr te⸗
ſte Paulo. Ro. viij. Si dn̄s nobiſcū: quis ꝯtra nos?
quis pugnabit aduerſus electos dei? Deus ṽo quam
cunqꝫ cuſtodit ciuitatem terram ⁊ ꝑſonam que eiꝰ cu⸗
ſtodit mandata: meliꝰ ꝗꝫ oēs muri ⁊ milites mūdi. Et
nō ambulantē in via dei nō cuſtodit: ſicut patet Ba⸗
ruch. iij. vbi talibꝫ improperādo loquit̃ deꝰ ꝑ ꝓphetā:

dicẽs. Quid eſt iſrl' ꝙ in terra inimicoꝝ: ſupple capti⸗
uus es? Sequit̃. Si in via dei ambulaſſes habitaſſes
in pace ſup terrã. Ecce nõ dicit iſrl' trãſlatũ in terrã ini
micoꝝ: ꝓpter defectũ muroꝝ ⁊ armoꝝ vel equoꝝ: vel
militũ fortiũ: ſ; q: in via dei nõ ambulauit: ſine q̃ ĩpoſ⸗
ſibile eſt reb⁊ pacẽ dari. ij. Machab. iiij. Vide plura d
iſtis impedimẽtis pacis: ſermone. lxxxiij. F.
Ar.v. ¶ Inter multa g̊ q̃ ad hoc reqrunt̃: ꝙ hoĩes int̃ ſe pa⸗
17 cẽ habeãt: p̾mũ ⁊ maximũ eſt: ꝙ pax fiat int̃ nos ⁊ deũ
⁊ interiꝰ inter nos ⁊ ꝯſcientiã. Sic em̃ citiꝰ illã obtine⸗
bimꝰ q̃ q̇buſcũq; ꝓceſſiõib⁊ vel oꝛoib⁊: vel miſſarũ ce
lebꝛatiõib⁊: q: ſi oĩa iſta fiãt ⁊ aliud omittat̃: nihil ĩpe⸗
trat̃: q: ſic d: Job. ix. Quis reſtitit ei ⁊ pacem habuit?
Cũ v̾o finis belli ſit pax: ad hoc ꝙ iſtã pacẽ cũ dõ ⁊ cõ
ſciẽtia habeamꝰ: opoꝛtet ꝙ p̾us bellũ cũ vicijs habea⸗
mus ⁊ vicioſis: ⁊ tũc habebimꝰ tp̃s belli: ⁊ tp̃s pacis.
Eccẽs. iij. ⁊ alit̃ nõ. Qd pulchꝛe ſignificatũ eſt. Nũeri
xxxiij. Si inq̇t nolueritꝭ interficere habitatoꝛes terre q̇
remãſerũt: erũt vobis q̃ſi claui in ocul'. i. ſi nolueritꝭ in
teriꝰ deſtruere pctã: ⁊ exteriꝰ coꝛrigẽ pctõꝛes: erũt vob
tã afflictui interioꝛes ⁊ exterioꝛes inimici: deo hoc oꝛdi
nãte: ꝙ pacẽ nõ habebitꝭ: nec ĩteriꝰ nec exteriꝰ. ¶ Nec
mirũ: q: q̃ntũcunq; roget oꝛe q̃ ad pacẽ ſunt: quõ pacẽ
hr̃e poſſet: q̇ ope deũ expugnat: ⁊ bellũ cum deo habet
quõ poſſet talis: vel cũ vicinis: vel cũ ꝯſciẽtia ſua pacẽ
hr̃e: cũ deꝰ in hoc caſu faciat ſicut facit q̇ bellãtib⁊ reſi⸗
ſtere vel eis nocere vult. Talis nãq; aliq̇s ꝓcurat q̇ ex
alia p̱te ꝯ̃ eos ſurgãt: ſic deꝰ ꝯ̃ eos oẽs ad inſurgẽdũ in
uitat: dicẽs. Quis cõſurget mihi aduerſus malignan⸗
tes? aut q̇s ſtabit mecũ aduerſus op̱antes iniq̇tatẽ: in
pſ. xciij. Sp̃aliter tñ int̃ oẽs ꝯſciẽtia ſurgit cũ deo: ⁊ q̃ſi
lancearũ aculeis pctõꝛẽ pungũt: q̃ punctura peſſimũ
eſt belloꝝ genꝰ: ſicut pꝫ. C. vij. arti. v. Aliq̇tiẽs etiam
exterioꝛes ꝯ̃ pctõꝛes excitat inimicos: de q̇b⁊ ſi vis pacẽ
hr̃e: fac p̾mo qd deꝰ p̃cipit. Prouer. iij. Mãdata mea
cuſtodi: longitudinẽ dierũ ⁊ pacẽ apponẽt tibi. Et ite⸗
rũ Prouer. xvj. Cũ placuerint dño vie hoĩs: inimicos
q̊q; eiꝰ ꝯuertet ad pacẽ. Ex q̇b⁊ pꝫ illud Eccl'. j. Initiũ
ſapiẽtie timoꝛ dñi: replens pacẽ ⁊ faciẽs ſalutẽ. ¶ Sed
heu aliq̇ nõ pacẽ: ſed treugã cũ dõ faciunt: q̇ vſq; poſt
paſcha a tp̱e ꝯfeſſionis vel vſq; poſt infirmitatẽ dei cu
ſtodiũt mãdata: ⁊ a pctĩs ceſſant: ſ; iſta non ſufficit: q:
ſemp̱ pacẽ hr̃e debemꝰ in terrꝭ: ad h̃ ꝙ ſp̱ pacẽ habea⸗
mus in celis: de q̃. ij. Theſſal'. iij. Deꝰ aũt pacꝭ det vo⸗
18 bis pacem ſempiternã. ¶ Secundũ aũt ſil'e eſt huic ꝙ
vic; pacẽ habeãt cũ dei ſeruis ⁊ miniſtris: q̃ nãq; fron
te vel audacia poſſet q̇s ab aliq̊ rege pacẽ petere: ⁊ ſer⸗
uos ſuos ꝯtinue expugnare: ⁊ ſi peteret fruſtra peteret
cũ illis Jaco. iiij. Petitis ⁊ nõ accipitis: eo ꝙ male pe⸗
tatis. Sic in ꝓpoſito: de illis q̇ tp̱a a deo petunt pacifi⸗
ca: g̊ ꝙ a nullo inq̇etent̃: dicẽtes. Da pacẽ dñe in dieb⁊
nr̃is: ⁊ paup̱es crudeliter affligũt ⁊ incarcerãt: ⁊ odio
habent iniuſte p̱ſequẽtes. Sic em̃ agentes ⁊ ſi pacẽ pe
tunt: pacẽ non obtinebunt: ſed dicet̃ eis: petitis ⁊ non
accipietis ⁊c̃. ip̃o ꝯtra eos bellante: qui ait: ꝓpter miſe⸗
riã inopũ ⁊ gemitũ pauperũ nunc exurgã dicit dñs: in
pſ. xj. Cui nõ poterũt reſiſtere: q: dñs quaſi vir pugna
toꝛ: oĩpotens nomẽ eiꝰ: currꝰ Pharaonis ⁊ exercitum
eiꝰ: ſc; qui ſeruos eiꝰ p̱ſequebant̃: ꝓiecit in mare. Exo.
xv. ¶ Nõ ſolũ p̱ſequentiũ p̱dẽdo p̱ſonas: ſed oĩa etiã
ꝯ̃ illos exercendo q̃ ip̃i ſeruis ſuis facere cõſueuerunt.
Ip̃i nanq; tyꝛanni pauperũ diripiunt poſſeſſiones: ⁊
domos illoꝝ occupant: ⁊ p̱ſonas q̃nq; occidunt. Sic
deus illis miniſtrat ad modũ regis: q̇ hec tria facit re⸗
bellantib⁊: iuxta illud pſ. xx. Dñs in ira ſua ꝯturbabit
eos: poſſeſſiões ſuas ⁊ bona exterioꝛa auferendo p̱ in⸗

foꝛtunia. Et deuoꝛabit eos ignis: ſc; ĩferni: ſc; domũ
aĩe. i. coꝛpꝰ ⁊ ꝯtentã aĩam in gehennã mittẽdo ⁊ incar⸗
cerando. ¶ Si g̊ hoĩes cũ illis q̇s offenderunt pacẽ fa⸗
ciunt: timoꝛe aliquoꝝ iudicũ terrenoꝝ q̇ veniũt vt de
talib⁊ inquirãt malefactoꝛib⁊. A foꝛtioꝛi rõne: q̇ aliq̇b⁊
nocuerunt: cũ eis pacẽ facere deberẽt timoꝛe iſtiꝰ iudi⸗
cis qui habet p̃tãtem mittere in gehennã. Ita dico vo
bis: hunc timete. Luce. xij. Et. j. Pe. ij. Et agatis ſicut
agit q̇ cũ aliquib⁊ bꝛigã habet vel guerrã: qñ videt ꝙ
rex cui reſiſtere non valet: partẽ illoꝝ ex coꝛde iuuat: ta
lis em̃ in hoc caſu ſi ſapiens ſit cũ illis ꝯcoꝛdat̃. Et ad
hoc ꝙ ꝯcoꝛdiã illã cũ rege obtineat: opoꝛtet ꝙ ſicut rã⸗
coꝛẽ de coꝛde: ita etiã incarceratos de hoĩb⁊ regis illiꝰ
de carcere ſuo dimittat: ⁊ ablata reſtituat: ⁊ tunc ſecu⸗
rius pacẽ petat. Sic in ꝓpoſito: remittat vnuſq̇ſq; fra⸗
tri ſuo de coꝛde ſuo: ⁊ ceſſate eis nocere: ⁊ ablata reſti⸗
tuite: ⁊ tunc ſecure rogate q̃ ad pacem ſunt: in pſ. cxxj.
¶ Tertiũ qd reqrit̃ ad pacẽ obtinendã eſt mandatoꝝ 19
dei obſeruãtia. Leuiti. xxvj. Si in p̃ceptis meis ambu
laueritis ⁊ mandata mea cuſtodieritis ⁊ feceritꝭ ea: da
bo vob̃ pluuiã ⁊ terra gignet germen ſuũ: ⁊ pomis ar
boꝛes replebunt̃: quo ad abundatiã tp̱aliũ. Dabo pa⸗
cem in finib⁊ vr̃is: doꝛmietis ⁊ nõ erit qui exterreat: q̊
ad pacẽ tẽpoꝝ: p̱ſequimini inimicos vr̃os ⁊ coꝛruẽt co
rã vobis. ¶ Quartũ qd requirit̃ eſt: ꝙ in ꝯcoꝛdia faci⸗ 20
enda ⁊ pacẽ inter diſcoꝛdantes refoꝛmãda: non nimis
graues petant̃ emende: non tm̃ ꝓpter cãm p̃tractã. D.
x. 14. verũ etiã ne illoꝝ intentio ⁊ niſus potius videat̃
eſſe circa cupiditatẽ q̃; pacem. Et pax qui tali fit pacto
nunq̃ erit durabilis: ſicut oſtẽſum eſt. B. ij. 55. q: ſi
ſic ꝯcoꝛdatus auderet coꝛ oſtendere: non diceret ſe pa⸗
cificatũ ſed ꝓuocatũ: quia nimis care pacem emit: vel
nimis de iure ſuo parti timoꝛe dimiſit. Et ideo tp̱e vi⸗
ſo opoꝛtuno oſtendet ꝙ nunq̃; in medio tp̱e vera pax
fuerat. ¶ Qui ergo verã deſiderat pacem tria potiꝰ fa⸗
cere deberet q̃; illa fraudaret̃. ¶ Primo nanq; deberet
ſe potius hũiliare aduerſario ſuo. Exemplo infoꝛma⸗ Exm̃ d e
tus bꝛutoꝝ: de quib⁊ dicit Piniꝰ. li. viij. ꝙ in quibuſ⸗ duabu[s]
dam aĩalibus hec rep̱ta eſt ſolertia: vt due oues ſibi oc ouibu[s]
currentes ſup̱ pontem artũ: cum non poſſet vna iuxta
aliã tranſire: ⁊ aqua eſſet ꝓfunda: nec liceret retrocede
re: vna alteri ſe ſubſtrauit ⁊ alteri ſupꝛa ſe viam fecit.
Sic hoĩes deberent ſibi cedere: ⁊ vnus alteri ſe hũilia⸗
re ꝓpter bonũ pacis: ne in ꝓfundum cadãt inferni: co⸗
gitantes ꝙ arta eſt via que ducit ad vita;. Ergo ne ab
illa deuies ⁊ in ꝓfundum cadas: eſto ꝯſentiens aduer
ſario tuo. Math. v. Non vos defendẽtes chariſſimi.
Ro. xij. Secũdo deberet potiꝰ de ſuo dare: ſicut pꝫ p̱
exemplũ ⁊ auctoꝛitatẽ. D. ix. 11. ¶ Tertio deberet aliq̃
iuri ſuo credere: ⁊ iniuriã vel etiam grauia pati. Exem
plo Conſtãtini qui potius elegit grauiter eſſe infirmꝰ
q̃; pueroꝛum moꝛte multoꝝ pacem p̱turbare. Sic ergo
inquire pacem ⁊ p̱ſequere eam: in pſal. xxiij. Quã au⸗
ctoꝛitatẽ Criſoſtomꝰ allegãs ſup̱ Math. Homel'. ix.
dicit. Non inquit dixit pſ. Ite pax ſequet̃: ſuſcipe eam 21
ſed ſi a te fugerit ſequere eã: vtputa ſi quod hũanũ eſt
cum alio feceris litem: ſiquidẽ te pꝛius inuitat ad pa⸗
cem pax te ſequit̃ cũ gaudio ſuſcipe eam: ꝙ ſi ille qua⸗
ſi malus p̱manet in malo: pax abſcondit̃ ab oculis tu
is: tu quaſi filius pacis pulſa ianuã pacis. Et hoc eſt:
inquire pacem. Non dicas. Ille mihi pꝛioꝛ iniuriam
fec: ⁊ priꝰ me debet rogare: glioſioꝛ es tu ſi innocẽs pa
cẽ petierꝭ q̃ ſi nocẽs. Querite igit̃ pacẽ vt p̃miũ pacꝭ ĩ
uenietꝭ: cũ ill'. Math. v. Beati pacifici: q̃m filij dei vo
cabunt̃. Exẽplo chr̃i q̇ venit Hierl'm q̃ viſio pacis d:
ad querẽdum pacem vt dirigeret pedes nr̃os in viam

pacis. Luce.j. Et exemplo aliarũ opationũ: que dili-
gẽter in alijs fiũt negocijs minoris vtilitat. Si em̃ le
gatũ hoĩs cũ magna nõ dico expectat: ꝫ q̃rit diligẽtia
ğ a fortiori rõne legatũ dei: de q̃ Eccl'.xlv. Statuit ei te
stamentũ pacis. ¶ Quõ vo illud dei testamẽti legatũ
amittit: vide. D.viij.6. Alij etiã illud pdũt: q2 illud q̃-
rere nolũt. Utrũcũqꝫ em̃ aliq̃d tibi legatũ fuerit: nisi il
lud q̃rere velis. Quis illud tibi portabit? Sic nec illis
vera portat pax: q̃ dicũt: bene velle pacẽ: ꝫ se pri⁹ no-
lunt hũiliare nec circa illã habẽdã laborare: q2 sicut dr
Esa. lix. Viã pacis nescierũt. Nota ꝙ signanter dicit
viã: q2 vie terminũ vellẽt: sed viã q̃ ad illũ puenit ter-
minũ scire nolunt: de q̃b9 Aug⁹. sup illud: ps.lxxxiiij.
Justicia ⁊ pax osculate sunt. Due inq̃t sũt amice iusti-
cia ⁊ pax: tu forte vnã vis: ⁊ alterã nõ fac. Nemo em̃
est qui nõ vult pacẽ: sed nõ om̃es opari volũt iusticiã.
Interroga oẽs hoĩes: vis pacẽ: vno ore rñdebit gen⁹
hũanũ: opto: cupio: amo: volo: ama ğ iusticiã: q2 due
amice sunt. Et si amicã nõ amaueris: nõ amabit te: nec
veniet ad te. Hec ille.

Ar.vj. ¶ Si vo illã pdictã amicaꝫ dilexeris: ista ad te veniet
21 cũ triplici vtilitate: cũ vna ante morte: cũ alia in morte:
cũ tertia post mortẽ. Ante mortẽ nanqꝫ pacis vtilitas
est honoꝝ: tã spũaliũ q̃ꝫ tpaliũ multiplicatio ⁊ augmẽ
tatio. Sicut ecõuerso contingit ꝙ guerre ⁊ dissensiões
sunt causa depaupatiõis: ita pax ditationis: ꝑꝫ qd dr
Job.xxij. Acqesce ei ⁊ habeto pacẽ ⁊ p hãc habebis fru
ct⁹ optimos: ⁊ in ps.cxxj. Fiat pax in virtute tua ⁊ abũ
dãtia in turrib9 tuis. ¶ Alia est ei⁹ vtilitas ante mortẽ
ꝙ filios dei p grãm facit: ipe em̃ christ⁹ est rex pacific⁹
⁊ significat p Salomonẽ q̃ vocat pacificus.j.Paral'.
xxij.⁊.ij.Coꝝ.vlti. De⁹ aũt pacis ⁊c. ¶ Tertio in no-
bis dei facit habitaculũ: de⁹ em̃ est sapiens q̃ locũ dili-
git pacificũ. ps. In pace fact⁹ est ⁊c. ¶ Quarto oculum
cordis ad dei disponit visionẽ: sicut pax aque ad vidẽ-
dũ imaginẽ i ea. Heb.xij. Pacẽ sequimini cũ oĩb9 ⁊ san-
ctimoniã: sine q̃ nemo deum videbit. ¶ In mortis vo
transitu seu portu ad pacẽ seu q̃etẽ ducit etnã. Sic nã
qꝫ nauigãtes in portu gaudẽt q̃eto: ibiqꝫ dormiũt ⁊ re
qescũt post labores. Ita pacific⁹ in morte dicẽs. In pa
ce in idipm dormiã ⁊ reqescã: in ps.iiij. Esa.lvij. Ve-
niat pax ⁊ reqescat. In pace morieris. Jere.xxxiiij. Et
deducet in pace itinera tua. Prouerr.iiij. ¶ Post mortẽ
etiã pacifici tanq̃ filij dei cũ pr̃e suo pacifico cõregna-
bunt: ⁊ tunc veniet sicut dicit apl's Ro.xiiij. ꝙ regnũ
dei non esca: nec potus sed pax ⁊c.

Ar.vij. ¶ Et sicut ex iã dictis ptꝫ: ꝙ multa ex vera pace sequũ-
23 tur bona. Ita ex vere pac. defectu multa sequunt ma-
la. Vere aũt pacis defect⁹ dupliciter ꝯtingere põt: vel
p fictã ⁊ falsam pacẽ: vel p aptã discordiã ⁊ ex vtraqꝫ
multa mala ꝯtingũt. ¶ Qꝫ em̃ ex pma: multa mala cõ
tingũt hũano generi dãna ostẽdit: tã primoꝝ parentũ
casus ⁊ infortuniũ: q̃ꝫ etiã quotidianũ experimẽtum.
¶ Primoꝝ nanqꝫ parentũ peccatũ ⁊ toti⁹ generis hu-
mani pditio ex h̃ ꝯm doctores accidit: ꝙ Adã cũ vxo-
re sua in malis cõcordabat: potiusqꝫ elegit cũ peccatri-
ce pacẽ malã habere: eiqꝫ in malis placere: q̃ ei de esu
pomi sibi oblato ab vxore ꝯtradicẽdo displicere ⁊ vxo
ris pacẽ pturbare. ¶ Quotidianũ insup experimentũ
ostẽdit q̃nta ex inordinata pace sequunt dãna: tã inter
viros eccl'iasticos q̃ꝫ etiã seculares. ¶ Inter viros nan
qꝫ eccl'iasticos tã religiosos q̃ꝫ alios ex hac mala ꝯtin-
gunt. ¶ In religione nanqꝫ ex hoc ꝙ maiores potius
eligunt cũ minorib9 pacem habere: ne eoꝝ amittãt fa-
uores in locutionib9 ⁊ electionib9 ⁊ fame dilatione: vl'
ne in officijs non ponant: vel ne de officijs deponant:

si displiceant: multa dissimilant: que de iure dissimula-
re non deberẽt. ¶ Inter alios etiã viros eccl'iasticos ex
hoc ꝙ plati ⁊ alij qui in aiarũ ponunt regimine: par-
rochianos suos ⁊ alios offendere nolunt: sed volũt cũ
malis in pace viuere multa peccata incorrecta dissimu-
lant: ⁊ vtriqꝫ libere ad infernũ vadunt: q2 vtriqꝫ con-
tra conscientiã agunt: tã peccantes q̃ꝫ cũ eis pacẽ habẽ
tes: ps.lxxij. Quia zelaui sup iniquos pacẽ pctoꝝ vi-
dens: non est respect⁹ morti eoꝝ. ¶ Inter viros etiã se
culi: sicut inter duodenarios ⁊ assessores ⁊ falsos hoĩes
patrie: ⁊ hoc latrones sustẽtant ⁊ homicide: ꝙ mutuo
se iuuant: ⁊ vn⁹ ad rogatũ facit alteri⁹ cũ quo malam
habet concordiã. Et in oĩb9 istis se excusare estimant p
illos p quos rogant: sicut Adã se excusauit p vxorem
suã. Geñ.iij. tã magna mala pacem appellãtes. Sap.
xiiij. ¶ Qꝫ etiã ex manifesta discordia multa sequũtur 24
mala: certũ est: q̃t em̃ ex bona pace in pcedẽti articulo
sequũt cõmoda: tot necesse ẽ vt ex ei⁹ ꝯrio seq̃nt dãna:
tã añ mortẽ q̃ꝫ i morte q̃ꝫ etiã post mortẽ. ¶ Qꝫ em̃ añ
mortẽ ex pacis defectu multa ꝯtingãt mala: tã exterio-
ra sicut pugne: homicidia: rapine ⁊ hmõi q̃ꝫ etiã iterio
ra: sicut odium: dolor: ira: malicia: priuata discordia: ⁊
hmõi dubiũ nõ est nõ solũ inter duos: sed etiã int mul
tos sicut ostẽsum est. D.viij.9. ¶ Qꝫ etiã in morte ma-
la eos capiãt in interitu: psumẽdũ est ꝙ diabol⁹ semp
eos ante mortẽ ad hoc dispsit vt in morte eos raperet.
¶ In q̃ facto lupo assilant: q̃ ꝯm phm.li.ij. de aĩalib9
pus gregẽ dispgit ⁊ postea rapit. Sic iste lup⁹ rapit ⁊
dispgit oues. Eccl'.xlj. O mors q̃ꝫ amara est memoria
tua: hoĩ iniusto ⁊ habẽti pacẽ in sbã sua: nõ in seipo nec
in ꝯsciẽtia: nec cũ deo vel ꝓxĩo: ꝫ in sbã sua quã nimis
dilexit. ¶ Qꝫ etiã post mortẽ mala inueniẽt: ptꝫ: q2 sic
de bonis ⁊ pacificis dr post mortẽ. Illi aũt sunt i pace
Sap.iij. De⁹ nãqꝫ pacific⁹ quẽlibet talẽ nũc ad regnũ
recipit pacis: dicẽs. In pace ⁊ eq̃tate ambulauit mecũ
Malach.ij. Ita ecõtrario mõ aget cũ nõ pacific. No
D.viij.ar.vlti. Nec mirũ: q2 si pacifici sunt btĩ: opor-
tet ꝙ nõ pacifici sint maledicti: non tñ a deo ꝫ ab oĩ
creatura: q2 oĩs creatura naturalr̃ q̃etẽ optat ⁊ pacẽ:
quã ipi pturbãt: dr q̃b9 Abdie.c.vnico. Inualuert ad-
uersum te viri pacis tue.i. q̃ deberẽt esse viri pac. tue.
¶ Qꝫ q2 tñ cõmittũt delictũ sine pena trãsire nõ pñt. Ar.viij.
Hoꝝ aũt pena ⁊ piculũ dupl'r timeat: tpalir̃: ⁊ eterna 25
lit. Tpalit tã i reb9 q̃ꝫ in psonis. In reb9 ptꝫ p legẽ ci-
uilẽ in auctẽtica: ti. de pace iuramẽ. firmanda. Col'.x.
l.vnica.§.homicidiũ: in qua non tñ ipi pturbatores:
verũ etiã de eis iudiciũ non facientes: in suis facultati
bus puniunt: sub eo qui sequit tenore. Judices vo et
locoꝝ defensores vel quicunqꝫ magistrat⁹ ab impato-
re vel eius voluntate ꝯstituti seu ꝯfirmati: qui militiã
facere neglexerint: ⁊ pacem violatã etiam vindicare le
gitimo supsederint: damnũ oĩne iniurio passo resarti-
re compellant. ¶ Huic lex ꝯcordat dei. Ro.j. Digni
sunt morte: non solũ qui faciunt ea: sed qui cõsentiunt
facientib9. Sup quo dicit Ambro. ꝙ ꝯsentire est tace-
re: cuꝫ posset redarguere. ¶ Nota plures auctoritates
ad h̃. C.xvj.50. ¶ Hec est dura sentẽtia ꝯ nõ punien-
tes vt meruerunt latrones: de q̃b9 habet. J.xiij.14. cũ
sequenti. Sequit: cito post in auctentica pdicta. Rece-
ptatorib9 etiã malefactoꝝ qui pdictã pacẽ violauerũt:
⁊ pdã emẽtib9 nr̃am indignationẽ subituri ⁊ eadẽ pena
feriẽdis: ꝓterea bona ei⁹ publicent: ⁊ dom⁹ ei⁹ destruat
q̃ pacẽ iurare ⁊ tenere noluerit: ⁊ lege pac. nõ fruat: ꝫ
ibi. Glo. vo sup illo vbo: destruat: videt textũ deride
re: dicẽs. Hic nõ inspexit impator iste deformitatẽ vrbis
ꝓpter destructionẽ domoꝝ qd alias lex respicit: q̃m in

tereſt reipublice ne vrbs deformet̃ ruinis.ff.ne q̇d i lo
26 co publico.l.vlti.i.in.ff.nouo.li.v. ¶ Q̄ etiā puniēdi
ſūt in corpib⁹ ⁊ pſonis: ſatꝫ ſignificat̃ p h̃ qḋ refert ma
giſter in hiſtoria ſcholaſtica Joſue.xxiij.dicens. In ſi-
gnū federis effudit Joſue aquā ſup terrā. Mos inq̇t
erat gētib⁹ in ſignū federis initi: ſanguinē ſuillū effun
dere: q̄ſi diceret: ſic effundet̃ ſanguis ei⁹ q̇ violauerit h̃
fed⁹. Hebrei v̇o fundētes aquā atrociorē penā in vio
latorē iudicabāt. Alij eñ liq̄res nō effundunt̃ de vaſe
q̇n aliqḋ veſtigiū ſui in eo derelinquāt: ſol⁹ aque liq̄r
pſus effunditur: quod faciebāt Hebrei federe inito
cum domino: quaſi diceret. Non ſolum violator hu-
ius federis peribit: ſicut in alijs fit federibus ſed tota
pgenies ei⁹ pibit cum eo: vt nullum veſtigiū eius ap
pareat ſup terrā. Hec ibi. In q̇ pena ptꝫ ⁊ piculū vio-
lantiū fed⁹ pacis: qḋ cū deo faciūt q̄n pfitent̃: ⁊ etiā qḋ
cū pximo faciūt dei intuitu: quia nō ſolū ipi: verū etiā
ipoꝝ heredes ꝓpt̃ hmōi trāſgreſſiōes pacis federꝫ: nō
tm̄ hic ledunt̃: ſed etiā frequēter corpalit̃ occiſi ⁊ exhe-
redati vident̃: q̇b⁹ penis ſi carere voluerꝫ pacē habeat
27 tabernaculū tuū Job.v. Quā ſi nō habuerit: his hic ⁊
in futuro puniet̃ eternis: cū illo q̇ nunq̄ꝫ ſe flectere vo
luit: vt pacē hr̄et diabol⁹: de q̇ fert̃ ꝙ a q̇dā req̇ſit⁹: q̄-
Exm̄ re ſe hūiliare nollet vt miſcḋiam ⁊ pacē oeteret. Rn̄dit
affligi poſſum⁹ flecti nolum⁹. Cui⁹ pditiōis ſunt aliq̇
q̇ ad pacē reḋrēdā vl' habēdā nolūt inclinari: ⁊ iḋo iu
ſtū eſt: vt illi⁹ ſocij ſint in penis cui⁹ pditionē tenent in
culpis. Et ꝙ celeſtꝫ paſtor illos de omnū excludat ſocie
tate q̇ ſil' pacifice nō viuūt: q̇ canū ⁊ porcoꝝ q̇ p mini-
mis pugnāt ſequunt̃ pditiōes. Q̄ v̇o iſta pena ſit eis
Exm̄ debita: oſtēdit̃: tā hiſtoria q̄ꝫ etiā lege ciuili. ¶ Hiſto-
ria ad hoc fert̃ de duob⁹ vicinis int̃ ſe diſcordātib⁹: int̃
q̇s cū amici vellēt pacē reformare ⁊ nō poſſent: ipis ſic
mortuis: q̇dā ſanct⁹ poſt mortē illorū vidiſſe legit̃ du-
os nimis deformes ad inuicē crudelit̃ pugnātes. Qui
req̇ſiti: rn̄derūt: ſe eſſe illos duos vicinos: q̇ q̄r nunq̄ꝫ
potuim⁹ pacē int̃ nos hr̄e: ſꝫ mutuo nobis detraxim⁹ ⁊
nocuim⁹: ⁊ detractiōes ⁊ nocumēta libēter audiuim⁹
Jdcirco nūq̄ꝫ pacē habebim⁹ vel q̇etē: ſꝫ ſicut tūc nos
mutuo comedim⁹ ⁊ afflixim⁹ ad culpā: ita ſp faciem⁹
ad penā. Nota hiſtoriā aliā ad iſtud ꝓpoſitū. C.ix.F.
¶ In lege etiā hec ptinet̃ ſententia.ff.de inofficioſo teſta
mēto.l.papinian⁹.§.meminiſſe.i.i.ff.veteri.li.v. Hac
nāq̄ꝫ lege hr̄: ꝙ ipugnās teſtamētū: vtpote: q̄r teſtator
nō fuerat ſane mētis vel aliq̇d ſile: ⁊ poſtmodū legatū
qḋ ſibi i teſtamēto legatū eſt petēs: illo legato carebit.
Sic q̇ impugnāt teſtamētū chriſti ḋ pace habēda quā
chriſt⁹ docuit in ſua p̄dicatiōe Eph.ij. Veniēs euāge
lizauit nobis pacē: quā tenuit i ſua pūerſatiōe: pſ.cxix.
Cū his q̇ oderūt pacē: erā pacific⁹ ⁊c̄. Induxit i ſecre-
ta admonitiōe. Marci.ix. Pacē habete int̃ vos. Fecit i
ſua paſſiōe: q̄r redimet in pace aīam meā: in pſ.liiij. Et
Eph.ij. Ipe eſt pax nr̄a: qui fecit vtraq̄ꝫ vnū. Eſa.liij.
Diſciplina pacꝫ nr̄e ſup eū. Obtulit in ſua reſurrectio
ne. Joan.xix. Et Luce.xxiiij. Pax vobis: ego ſum. Le-
gauit in ſua ſepatiōe. Joan.xiiij. Pacē relinquo vob:
teſtamēto pacis ſp priuabunt̃. Nota ad hoc aliā legē.
D.viij.6.⁊.X.j.arti.iij. Et iuſte quidē ſic priuabunt̃:
q̄r non eſt iuſtū ꝙ filij ſathane illud habeāt legatū: ſed
tales teſte beato Grego.in paſtorali: filij ſunt ſathane.
Si inquit: dei vocant̃ filij qui pacem faciunt: pculdu
bio ſathane filij ſunt qui pfundunt.
Ar.ix. ¶ Circa v̇o inuētionē remedioꝝ ptra om̄ia p̄dicta ma
28 la ⁊ pericula que ex pacꝫ contingūt defectu: tria reſtāt
dicenda. Primo nanq̄ꝫ oſtēdere reſtat ꝓpoſitū in reme
dioꝝ inuentionē. Secūdo inueniēdi ⁊ habēdi neceſſi-
tatem. Tertio nō habentiū piculoſam fatuitatē. Q̄tū
ad primū cū illis remedijs que oſtēſa ſunt.ſ.eo.c.arti.
v. optimū ⁊ maximū cōtra om̄ia p̄dicta picula eſt ani
moꝝ vera pcordia: vt oēs hoīes ſint q̄ſi caſtrorū acies
ordinata: ⁊ hoc faciat in eis volūtas ⁊ ratio q̄tū ad cor
pus myſticū: qḋ facit natura in corpe naturali. Sicut
nanq̄ꝫ natura ad hoc ſemp nitit̃: vt q̄litates elemētorū
in corpe viuo ſint: in bona ꝓportiōe: ⁊ ꝙ vnū ſupra ali
ud non dn̄etur p exceſſum inordinatū ad hoc ꝙ pax in
corpe habeat̃ que ex bona euenit ſanitate: ⁊ ad hāc ha-
bendā ſudore ⁊ aliq̄n minutione expellere nitit̃ humo
res qui hanc pacē impediūt: que dū obſeruare p om̄ia
pōt: pace fruit̃ optata: ⁊ a ptrario ptrariū euenit. Sic i
ꝓpoſito: ratio chriſtianoꝝ ad hoc intēdere debet: vt ſi-
cut dr̄ Ro.xv. Vnanimes vno ore honorificetis deū:
ita ꝙ vnus ſupra aliū nō eleuet̃ p ſupbiā: nec aliū de-
primat p inuidiā: ⁊ ad iſtā vnitatꝫ pacē habendā: opor
tet ꝙ tā peccata interiora eijciat: q̄ꝫ etiā peccatores exte
rius corrigat vel eijciat orando: ⁊ coopando cū Pau-
lo dicente. Vtinā abſcindant̃ q̇ vos pturbāt tāq̄ꝫ ma-
li humores. Nā ꝙ mali hoīes ſunt ſicut mali humo-
res in corpe: ptꝫ p Decretū.de conſe.di.iiij. eſt vnitas.
Et ſicut zizania in tritico: ſicut ptꝫ p Decretū ſumptuꝫ
ex verbis Augu.in li.de baptiſmo. xxiij.q.iiij. q̄ꝫtus.
Et ad hoc faciendū cooperari debet ſupioris potentia
qui minutoris locū obtinet: que ſi nō fecerit ſpūalis ſa
nitatꝫ pace ſemp carebit. Si v̇o hoc ex corde ⁊ effectua
liter fecerit: in pace ſunt oīa q̄ poſſidet. Lu.xj. Q̄tū ad 29
ſecundū neceſſitas hoc mediū ⁊ remediū inueniēdi: p̄
mo nobis in pſuetudine oſtendit̃ diſcretoꝝ: q̄r ſicut in-
ter ſe diſcordātes vidētes tertiū cū exercitu magno cō-
tra eos venire: pacē inter ſe faciūt vt ſint fortiores con
tra tertiū. Sed diabol⁹ venit cū exercitu magno: terrā
nr̄am inuaſurus: ad hoc eñ circuit querēs quē deuo-
ret.j.Pe.v. Q̄tūcunq̄ꝫ ḡ pri⁹ fuerim⁹ int̃ nos diſcor-
des hoc intelligētes: ſim⁹ amodo pacifici ⁊ pcordes vt
ſim⁹ p̄ illū fortiores. Qḋ ſi facere noluerim⁹ minor in
nobis: q̄ꝫ in brutꝫ inuenit̃ prudētia vel ſagacitas. Nā
⁊ duo canes inter ſe pugnātes: vidētes lupū p̄ eos ve-
nientē: brigā quā inter ſe habuerāt dimittūt: ⁊ lupum
pcordit̃ inuadūt. Hac pſideratiōe ſicut refert Julius
ſext⁹ ſtrategematon.li.j.ti.x. Scorill⁹ dux Dacoꝝ i ex Exm̄
ercitu pugnā ſedauit oſtē[n]dēs eis duos canes pugnā-
tes: ante quos lupū currere fecit: quo viſo pugna inter
eos dimiſſa: lupū pcorditer ſequebant̃. Sic inq̇t facite
vos ptra romanos. Sic etiā faciant chriſtiani ptra dia
bolū ⁊ animarū inimicos tenentes doctrinā ꝓphe di-
centis. Stem⁹ ſimul Eſa.l. Et iteꝝ. Accedite ſimul: q̇
ſalui eſtis. Eſa.xlv. Et iterū. Simul ad iudiciū appro
pinquem⁹. Eſa.xlj. Et ſupior in hoc caſu exemplū te-
neat Moyſi: de quo dicit̃ Actuū.vij. ꝙ apparuit illis
litigātib⁹ ⁊ reconciliabat eos in pace: dicens. Viri fra
tres eſtis: vt quid nocetis alterutrū. ¶ Iterū non ſolū 30
inimicoꝝ multitudo ad hāc pcordiā habendā nos ne-
ceſſitat: ſed etiā ipoꝝ ꝓpinquitas: quia ſemp ꝓpe nos
ſunt videntes ⁊ audiētes quicq̇d facim⁹. Hac pſide-
ratiōe ſicut narrat Juli⁹ ſext⁹ ſtrategematon.li.j.c.ix.
Silla romanoꝝ dux legiōes pacificauit inter ſe diſcor-
dātes: nunciādo hoſtes ꝓpe eſſe: qui ſtatim p̄ hoſtes ſe
armauerūt. Sic vos cū inimici ꝓpe ſint iduite vos ar-
maturā dei: vt poſſitꝫ ſtare aduerſus iſidias. Eph.vj.
Solliciti ſeruare vnitatē ſpūs in vinculo pacis. Eph.
iiij. Illos v̇o q̇ his cautel' ad pacē mutuā vtūt̃ cōpre-
hēdit btūs Grego.i mora. dicēs. Inde nob pax robu-
ſtior orit̃ vn̄ nob ab aduerſarijs pugna durior gn̄at̃. 31
¶ Non vtentiū v̇o: tāto mai⁹ eſt periculū: q̄nto maio

res ſunt q̇ inter ſe diſcordāt:ſiue ſit in vno regno: ſiue
in vna ciuitate: ſiue in domo: ⁊ maxīe qñ ipi inť ſe di-
ſcordāt q̇ regnū vel ciuitatē vel domū regere deberēt:
qꝛ tūc nō ipis tm̄ mors imminet ⁊ ruina:ſicut corpi ex
mal' humoribꝫ:ſꝫ etiā oībꝫ mēbris ⁊ oībꝫ ſubiect':ſicut
ptꝫ.ij.Regū.xvij.vbi duobꝫ ꝯſiliarijs Abſolon.Cu-
ſi:vicꝫ ⁊ Achitofel inť ſe diſcordātibꝫ: totiꝰ exercitꝰ ſe-
q̄bať ruina.Sic nūc qꝛ ſm̄ Criſo.ſup illud Math.ij.
Herodes rex turbatꝰ eſt:⁊ oīs Hieroſolyma cū illo.
Queadmodū inq̇t certātibꝫ vētis mare ꝯcutiť:ſic regi
bus ſibi aduerſantibꝫ ppl's regni vexať.Ergo ꝯſiliū pa
cis erit inť illos:Zach.vj.Et ſicut dic̄ Prouer.xij.qui
pacis ineūt ꝯſilia ſequiť eos gaudiū. Nota de iſta ma
teria.C.iiij.25.vſqꝫ ad finē:⁊.C.9.ꝑ totū:⁊.D.viij.ꝑ
totū.Hec locutꝰ ſum vob:vt in illo pacē habeat' qui
dic̄.Joan.xvj. Hec locutꝰ ſum vob vt in me pacē ha
beatis ſolūmodo.
Ar.x. ¶Ad cognoſcēdū v̇o ſi hāc habeamꝰ pacē. Prio exē-
32 plo vtamur Anſelmi.Sic̄ nāqꝫ reflexio ad parietē ra-
dij ſol' lucētis in aquā ſtāte in vaſe aliq̊ lato:oñdit vtꝝ
aq̄ in vaſe ſtet ī pace:illa reflexio in pariete pacifica cer-
niť:⁊ ſi trāſit in motu:ſcit̄ ꝙ aq̄ ſit in motu. Sic radij
a corde exeūtes in v̇bo ⁊ ope ⁊ alijs ſignis oſtēdūt cor
pacificū ⁊ nō pacificū:qꝛ ſic̄ fumꝰ eſt ſignū ignis:ita il
la q̄ exteriꝰ patēt oſtēdūt vbi ſunt cogitatiões pacis ⁊
nō afflictiōis:qꝛ vbi vera eſt pax interiꝰ: illa exteriora
ſūt pacifica:⁊ ad malū nō mouenť:qꝛ ſic̄ dic̄ dñs Eſa.
liiij.Fedꝰ pac' mee nō mouebiť.¶Scd̄o cū pacifici di
canť ⁊ ſint filij dei:ſic ptꝫ Math.v. Eadē euidētia eſt
vtēdū ad ſciēdū q̇s ſit pacificꝰ q̄ vtiť q̇s ad ſciēdū q̇s
ſit filiꝰ dei:de q̊ experimeto dictū eſt.F.v.arti.ij.Sic̄ g̊
filij boni aliq̄lis hr̄ euidētia:ex h̊ ꝙ a pr̄e ꝑcuſſus nō re
ꝑcutit:ita pacificꝰ in h̊ oñdiť:ꝙ d̄o ordinante vl' ꝑmit
tēte:tribulatōibꝫ ⁊ aduerſitatibꝫ ꝑcutiť.Et tm̄ oēꝫ exte-
riꝰ oñdit pacē ſapiēt' obtēperās doctrīe:q̄ dr̄ Prouer.
iij.Diſciplinā dñi:fili me ne abijcias: neqꝫ deficias cū
ab eo corriper':quē em̄ diligit deꝰ:corripit: ⁊ q̄ſi ī filio
cōplacet ſibi. Ergo ſic̄ dr̄ Eccl'.xlj. Diſciplinā in pace
ꝯſeruate ꝓpť cauſas tactas.C.xvj.29.cū ſequentibꝫ.
Ar.xj. ¶Et ꝓpť timorē ⁊ amorē illiꝰ:de q̊ ī pſ̄.lxxxiiij. loqueť
33 pacē in plebē ſuā. Pro q̊ eſt aduertēdū:ꝙ eſt de deo in
h̊ caſu ⁊ plebe ſua:ſicut eſt de pr̄e nobili ⁊ filijs ſuis ad
ſcholas poſit':qꝛ ſic̄ nō ſufficit tali pr̄i nobili ꝙ filij ſui
mgr̄m habeāt cōem in ſchol' legētē.ſic̄ ceteri q̇ ſcholas
adeūt: ſꝫ mgr̄m eiꝰ deputat ſpālē q̇ eos ſpālit̄ in his q̄
diſcēda ſunt vel faciēda īformet. Ita nō ſuffic̄ pr̄i nr̄o
deo:vel pape:vel ep̄o:q̇ ſe de pace ītromittit reformā-
da ꝓpť diligētē quā de ſubdit' ſuis hn̄t curā ꝙ pac' in
formatores habeāt gn̄ales ſcꝫ ꝓphetas:pr̄iarchas:⁊ ali
os pac' ꝑdicatores:ſꝫ ipemet tāq̄ pedagogꝰ ſpecial' ad
pauꝑes ſuos ꝓ pac' reformatiōe ⁊ ꝯtinuatiōe venire
dignať:vel ad hoc ſpālit̄ legatū mittit: q̇ loqueť pacē ī
plebē ſuā:tria oñdēs:indiciū amoris intēſi:loqueť:be
neficiū valoris ipēſi:pacē:faſtigiū honoris imēſi:ī ple
bē ſuā.Magnꝰ nāqꝫ honor eſt:ꝙ ſic vult ſe hr̄e ad ple
bē ſuā.¶Primū g̊ eſt indiciū amoris intēſi:qꝛ nō loq̄-
tur dure nec rigide ad terrorē:nec ad vniꝰ vl' alterius
ꝑtis deceptionē:ſꝫ in voce gratioſa:ad magnā vtriuſ-
qꝫ ꝑtis vtilitatē:formā ī hoc ſequēs chriſti:q̇ dic̄ Joā.
vj. Verba q̄ ego locutꝰ ſum vobis:ſpūs ⁊ vita ſunt.
¶Secūdo oñdit beneficiū valor' ipēſi.i.pacē nō fictā
vel falſam:ſed verā ⁊ vtilē:non ſicut aliq̇ q̇ pacē q̄rūt
vtilē ꝓ vna ꝑte tm̄:nimis vni ꝑti adherētes:q̇ ideo ve
rā ⁊ ſtabilē pacē facere nō pn̄t:qꝛ ſicut in edificio mate
riali ſi lapis angularis deberet duos parietes copula-
re:vni parti nimis adhereat:⁊ alteram deſerat:nō erit
opus firmū vel ſtabile.Ita ⁊c̄.ſed ſicut chriſtꝰ q̇ ſtetit
in medio diſcipuloꝝ ⁊ dixit.Pax vob.Joā.xx.¶Nō 34
plus ad vnā q̄ꝫ ad aliā inclinās partē:ſꝫ in medio ſtās
⁊ coopans:vt ſicut dr̄ in pſ̄.cxxj. Fiat pax ī virtute ⁊c̄.
sonarū. ¶ Si autē dicere velint: qđ tria p̄dicta in deo 10
nullam faciāt trinitatē: sed oēm in eo habēt identitatē.
Obijcitur ꝙ oportet in p̄dictis tribus: scilicet memo-
ria: intelligentia et voluntate diuina aliquā inuenire
distinctionē: quia deus multa intelligit que non vult:
quia nō vult mortē peccatoris: et tamē illam intelligit
ergo inter illa est aliqua q̄ȝtū ad hoc diuersitas: ⁊ ꝫm
hoc pōt dici trinitas: et sic ratio p̄dicta cōtra eos ꝓce-
dit. Si querāt: quare vocam⁹ p̄dictas ꝑsonas patrē ⁊
filiū et spm̄sctū: cū nec memoria nr̄a in aīa posset dici
pater: vel intelligentia fili⁹ ⁊c. Rn̄det primo: ꝙ sacra
scriptura in diuersis locis vocat deū patrē: sicut patet
Deut. xxij. Ipse est pater tu⁹ ⁊c. et multis alijs locis.
Deus etiā in pluribȝ locis sacre scripture: dicit se hr̄e
filiū. Sicut ptȝ Osee. xj. Ex egypto vocaui filiū meū.
Et dicit filiū habere. Marci. xv. Vere filius dei erat
iste. Dicit etiā spiritū habere Geñ. j. Spūs dn̄i fere-
batur super aquas. Et in ps. ciij. Emitte spm̄ tuum ⁊
creabunt. Et iterū. Verbo dn̄i celi firmati sunt: et spū
oris ⁊c. ps. xxxij. Ergo oportet ꝙ ꝓpter aliquā ꝓprie-
tatem vel significationē talia de deo in veteri et nouo
testamēto dicant. Nō autē potest melior ratio inueni-
ri: quare paternitas in deo inueniat vel de eo dicat in-
trinsece: q̄ȝ ratione genitionis filij: quā oportet etiam
infideles cōcedere: quia ipsi ꝯcedūt ꝙ memoria gignit
intelligentiā: et vtrūqȝ producit velle in voluntate: ḡ
ipsi cōcedūt etiā in diuinis esse gignentē: quē nos hac
de causa patrē vocam⁹. Et genitū quē filiū dicimus.

Et ab vtroqꝫ ꝓductũ: quẽ ſpiritũſanctũ profitemur.
Habẽt ergo cauſam: quare illas tres pſonas ꝛ vnum
deum: qui aliqñ in ſacra ſcriptura vocaꝛ pater: aliqñ
filius: aliqñ ſpũſſanctus: vocamus patrẽ et filiũ et ſpi
11 ritumſanctũ. De quibus dicitꝛ Matth. xxviij. Bapti-
zantes eos i noĩe patris et filij et ſpũſſancti. ¶ In quo
inſinuaꝛ ſecũda pars huius articuli: ſcilicet: ꝙ qlibet
perſona in diuinis ſit deus. Unde Aug. li. de trini. in
fine: oratiõnẽ ſuã ad ſanctã dirigẽs trinitatẽ: ait. Dñe
deus noſter: credimus in te patrẽ et filiũ et ſpũſſanctũ.
Neqꝫ enĩ diceret veritas. Ite baptizate gẽtes: in noĩe
patris ꝛc. niſi trinitas eſſes: nec baptizari nos iuberes
dñe deus in eius noĩe: qui nõ eſt dñs de⁹: nec diceret
voce diuina. Audi iſrael: dñs deus tuus vnus eſt: niſi
ita trinitas eſſes: vt vnus dñs deus eſſes. Hoc etiam
in ſpeciali de ſingulis patet perſonis. Nam patrẽ ſuũ
dicebat deũ Joh. viij. De filio etiã idem ꝓbaꝛ. ff. iiij.
18. Quã ꝓbationẽ cõfirmat: qđ Chriſtus in diuerſis
locis dicit. Luce nãqꝫ. vij. dicit ad Magdalenã. Re-
mittuntur tibi peccata. Et Matth. ix. Et Luc. v. dicit
paralytico. Remittunꝛ tibi peccata tua. Et ceperũt co
gitare ſcribe et phariſei dicẽtes. Quis eſt hic q̃ loquiꝛ
blaſphemias: quis põt dimittere pctã: niſi ſolus deus.
Super quo dicit Ambroſius in homel. xcviij. Noſce
interioris hominis ſanitatẽ: cui pctã donanꝛ que cum
iudei aſſerũt a ſolo deo poſſe cõcedi: deũ vtiqꝫ cõfitenꝛ
ſuoqꝫ iudicio ſuã pfidiã perdũt: vt opus aſtruant: per
ſonã negẽt: itaqꝫ teſtimoniũ nõ deeſſe diuinitati fides
deeſſe ſaluti: hec ille. Si enĩ verũ dixiſſent dicẽtes eum
eſſe blaſphemũ et mendacẽ: nequaꝙ corpus exterius
ſanaſſet: ergo corpus exterius ſanãdo oſtẽdit verũ qđ
ipſe dixit: remittunꝛ ꝛc. Et ſic per cõſequẽs ꝙ fuit de⁹
qui tñ poteſt peccata dimittere. De ſpiritusancto idẽ
patet per hoc: qđ dicit Luc. xij. Qui in ſpiritusctõ bla
ſphemauerit: non remitteꝛ ei ꝛc. quia blaſphemia ſcḋm
Ambroſiũ eſt: vel cum deo attribuiꝛ qđ ei nõ cõuenit
vel cum ab eo remoueꝛ qđ ei cõuenit. De iſtis tribus
perſonis et vno deo: clamat ꝓpheta dicens. Eſaie. vj.
Sanctus sctũs ſanctus dñs deus exercituũ: plena eſt
omnis terra gloria eius. Et Apoc. iiij. Sanctus ſan-
ctus sctũs dñs deus oĩpotẽs: qui erat: et qui eſt: et q̃
Arti. iij venturus eſt.
12 ¶ In quibus dum sctũ ter clamãt oſtendũt: quomõ
nos per triplicẽ ſanctitatem in moribus sctẽ trinitatis
imitatores eſſe deberemus: tam in imagine trinitatis:
ſcilicet ꝙ ſanctitatẽ habeamus in memoria: intelligẽ-
tia et volũtate ꝙ etiam in appropriatis ſingulis perſo-
nis: vt ſimus ſancti i potẽtia que appropriatur patri:
et in ſapiẽtia: que appropriaꝛ filio: et in amore qui ap-
propriaꝛ ſpirituiſancto. Sic ergo ſancti eſtote: quoniã
ego ſanctus ſum. Leuit. xix. Dũ vo vnice dicit: dñs
deus ꝛc. oſtẽdit ꝙ nos vnitatem pacis et concordie in
moribus obſeruare deberemus. Nam hoc chriſtus a
patre rogauit Joh. xvij. Ut ꝛ ipſi vnum ſint: ſicut et
nos vnum ſumus. Huius vo vnitatis et trinitatis
in nobis: primo magna eſt cõgruitas. Secũdo oſten-
ditur que ad hoc requirunꝛ. Tertio vtilitas. Quarto
que p̃dicte vnitati et trinitati contrarianꝛ: et que illam
deſtruũt. Primũ patet: quia cõgruum videꝛ ꝙ imago
aſſimileꝛ: qꝫtũ poteſt illi cui⁹ eſt imago: ſed nos ſum⁹
ad imaginẽ dei. Geñ. j. Faciamus ꝛc. quam quidem
imaginẽ habem⁹ a deo in anima et eius potẽtijs. Sed
picturam per quã ſiamus ad ſimilitudinẽ nobis dere-
liquit: imaginem ergo ab eo factam: nobis cõmiſit de-
pingendã illa pictura et illo modo: quo dictum eſt. A.
xxij. 6. Congruũ ergo et nobis neceſſariũ eſt: ꝙ ſicut
ipſe fecit qđ facere debuit qꝫtum ad naturam: dando
animã et eius potentias. Ita nos faciamus: qđ facere
nobis incumbit: ipſam cum ſuis potẽtijs ornando: et
ad hoc fortiter laborãdo. Hoc enĩ docet lex et ratio ſo-
cietatis: ſicut patet. ff. pro ſocio. id eſt. in. ff. vete. li. xvij.
ti. pro ſocio. l. v. §. j. vbi habeꝛ ꝙ vno ponẽte pecuniã:
vel dante nauigaturo vel eunti ad nundinas: et alio
adhibẽte operam pſonalem: ita ꝙ ſint ſocij in lucro et
damno: licita eſt ſocietas. Si vo vno ponẽte pecuniã
alius nõ apponit operam: illicita eſt ſocietas. Sic in ꝓ-
poſito: deo nobis dante pecuniam: ſpũalem habentẽ
imaginẽ ceſaris. id eſt. ſummi imperatoris: ſi nos ad-
hibemus laborem: ſicut ait Paulus vocãdo nos dei
coadiutores: bona eſt ſocietas. Aliter vo ſocietatẽ oci-
oſi ſocij reprobabit dicẽs. Quare nõ dediſti pecuniam
meam ad menſam Luc. xix. Ibi enĩ ad literam talem
omnib⁹ ſibi traditis ſpoliauit: et iudicauit dicens. De
ore tuo te iudico ſerue nequã. ¶ Oportet ergo: ꝙ ſicut 13
ipſe dat naturam: ita nos demus operã: vt ſicut ſum⁹
ei ſimiles in cõditione nature ꝛ in ſimilitudine ꝓprie-
tatũ perſonaliũ. Ita etiam ſimus in gratuitis et vir-
tuoſis operib⁹: et in appropriatis perſonalib⁹: qꝫtũ ad
vſum bonum: vt ſi potẽtia vel ſapientia et huiuſmodi
perſonis appropriata: a deo nobis denꝛ: bene illis vta-
mur: vt ſic nõ tñ in dono dei: ſed etiã in labore noſtro
ſimus dei noſtri in mercatiõe iſta ꝛ imitatores atqꝫ ei
ſimiles: vt de quolibet noſtrum poſſit veraciter dici il
lud: qđ deriſorie dicitꝛ de Adam Geñ. iij. Ecce Adam
factus eſt quaſi vnus ex nobis ꝛc. Sed heu quidam Exẽm
plus aſſimilari nitunꝛ cuidam paſtori: de quo fertur:
ꝙ a quodam trãſeũte requiſitus: an fidem ſciret. Re-
ſpondit ꝙ ſic. Requiſitus vltra: ſi haberet noticiam
patris et filij ꝛ ſpũſſancti: bene inquit noui patrem et
filiũ: quia oues illorũ cuſtodio: ſed illum tertium non
noui: quia nemo eſt in villa noſtra qui tale nomen ha
beat. Ita multi nitunꝛ eſſe potẽtes et ſapiẽtes ſeculi: in
tãto imitãtes cõditionem patris et filij. Sed pauci ni-
tunꝛ habere bonitatẽ vel in ope oſtẽdere clementiã: q̃
appropriaꝛ ſpirituiſctõ. Et tales ꝓ tãto p̃dicto paſtori
aſſimilati: dicere poſſunt illud Act. xix. Neqꝫ ſi ſpũſ-
ſanctus eſt audiuim⁹. ¶ Qꝫtũ ad ſecundã partẽ hui⁹ 14
articuli: ad hoc ꝙ p̃dicto modo cõformemur deo: re-
quirunꝛ aliqua interi⁹ in aĩa: aliqua exterius in ope.
Primo in anima et ei⁹ potẽtijs requiriꝛ ſimplicitas et
puritas: ſicut oſtẽſum eſt. C. xiiij. 9. Secũdo requiriꝛ
mollicies p cõpaſſionẽ ꝛ pietatẽ et charitatẽ et hmõi:
q̃a ſicut cera mollis ꝛ nõ alia ſilitudinẽ recipit ſigilli.
Sic ille tñ dei recipit ſimilitudinẽ: q̃ veraciter dicere
põt. Factũ eſt cor meũ tanꝙ cera liqueſcẽs: in pſ. xxj.
Exterius vo in ope requiriꝛ ſapiẽtie bonitatꝛ et hmõi
cõmunicatio: nam in illa trinitate eſt cõmunicatio na-
ture et bonitatis: nam pater cõmunicauit naturam et
bonitatẽ ſuã quicquid habuit filio: et vterqꝫ ſpiritui-
ſancto. Predictũ eſt etiã ꝙ illa trinitas luci aſſimilaꝛ
ſolis: in quo videmus ꝙ lucẽ ſuã nõ occultat: ſed ab-
unde cõmunicat. Sic nos: ſicut dicitꝛ ad Roma. xij.
Habentes donationes ſcḋm gratiã que data eſt nobis
differẽtes: ſiue ꝓpheciam in ꝓphetãdo. i. p̃dicãdo: ſiue
miniſteriũ in miniſtrãdo: qui p̃eſt in ſollicitudine: qui
miſereꝛ in hilaritate: et ſic in omnib⁹ ſicut gratis acce-
piſtis gratis date. Matth. x. dicentes illud Sap. vij.
Sine fictione didici: et ſine inuidia cõmunico: vt ſic de
nobis verificeꝛ illud Matth. v. Uos eſtis lux mũdi.
¶ Qꝫtũ ad tertiã partẽ hui⁹ articuli p̃dicte ſilitudinis 15
magna eſt vtilitas. Primo: quia in omnib⁹ bonis nos
iuuat. Secũdo q̃a ab omĩb⁹ malis nos defendit. Pri-

mū patet:quia omne bonū humanū tanꝗ̄ a radicibꝰ
naturalibꝫ:eſt a potētia intelligētia et volūtate: ꝓ qbꝰ
illi qui per gratiā et virtutes dei nō habēt ſimilitudi⸗
nem:habēt impotentiam ignorantiā et malam volun
tatem:et ſic habēt radices meriti infectas: ꝓpter quod
fructū meritoriū ꝓducere nō poſſunt niſi iuuentur ab
illo:de quo in pſ̄.xxvj. Dn̄s illuminatio mea ⁊c̄. Dn̄s
inquit iuuās noſtram impotētiam per donum fortitu⸗
dinis:qa ipſe eſt dn̄s fortis et potēs:in pſ̄.xxiij. Dn̄s
iterū illuminatio: qua auferꝫ noſtra cecitas ⁊ ignorā⸗
tia:et illuminatꝫ intelligētia per donum diſcretionis et
ſapiētie:quia ipſe eſt lux vera que illuminat omnē ho⸗
minem Joh.j. Dn̄s tertio ſalus:qua ſanatꝫ noſtra vo⸗
luntas et dirigitꝫ ad amandū ea que dei ſunt per donū
charitatis. Tu ſis ſalus mea ab extremis terre Eſaie.
xlix. Sic appēdit tribus digitis molem terre Eſaie. xl.
Secundū etiam patet: quia iſta benedicta trinitas eſt
ſcutum ꝓtegēs nos ab omnibꝫ malis p̄ſentibus:ſicut
oſtenſum eſt. F.iiij.30. Et futuris ſicut patet ꝑ exem⸗
Exm̄ plum de Socrate:de quo narrat cōmētator ſuꝑ Boe
tiū de diſciplina ſcholariū:ꝙ cū accuſatus eſſet ꝙ librū
feciſſet de deo ⁊ nō de dijs: cōpulſus fuit haurire ve⸗
nenū in noīe dei:quo hauſto nihil ſibi nocuit: poſtea
vͦo cōpulſus fuit haurire in noīe deorū:et ſtatim mor⸗
tuus fuit. Si eñ paganus mortē euaſit corporis in no
mine vnius dei:maiori rōne chriſtiani fide trinitatis
formata:mortem euadent eternā: vt omnis qui credit
in ipſum nō pereat:ſed habeat vitam eternā Joh.iij.
16 ¶ Q̄tum ad quartā partē huiꝰ articuli. Primo ſimi⸗
litudinē vnitatis in nobis omne peccatū deſtruit mor
tale. Secūdo ſimilitudinē trinitatis:quatuor deſtruūt
genera hominū peccatorū. Primū patet per Aug. de
doctrina chriſtiana.li.j. Omnes inquit deū eſſe cōſen⸗
tiūt:ꝙ ceteris rebus quis anteponat. Cū ergo peccās
mortaliter:quocūqꝫ genere peccati: aliq̄d ī ſuo amore
in rebus alijs deo anteponat:certū eſt ꝙ illud interpre
tatiue deum ſuū reputat:ſicut patet. A. xxvij. 38. Et
P.viij.11. Et. R.vj.7. Propter qđ de q̄buſdā gulo⸗
ſis voluptatē carnis rebus alijs plus amātibꝫ:dicitur
ad Phil.iij. Quorū deus vēter eſt. Secundū etiā ꝙ
quatuor genera peccatorū ſimilitudinē in animabus
ſuis deſtruunt trinitatis q̄tum ad appropriata. Patet
primo: quia mali mūdi potētes:qui potētia ſua in do⸗
minio ſuo abutuntꝫ ſimilitudinē deſtruūt attributi pa
tris:quia potētia mundiali qua abutuntꝫ:potentiā de⸗
ſtruunt animarū. Et dū potētia vana ſupra deū in mē
bris ſuis iniuſte eleuantꝫ vel eleuari cupiūt ſub ptāte
diaboli in culpa et pena deijciuntꝫ Ezech. xxviij. Pro
eo ꝙ eleuatū eſt cor tuū ſicut cor dei: dabo te in cinerē
in cōſpectu omniū viuentiū. Secūdo quia mūdi mali
ſapiētes:vel quia credere nolunt:niſi qđ ratiōe appre⸗
hendere poſſunt:vel qui ſapiētia quā habēt in falſita⸗
tibus et malicijs abutuntur:ſicut patet. S.iij.arti.vj.
veram ſapientiā: ⁊ ſic attributū filij in anima deſtruūt:
qui dicētes ſe eſſe ſapiētes:ſtulti facti ſūt:ad Roma.j.
Tertio quia ſeipſos et mundū nimis amātes : et alijs
inuidētes q̄ꝫtum in eis eſt:bonitatē eneruant ſpūſſan⸗
cti. Primo quia in hoc ꝙ carnem nimis amāt:nihil di⸗
cunt bonum:niſi qđ videtꝫ bonum ſm̄ carnē vel mū⸗
dum:dicētes illud Sap̄.ij. Venite fruamur bonis q̄
ſunt. Secūdo in hoc:quia inuidi ſunt nolunt gloriam
alicuius audire niſi ꝓpriam:et in gloria ꝓpria id quod
dei eſt ſibi attribuūt. Et ſic tres ſunt:qui teſtimonium
dant in terra.j. Joh.v.cōtra illos tres:qui teſtimoniū
dant in celo. Spiritus.id eſt.diabolus ſuperbiā et po
tētie abuſum aqua.id eſt.ſapiētia terrena diabolica:et
ſanguis ꝓprij et inordinati amoris ⁊c̄.omnes iſti ⁊ his
ſimiles ſimilitudinē dei igne deſtruunt peccati. Quia
ſicut cera ad ignē liquefacta ſimilitudinē amittit ei im⸗
preſſam. Ita anima ad ignem cōcupiſcētie oculorum:
vel ſuperbie vel carnis calefacta:ſimilitudinē amittit
dei: quia ſuꝑcecidit ignis. Et veraciter dicere poterūt:
ſigna noſtra nō vidimus:in pſ̄.lxxiij. Eccl. xvj. A tri
bus impijs deſeretꝫ ſimilitudo ſuꝑple trinitatis: ꝓpter
qđ tres ſpecies odiuit anima mea Eccl.xxv. quia iſta
tria ſunt inſatiabilia Prouerb. xxx. Tria inquit ſunt
inſaturabilia:et quartum ꝙ nunꝗ̄ dicit ſufficit. ¶ In 17
quo notatꝫ quartum genus hominū : qđ iſtā imaginē
turpiter dehoneſtat. Illi ſunt ebrioſi: nam illi volun⸗
tate nunꝗ̄ dicunt ſufficit:qđ ex hoc videre poteſtis:ꝙ
aliquotiēs ſalſa comedunt vt plus bibant. More cu⸗ Exm̄
iuſdam ioculatoris:de quo audiui:ꝙ cum eſſet in tem⸗
peſtate maris cepit ſalſas carnes comedere in magna
quātitate: et cū alij flerent et orarēt:queſitum eſt ab eo
cur mādücaret. Reſpōdit:multū habeo hodie bibere:
ideo carnes ſalſas oportet me comedere. Pro tanto iſti
ſunt ſimiles illi:quia ſicut ipſe vadēs ad mare ad mor
tem corporis:comedit carnes ſalſas. Ita iſti euntes ad
tabernas ad mortē animarū comedūt ſalſa: vt multū
bibant. Iſti turpius et plus ſimilitudinē deſtruūt tri⸗
nitatis:quia trium predictorū quilibet amittit vnam
ꝓprietatē: vni trium perſonarum appropriatā : vnus
potētiam:alius ſapiētiam:tertius bonitatē:ſicut patet
ex predictis. Ebrius vͦo omnia tria ſimul amittit: ⁊ ſic
tria ſunt difficilia:et quartū penitus ignoro. Prouer.
xxx. ¶ Iſta mala quaternitas de multis animabꝰ illā 18
benedictam expellit trinitatem: de qua Eccl.xxv. In
tribus beneplacitū eſt ſpiritui meo.id eſt. in tribꝰ per⸗
ſonis:qui teſtimoniū dant in celo:et in tribus etiam q̄
fiunt in terra. ¶ Exemplo quorundā philoſophorū : Exm̄
de quibus tale oſtenditꝫ exemplū. Quidam imperator
vocatis ſex philoſophis a tribꝰ primis queſiuit: quid
eſſet qđ eis plus placeret in terra. Primus dixit:ꝙ plꝰ
ei placuit:ꝙ voluntas non habet qđ vult : quia cum
mūdus nūc ſit malus⁊ ſi malorum voluntas impleri
poſſet:foret peſſimus. Secundus dixit: ꝙ plus ei pla⸗
cuit ꝙ voluptas eſt mixta miſerijs:ſicut patet de gula
luxuria et omnibus alijs : quia aliter homines eſſent
nimis voluptuoſi. Tertius ꝙ oīs nota ſeu error finē
habet:quia aliter meliꝰ eſſet malis ꝗ̄ bonis. Et ſic tria
ſunt:que bene gradiuntꝫ Prouerb.xxx. A tribꝰ ſecun⸗
dis queſiuit:de quibus rebus in terra plus mirarentꝫ.
Primus dixit:ꝙ de his ꝙ illi qui ſapiētiores reputantꝫ
ſunt ſtultiores:ſicut patꝫ. S.iij.18. Secūdus ꝙ de hoc
ꝙ illi qui pulchrius loquuntꝫ peius faciūt: ſicut patet
de executoribus et hypocritis. Tertius ꝙ de hoc ꝙ q̇s
audet in tali ſtatu viuere:in quo nō audet mori: quia
ſi in illo ſtatu moriatꝫ damnabitꝫ: ab illo qui appendit
tribus digitis molem terre Eſaie. xl. T v

Tribulatio et anguſtia in⸗
uenerūt me:in pſ̄.cxviij. Et ideo ad tribula⸗
tionem calamus cōuertitꝫ ſcribentis. Circa cuius de⸗
ſcriptionē. Primo oſtendetꝫ:que ſit tribulationū occa⸗
ſio:cauſa et origo ex parte tribulatorū. Secūdo ꝙ pro⸗
pter malos boni tribulantꝫ. Tertio ꝙ mali frequēter
minus in hoc ſeculo tribulantꝫ q̄ꝫ boni. Quarto quō
tribulatiōes impedire poterimus. Quinto quare de⸗
continue et ſemꝑ cum culpa peccatores non flagellat.
Sexto quare tribulatio frequēter redit. Septimo: ꝙ
pauci boni eam impedire nō poſſunt. Octauo que ſit
dei intentio tribulationem imittentis. Nono quis ſit

effectus vel finis tribulatiōis ex parte tribulatorum.
Decimo tribulatorū reſponſio et obiectio cōtra predi⸗
cta cum reſponſione. Undecimo ꝙ omnis tribulatio
quā patimur eſt iuſta. Duodecimo: ꝙ de nulla tribu⸗
latione eſt cōtra deum vel alios tribulantes murmu⸗
randum. Tredecimo: ꝙ ꝓpter tribulationes non eſt a
bono ꝓpoſito vel opere ceſſandum.
Arti. j. ¶ Ratione primi eſt ſciendū: ꝙ aliqui tribulationes
1 pluuie et ſiccitatis ⁊ hmōi attribuebāt planetis: ⁊ cau⸗
ſis naturalibꝫ. Unde diligēter inquirūt: quis planeta
tunc regnet: et ꝙ̄ diu regnabit et hmōi queſtiones va⸗
nas et friuolas faciūt: quorum dictū videt̄ eſſe contra
rationē et cōtra ſacram ſcripturam: et contra legem ca
nonū. Primū patet: quia ſi iſte pluuie mundū deſtruē⸗
tes: eſſent ex naturali cauſa: minus caderēt in eſtate q̄ꝫ
in hyeme: cōſequēs eſt falſum: ergo antecedens: cōſe⸗
quentia patet: tam naturali ratione: q̄ꝫ ſenſibili expe⸗
rimento. Cum eīm pluuia ſit cauſata de humoribus ⁊
exhalationibꝫ in altum attractis in eſtate: quādo ſol q̇
huiuſmodi humores deſtruit et conſumit plus nobis
appropinquat: ⁊ maiores habet calores et virtutes per
naturalem rationem: videt̄ ꝙ tunc deberēt tales aquo
ſitates minus in aere abundare: ⁊ per cōſequēs minor
pluuia generari. Hanc eīm cauſam aſſignat phus. li. ij
meta. c. vj. Quare videlicet plus naturaliter pluit in
hyeme: quia ſol q̇ humores ex quibꝫ nubes et pluuie
generant̄: eſt plus a nobis elongatus. Hoc etiā quo⸗
tidiano et ſenſibili patet experimento. In terris enim
multum calidis: et ſoli multum appropinquātibꝫ rara
eſt pluuia: intm̄ ꝙ in egypto que directe eſt ſub ſole in
meridie: vt dicit̄ nūq̄ꝫ eſt pluuia: ſed quicquid ibi cre⸗
ſcit: creſcit ex irrigatione nili vel aliorum irriguorum.
Cuius cauſa eſt: quia ſol oēs humores ibi conſumit ⁊
deſtruit. Et ſi tantū deſtruit vbi tantū appropinquat:
ergo vbi plus appropinquat plus deſtruere: et minus
pluere deberet. Sed in eſtate plus appropinquat ḡ ⁊c̄.
Cuius contrariū tamē videmus: quia in omnibꝫ iſtis
tempeſtatibꝫ et pluuiarū peſtilentijs cōiter in hyeme
eſt pulchrū tempus: et in eſtate et ſpecialiter qn̄ debe⸗
ret eſſe tempus ſicciſſimū: ſicut in diebꝰ canicularibꝫ
eſt turpiſſimū. Intm̄ enim phus reputat mirabile: ꝙ
ſi illis plueret diebꝰ: q. ij. phiſicorū dixit: ꝙ caſu pluit
ſub cane. id eſt. ſub tali ſigno. Potius ergo videntur
tales peſtilentie ortum habere et cauſari a cauſa volū⸗
taria. id eſt. a peccato qd̓ ex mala oritur voluntate: q̄ꝫ
2 a cauſa naturali. ¶ Huic etiā videt̄ concordare ſacra
ſcriptura. Querendū eſt eīm ab illis: qui dicūt ꝙ pla⸗
3 neta hoc facit: quis planeta regnauit tp̄e diluuij Noe
quādo cataracte celi aperte ſunt Geñ. vij. et pluit qua
draginta diebꝫ et noctibus: et deſtruxit totam terram
cū omnibꝫ cōtentis: quis autē planeta vel cōſtellatio
illius pluuie occaſio fuit: niſi peccatū. Ille eīm planeta
videlicet peccatū tunc regnauit: et pluuias illas occa⸗
ſionaliter cauſauit. Optimus nāqꝫ aſtrologus deus:
illā aſſignauit cauſam Geñ. vj. vbi ſcriptura. Vidēs
inquit deus ꝙ malicia multa hominū eſſet in terra: et
cūcta cogitatio eius intēta ad malum omni tp̄e: peni⸗
tuit eum ꝙ feciſſet hominem. Et cito poſt. Corrupta
eſt terra coram deo. Et iterū. Repleta eſt terra iniqui⸗
tate: et ideo diſpergam eos cum terra. Ecce qualis pla
neta tunc regnauit. qui terre diſperſionem cauſauit.
3 ¶ Iterum querēdū eſt ab eis: quis planeta regnauit
tempore Dauid: quādo facta eſt fames in diebus eiꝰ
annis tribꝫ iugiter. ij. Reg. xxj. Certe planeta crudelis
dominij hanc cauſauit: ſicut patet ibidem. Conſuluit
inquit Dauid oraculum domini: dixitqꝫ dn̄s propter
Saul: et domū eius et ſanguinē: quia occidit gaboni⸗
tas. Illi eīm gabonite fuerūt pauperes in populo ordi
nati: ad opera videlicet ad aquā portandā et ligna ce⸗
denda: ſicut patet Joſue. ix. q̇a ergo Saul illos afflixe
rat et occiderat: fame tota terra oppreſſa fuit: illiꝰ ergo
crudelitas planeta fuit famem cauſans. Qꝛ ergo mira
bile ſi modo ſit pluuiarū tempeſtas quando maior eſt
luxurie corruptio et malicie cogitatio q̄ꝫ in diebꝫ Noe
quia mille falſitates et nouitates et modi peccādi ſunt
modo inuēti: qui tūc nō erant. Qꝛ mirabile: ſi fames
populum affligat: quādo maior eſt dominorū crude⸗
litas: ſicut patet. D. xij. quaſi per totū ⁊ ſpecialiter: xvj
ꝙ̄ in diebus Saulis. Cū ergo p̄teritorū exhibitio ſit
futurorū certitudo: patet ꝙ illi planete: qui tūc regna⸗
bant: et illa cauſabant: nūc regnant: et iſta q̄ patimur
cauſant. Iterū querendū eſt ab eis q̇s planeta regna⸗
uit tp̄e Helie. iij. Reg. xvij. quando non pluit annis
tribus et menſibus ſex: quando tanta fames terrā oc⸗
cupabat: ꝙ nec erat herba equis. Certum eſt ꝙ plane⸗
ta qui tūc fuit in terra et male turbauit illam. Sed q̇s
ille fuerit: patet per hoc ꝙ reſpondit Helias ꝓpheta
regi malo Achab. Nō ego inquit turbaui iſral: ſed tu
et domꝰ patris tui q̇ relinq̄ntes dn̄m ⁊c̄. iij. Reg. xviij
¶ Qua in re penſandū eſt: ꝙ illi qui peccando deū de⸗ 4
relinquunt: et diabolo adherēt: terram tempeſtatibus
et vindictis et fame turbant. Et ꝙ peccatū eſt planeta
regnans: qui nos conturbat. ¶ Idē patet Leuit. xxv.
Et Deut̄. xxviij. vbi deus ꝓ fractiōe mandatorū mi⸗
nat̄ omnia mala: ergo fractio mādatorū dei eſt planeta
qui mala illa ibi minata cauſat. Et ponat̄: ꝙ natura⸗
liter euenire deberēt: ſi dei mādata cuſtodiremꝰ: deus
illas cauſas naturales impediret: ſicut ibi patet ex to⸗
to ꝓceſſu illorum duorum capitulorū. Sunt ergo iſta
mala dei vindicte. Huic etiam cōcordat lex canonica
dicens ꝙ ꝓpter maliciā hominū mūdus fame et penu
ria affligit̄. xvj. q. j. reuertimini. Exemplū ad hoc ha⸗ Exēm
betur: quo fertur: ꝙ in quadam patria locuſte patriā
ad modum egypti vaſtauerūt: quarū aliquas incole
capiētes: in vtraqꝫ ala cuiuſcūqꝫ tres inuenerūt lr̄as:
quas cū diligēter legerēt: inuenerūt: ꝙ in vna ala fuit
ſcriptum: ira: in alia dei. Sicut enim ꝓpter pctm̄ terra
fuit primo maledicta Geñ. iij. Ita nūc. Unde Chry⸗
ſoſtomus ſuper illo Matth. vj. Querite primū regnū
dei. Dictū inquit eſt homini. Maledicta terra in ope
tuo ⁊c̄. Vides quoniā ꝓpter peccata hominū maledi⸗
citur terra. Ita ꝓpter bona opera benedicit̄. Tu ergo
iuſticiam quere: et non deerit panis: quoniam ſicut ꝓ⸗
pter mala opera fructus terre ſubducit̄. Ita propter
bona abundat. Totum iſtud manifeſta cōfirmat̄ au⸗
toritate Hieremie. v. vbi quia nō metuerunt dominū
qui dat pluuiam temporaneā et ſerotinā in tempore
ſuo: et plenitudinē annue meſſis: ſtupor et mirabilia
facta ſunt in terra. Qd̓ cum ſentirēt: dixerūt. Iniqui⸗
tates noſtre declinauerūt hec: et peccata noſtra prohi⸗
buerūt bonū a nobis. Ad idem in ps̄. cvj. Terrā fru⸗
ctiferam in ſalſuginē a malicia inhabitantiū in ea. Ad
idem lex ciuilis in Autent. vt non luxurient̄ contra
naturam. Coll. vj. §. omnibus: circa medium: vbi reci
tato iurandi abuſu dicit. Propter talia delicta fames
et terremotꝰ et peſtilentie fiunt. Ad idem eſt ſacra ſcri⸗
ptura. I. xiij. 9. Et Ezech. xiiij. Terra inquit cū pecca⸗
uerit mihi: extendam manum meam ſuper eam: et con
teram virgam panis eius et immittam in eam famem
et interficiā de ea hominē et iumēta. Et Eſaie. v. Tri⸗
ginta modij ſementis faciēt modios tres. Et Geñ. xlij
vbi illi filij Jacob peccatū ſuū: quomō contra fratrem

ſuum peccando: et in eo cõtra deum delinquẽdo recognoſcentes dixerũt. Merito hec patimur: quia peccauimus in fratrẽ noſtrũ: videntes anguſtias anime eius dum deprecaret nos et non audiuimus: idcirco venit ſuper nos tribulatio. Idem patet Amos. iij. vbi p̃mo recitat ꝓpheta ex ore dei quomodo in populo illo fuerunt raptores et oppreſſores: et multis modis pctõres: ex quo concludit dicens: ꝓpterea hec dicit dñs deus: tribulabitur et circuĩetur terra et detrahet ex te fortitudo tua: et diripient edes tue.

Arti. ij.

5 ¶ Sed cũ tẽpeſtates et fames et bella et miſerie ꝓpter peccata accidãt malorum: mirabile videt: quare boni eandem ſuſtinent fortunam: qui eam non cauſauerũt. Ad cuius declarationem eſt ſciendũ: ꝙ ſicut frequẽter in ſacra ſcriptura legunt multi ꝓpter peccata aliorum puniti. Ita credit adhuc. Qđ autem multi ꝓpter pctã aliorum puniunt malorum: patet in canone. j. q. iiij. eccleſia per totum. Et non ſolum poſſeſſiones ꝑdunt ſicut patet Exodi. ix. vbi grandine et alijs tẽpeſtatibus egyptiorũ poſſeſſiones perdite ſunt. Sed etiam animalia: et omnia primogenita conſumpta ſunt. Idem ptz j. Reg. xv. vbi ꝓpter peccata amalechitarũ animalia eorum deo iubente iuſſa ſunt interfici. Quid ergo mirũ eſt: ſi modernis tpibus deus animalia occidat ꝓpter nr̃a peccata et poſſeſſiones: et blada pluuia deſtruat et tempeſtatibus. Et non ſolum tunc ratione carentes: ſed etiã pueri et homines malicia carentes ꝓpter malos puniebant. Sicut patet de ſodoma et gomorra: in qua multi pueri: qui nũꝙ̃ peccauerũt flãmis traditi ſunt. Sic etiam patet in diluuio Noe Geñ. vij. vbi tam poſſeſſiones ꝙ̃ animalia: et pueri innocẽtes ꝓpter alioꝝ pctã ſubmergebant: et boni tedium patiebant. Idem patet Joſue. vij. vbi per peccatum Achan exercitus contra Hay corruit. Sicut patet. B. ij. 47. Idẽ ptz. ij. Reg. xxj. vbi certũ eſt: ꝙ in fame illa multi erant afflicti ratione ſocietatis. Et. iij. Reg. xvij. qñ non pluit annis tribus et menſibus ſex. Idẽ etiam ptz Jone. j. vbi nauis ꝓpter vnũ a facie dei fugitiuũ piclitabat. j. Reg. iiij. ꝓ peccato Ofni et Phinees exercitus dei victus et arca dei captiuata legit. Et Dauid populũ numerat: quo peccato gladius dñi deſeuit in populũ. j. Paralipo. xx. Nauicula etiã in qua erãt ſancti apoſtoli ꝓpter Jude ſocietatem: fluctibus turbabat: ſicut patet. xxiiij. q. j. non turbat et diſ. xlv. ſed illud. Qđ ergo mirũ: ſi modernis tpibus infantes et pueri innocẽtes ꝓpter maioꝝ peccata fame moriant: et nimijs pluuijs ſubmergant: et ꝓpter malos in bello vincant: et ꝓpter dei fugitiuos et peccatores in omnibus male ꝓſperent: et tribulationẽ patiant. Quorum quilibet dicere poteſt illp pſ. cxviij Defectio tenuit me ꝓ peccatoribus derelinquẽtibus legẽ

6 tuam. ¶ Sed cum deus nihil iniuſte et cõtra rationẽ agat: qua de cauſa ſic poſſeſſiones et bruta et innocentes ꝓpter nocẽtes puniat oportet inueſtigare. ¶ Pro quo eſt ſciendũ ꝙ nobis peccãtibus: iuſte mortalitatẽ immittit animalibus. Illa enim omnia que in mundo creant recepimus cum cõditione: vt deo ſeruiremus et mandata eius cuſtodiremus: qđ quia non facimus iuſte ea aufert et terram in ſterilitatem cõuertit: vt qui auctorem noſtrũ per beneficia cognoſcere nolumus: ſaltez per ſupplicia ſentiamus: ſicut patet. j. q. iiij. eccleſia. §. his reſpondet. De filijs autem qui cum patribus perdunt: ſicut in ſodomis. Et de illis qui pro peccato Dathan et Abiron viui deſcẽderũt ad inferos. Numeri. xvj. diſtinguendũ eſt: quia aut paterna crimina ſequi voluiſſent ſi vixiſſent. Et tũc deus miſericorditer agit eos ſubtrahẽdo: vt per mortem temporalẽ: penã euadant eternã: quã meruiſſent ſi vixiſſent. Probant hec. j. q. iiij. eccleſia. §. item per malos. Aut ſequi noluiſſent: et tũc deus eis iniuriam nõ facit: eos de huius mũdi miſeria tẽpeſtiue auferendo. 7

¶ Si vo ratio queratur de paruulis qui parẽtibus peccantibus fame affligunt: et de alijs bonis viris. Reſpondet ꝙ frequẽter in ſacra ſcriptura legit deus filios puniuiſſe ꝓ patribus: et iuſtos ꝓ iniuſtis temporaliter: eternaliter vo nunꝙ̃. Et ſic quando dicit ſe eſſe deum zelotem viſitantem peccatũ parentum in filios. Exodi. xx. vſqz in tertiam et quartam generationẽ: de pena intelligit temporali. Que q̃tum ad paruulos duabus de cauſis iuſte agitur: ratione neceſſarie cõmixtionis: vix enĩ poſſent patres fame affligi: niſi etiam filij: qui cũ ipſis manẽt ſimul fame affligerent. Sicut nõ poteſt humor ab arbore ſubtrahi: nec arbor deſiccari: niſi etiam rami deſiccent. Qui enĩ vult facere ꝙ arbor deficiat: neceſſario facit etiã ramos deficere. Sic in ꝓpoſito. Nec eſt hꝫ cõtra diuinã iuſticiã: qa ſicut iuſtus papa ꝓpter vnius regis vel vnius dñi delictũ: regnũ vel ciuitatẽ ponit ſub interdicto: extra de ſpõſalibus: non eſt nobis. Et ex de officio delegati: ſan. Et ꝓpter vnius excõmunicati cõtumaciam multi puniunt: qui cum eo cõmunicare nõ poſſunt. Et iuſtus rex ꝓpter crimen leſe maieſtatis filios exheredat. vj. q. j. c. quero. §. ſi quis cũ militibus Et ꝓpter vnius rebellionẽ ciuitatẽ obſidet et fame eã affligit: et lapides et ſagittas ꝓijcit: in qua tamẽ ſunt multi paruuli: qui nũꝙ̃ peccauerũt. Per iuſticiã eccleſiaſticã ꝓpter patris hereſim: filij exheredant. Sicut ptz in decreto. vj. q. j. verũ ex. de heret. ſi quis. et. c. vrgentis. v. ſi quis. Sic iuſtus deus Adam peccante: omẽs poſteros ſuos temporaliter puniuit. Item puniũtur paruuli pro patribus fame: et huiuſmodi ratione redundationis: quia patres videntes eos ſic affligi plus affligunt. Sicut ergo ſubtractio poſſeſſionũ et mortalitas animaliũ redundat in ipſos peccatores: nec ꝓpter ipſas ſit poſſeſſiones vel animalia: ſed ꝓpter pctõres: vt in illorũ ſubtractiõe puniant. Ita punitio et fames paruulorũ in parentes: qui hec vident: redundat. Sic Dauid puniuit morte filij. ij. Reg. xij. dicẽs. Filius q̃ natus eſt tibi moriet. Eos ergo puniendo peccatores: punire intẽdit: ſicut qui cattulũ verberat coram leone: intendens leonẽ per hoc caſtigare. Propter tales ergo cauſas paruuli eius ducti ſunt in captiuitatẽ Threñ. j Et comedẽt mulieres paruulos ſuos Threñ. ij. Et defecit paruulus et lactans in plateis: ibidẽ. Et paruuli petierũt panẽ: et nõ erat qui frangeret eis Threñ. iiij.

¶ Qũtum vo ad maiores: et qui ſunt etatis ꝑfectioris: 8 qui vident eſſe boni: et hmõi peſtilentias minime vident cauſare: qui tamen cũ alijs affligunt: reddit Auguſtinus cauſam de ciuitate dei. li. j. c. iiij. dicens: ꝙ cũ malis affligunt: quia eos nõ corripiunt. Cuius negligentie triplicẽ dicit eſſe cauſam: laborem: verecundiã et cupiditatẽ: quia tepidi ſumus in his que ad deum et noſtram et ꝓximorũ pertinẽt ſalutẽ. Et etiã verecundi laborem nolumus impẽdere: et vbi labor nõ requiritur verecũdia nos retrahit. Quos vo nec labor nec verecũdia retrahit: impedit cupiditas. Cum videlicet eorũ inimicitias deuitamus: ne impediant vel noceãt in iſtis temporalibus: ſiue quas adipiſci adhuc appetit noſtra cupiditas: ſiue quas amittere formidat infirmitas. Iure ergo eis iſtam vitã qñꝙ̃ amarã ſentiunt: cuius amãdo dulcedinẽ peccatoribus amarã eſſe noluerũt. Huic cõcordat decretũ. diſ. xlv. ſed illud. Et accipit ex verbis Hieronymi ſup Hieremiã. Vno inq̃t peccãte ira dei in populũ deſeuit vel venit. Et querit

quomõ hoc accidere poteſt. Et reſpõdet: qñ inquit ſa
cerdotes qui populo pſunt erga delinquẽtes beniuoli
videri volunt et verentes peccantiũ linguas: ne forte
de eis male loquerent̃ ſacerdotalis ſeueritatis imme-
mores: nolunt cõplere qđ ſcriptum eſt. j. Timoth. v.
Peccantẽ coram omnibus argue: vt ceteri metum ha-
beant. Nec illud apoſtoli. j. Cor. v. Tradidi hmõi ſa
thane in interitũ carnis: vt ſpũs ſaluus fiat. Que eſt
iſta bonitas et miſericordia vni parcere et omnes in
diſcrimen ducere? Polluit̃ enĩ populus ex vno pecca-
tore: ſicut grex ex oue morbida: ſicut patz. E. vij. 4. Et
J. xiij. 39. et. 40. Patet ergo ex his Auguſtini et Hie
ronymi verbis: ꝙ illi qui bonorũ viroꝝ locum tenent
qui etiam boni apud mundũ reputant̃ in tribulatio-
nibus non ſunt imunes: dum illis qui tẽpeſtates cau-
ſant ſunt nimis ſociales: qui vo in nullo cõſimili reus
eſt: ideo cum eis affligit̃: vt meritũ et gaudiũ ei in celo
amplius cumulet̃. Et ꝓpter alias cauſas: de quibꝫ in-
fra. e. c. xxxiiij. Propter has enĩ cauſas multe tribula-
tiones iuſtorum: in pſ. xxxiij.
Arti. iij. ¶ Ex quo omnes tribulatiões ex peccato cauſantur.
9 Et boni etiã ꝓpter malorũ ſocietatẽ tribulant̃: mirabi-
le eſt quare mali frequẽter in hoc mũdo minus tribu-
lant̃: quia ex hoc: ꝙ ipſi ſunt tribulatiõis cauſa: videt̃
ꝙ ipſi debeant plus tribulari. Sed hoc mirabile eſſe
non debet: tribulationẽ et modum tribulationis: tam
bonorũ ꝙ̃ malorũ conſideranti. Deus enĩ ſe habet ad
bonos ⁊ malos: ſicut rex ad filios et ꝓditores. Et ſicut
maritus ad vxorem: quã diligit et incorrigibilem. Et
ſicut medicus ad infirmũ de quo eſt ſpes cõualeſcẽdi
et ad deſperatũ. Quia ſi rex filios frequẽter delinquẽ-
tes: frequẽter et quaſi cõtinue caſtigari et verberari ꝑ-
mittit: ꝓditor autem qui virgam correctionis nõ ſen-
tit: in fine ſuſpendit̃. Ita qui filij: virga frequẽter cor-
rigunt̃: ꝓditor vo patibulo et gladio: et hoc ſemel ⁊ fi
naliter. Ita ſimplices ⁊ mediocres fideles virga famis
et tribulationis hic frequenter verberant̃. Sed diui-
tes et peſſimi: quos famis et tribulatio non atttingit:
ducunt in bonis dies ſuos: ſed finaliter tãq̃ ꝓditores
ad inferni patibulum deſcendũt. Iterũ ſicut maritus
qui vxorem diligit: frequẽter reprehẽdit et ad bonũ ꝑ
caſtigationẽ ducere nitit̃: peſſimã vo ad libitũ dimit-
tit. Sicut et pater filium incorrigibilẽ dicens: vade: et
fac qđ vis: nõ amplius intromittã me de te: incaſſum
laboraui: hereditatẽ meam nũq̃ habebis. Talis vxor
gaudendi materiã nõ habet de hoc: ꝙ ſic ad libitũ di-
mittit̃: quia hoc non eſt ꝓpter eius bonitatem ſed ne-
quiciam. Scit enĩ talis filius: quia ſic ad voluntatem
dimittit̃: quia caſtigatione et hereditate reputatur in-
dignus. Sic in ꝓpoſito: qui hic ſunt exempti a nume-
ro flagelloꝝ: ſignum eſt: ꝙ ſunt exempti numero ſpõ-
ſarum et filiorum dei: et hereditate celi priuant̃: et hoc
nõ eſt eis bonum ſignum: ſed optimũ damnatiõis in-
dicium. Idem exemplũ eſt de infirmo a medico deſpe-
10 rato. A. iiij. 3. ¶ Eſt ergo de talibus. id eſt. de bonis q̃
in vita iſta infortunia patiunt̃: et de malis qui in omĩ-
bus ꝓſperant̃ ſicut de hominibꝫ qui vadunt cũ ſole ⁊
cõtra ſolem. Qui enĩ vadũt cum ſole ante eos vmbrã
habẽt: ſed habẽt lumẽ a tergo: qui vo ecõuerſo: habẽt
econuerſo lumen et vmbrã. Sic qui vadunt cum deo
ſicut Noe: de quo Geñ. vj. Cum deo inquit ambula-
uit: multas habẽt tribulationes tedia ⁊ perſecutiones.
Iuxta illud. ij. Timoth. iij. Qui pie volunt viuere cũ
chriſto: perſecutionẽ patient̃. Sed in fine habebũt lu-
men illud: de quo in pſ. xxxv. In lumĩe tuo videbim⁹
lumen. Qui vo cõtra ſolem chriſtum ambulat: habet
quidem lumẽ ꝓſperitatis ante: quia ſeculo et ſeculi di
uitijs fruit̃. Iuxta illud Hieremie. xij. Via impiorũ
ꝓſperat̃. Et bene eſt omnibus qui male agunt. Et il-
lud pſ. lxxij. Ecce ipſi peccatores et abundãtes in ſecu
lo obtinuerũt diuitias. Habet tamẽ duo mala ⁊ duas
tenebras videlicet interiores et exteriores. Interiores
enĩ ſecum portat. Exteriores poſt tergum mortis inuẽ
niet: a quib⁹ iuſtus et hic tribulatus liberabit̃. Primũ
malum eſt: ꝙ qñ tribulatio cõtra eũ ſurgit extra conſo
lationẽ nullam inuenit intra. Vnde Aug. ſuper illud
pſ. xxxvj. In dieb⁹ famis ſaturabunt̃ ⁊c. Malus cũ
tribulari ceperit foris: nihil habet: ablata ſunt omnia.
In cõſcientia nullum ſolatiũ eſt: non eſt quo exeat: q̃a
dura ſunt: nõ eſt quo intret: quia amara vel mala ſunt
Merito ergo fit ei qđ ſequit̃: quia peccatores peribũt.
Quibꝫ enĩ locus nuſq̃ eſt: quõ non peribunt: non enĩ
illis locus eſt in his que foris ſunt: ibi enĩ patiunt̃ tri-
bulationes: nec in illis que intra ſunt: quia conſcientia
illos nõ cõſolat̃: nõ enĩ eſt illi bene ſecum: qui cũ malo
bene eſſe nõ poteſt. Quiſquis aũt malus eſt male ſecũ
eſt: ipſe enĩ pena ſui eſt: fugit ab inimico ille aut quo fu
gere poteſt: formica eſtate colligit: vnde hyeme viuat:
venit enĩ hyems tribulationis: et qui tunc nõ inuenit
qđ edat fame deperit. Vade ergo ad formicã o piger.
Prouerb. vj. Habet ⁊ aliud malum et tenebras exte-
riores poſt mortem eternas: qñ dicere poterit illud. In
tenebris ſtraui lectulum meum cũ illo diuite. Luc. xvj
cui dicit̃. Recepiſti bona ĩ vita tua. Ecce lumẽ ꝓſpe-
ritatis hic. Et Lazarus ſimiliter mala. Ecce tenebrã
ſeu vmbra in hoc mũdo. Nunc vo hic cõſolatur: ecce
lumen poſt. Tu vo cruciaris: ecce tenebre poſt. ¶ Qñ 11
ergo boni tribulationẽ ſuſtinent: cogitent quomodo
deus tribulationẽ ſuſtinuit: quomodo etiã matri ſue
et apoſtolis et martyribus et omnibus amicis ſuis tri
bulationẽ miſit. Iudith. viij. Per multas tribulatio-
nes tranſierũt fideles et gaudent: dicẽtes: cũ quodam Exiij
ſapiente: qui in tali ſtatu ſeipſum ad patientiam horta
batur et cõfortabat: gallice dicens. Deus nũq̃ habuit
amicum: quem nõ confudit in hoc ſeculo: quaſi dice-
ret: ergo nõ eſt vis de me: ſi ego cõfundar. Sic ſe in tri
bulatione confortauit populus dei. ij. Machab. vj. di
cens. Reputet inquit ea que acciderunt nõ ad interitũ
ſed ad correctionẽ eſſe generis noſtri. Etenim nõ mul-
to tempore ſinere peccatoribus ex ſententia agere: ſed
ſtatim vltionem adhibere magni beneficij eſt indiciũ:
nõ enĩ ſicut in alijs nationibꝫ dñs patiẽter expectat vt
eas cum iudicij dies venerit in plenitudine peccatorũ
puniat. ¶ In fine ergo dicent cum illo. B. iiij. 17. Exiij
Mali ergo vidẽtes bonos hic affligi et eos ꝓſperari:
timeãt cogitãtes et loquẽtes de ſeipſis et de ſimilibus
eis: ſicut loquit̃ beatus Gregorius in quadã homel.
Quando inquit cogito Iob ſedentẽ in ſterquilinio.
Ioannẽ eſurientẽ in heremo. Petrũ ſuſpenſum in pa-
tibulo. Iacobũ decollatũ Herodis gladio: hinc con-
ſidero: q̃tum deus puniat quos reprobat: et ſic flagel
lat quos amat. Et reuera magnũ habent timoris mo-
tiuũ: quia ex quo plura dei receperũt beneficia et dona
ſcilicet nature fortune et hmõi: diuitias et delitias ⁊ ho
nores: cõtra que maiora alijs cõmittunt peccata: ⁊ mi-
nus hic purgant̃ vel tribulant̃: veriſimiliter cogitare
poſſunt ꝙ a deo tanq̃ infirmi deſperati deſerunt̃: et a
diabolo tanq̃ animalia mactanda ad deſideriorum
paſcua ducunt̃ et paſcunt̃: vt ad penas eternas refer-
12 uent̃ cũ illis. B. iiij. 10. ¶ Qui enĩ hic a deo deſerit̃ a
demonibꝫ in deſiderijs malis fouet̃: eiq̃ parcũt: nec ita
grauiter in vita iſta illos ꝓſequunt̃ ne terreant̃ vel eũ

Ex†iij fugiant ſicut perſequunt̄ bonos. Sicut patet ꝑ para-
bolam: qua fertur ꝙ in quadam patria horribili tem-
peſtate omnibus campis vaſtatis: cum tempeſtas ad
campum cuiuſdam mali hominis veniret: audita fuit
vox in aere: pertranſite eum quia ipſe eſt totus noſter
Ex†iij et campus eius illeſus remanſit. Illis ergo qui bonos
dicunt ſeipſos vel alios quibus talia ſunt qui gaudēt
de hoc ꝙ mortalitatem vel tempeſtatē vel famem vel
infortunium que plus deſeruiūt: nec tñ cū vicinis pa-
tiunt̄ poſſet dici: ſicut fertur fuiſſe dictū cuidam vſu-
rario conſimili de cauſa glorianti et dicēti: ꝙ bene fuit
cum deo: non inquit alius: ſed multos ſocios habuiſti
in ſocietate demonū: qui circa tempeſtatē illā ſe intro-
miſerūt. Et nō ſolū ꝙ ſic ꝓſperent̄: et in talibꝫ tēpeſta-
tibus eis parcat̄ ex demonū venit aſtutia: ſed etiam ex
dei ꝓuidētia: q̄ vult: ꝙ de bonis q̄ faciūt hic remune-
rent̄: quia nullū bonū irremuneratū. Propter hoc eñ
retribuet abundāter facietibus ſuperbiā: in pſ. xxx.
13 ¶ Sed obijcit̄ ꝙ bonum qđ fit ꝓ amore dei non erit
irremuneratū q̄n remunerabit̄ hic vel alibi: bona vo
que infideles fecerunt ante aduentū chriſti que etiā fa-
ciunt adhuc illi vel mali chriſtiani: nō intēdentes ea ꝓ
deo facere: quare remunerata leguntur: ita ꝙ eis tunc
dederit regna ⁊ imperia. Sicut patet. D. xij. 34. ꝙ nūc
etiā eis diuitias det temporales. Cui reſpōdet̄ ꝙ ſicut
malum et peccatū qđ de ſui natura eſt malum: licet ex
operantis intētione cōtra deū non fiat: impunitum tñ
nō erit: aliter impuniti eſſent qui martyres occiderūt:
quia hoc cōtra deum facere nō intēdebāt: ſed potius
arbitrabant̄ obſequiū ſe preſtare deo: ita videt̄ ꝙ qui
facit opus qđ de ſui natura et de genere moris eſt bo-
num: ſicut paſcere eſuriētē: et hoc facere alteri in bono
qđ ſibi vult fieri qđ faciebāt infideles irremuneratus
omnino nō erit. Sed qui alijs peccatis exigentibus in
alia vita erūt remuneratiōe indigni: in iſta remunera-
buntur: quibus dicet chriſtus. Recepiſtis mercedem
veſtram Matth. vj.
Arti. iiij. ¶ Viſa tribulationū tam in bonis hominibus q̄ in
malis cauſa: vtile videtur cōſiderare qualiter iam cau-
ſatas eas deus reuocare et ceſſare voluerit et per quas
vias et opera ad hoc deuenire poterimus. Pro quo
eſt ſciendum ꝙ per quatuor vias ſeu opera et per qua-
tuor modos orandi hoc obtinere poſſumus.
14 ¶ Prima via eſt omnium malorum confeſſio. Ex quo
enim dictum eſt in articulo primo ꝙ peccatum eſt to-
tius cauſa peſtilentie: neceſſario ſequitur ꝙ deſtructa
per confeſſionem cauſa: ſequitur deſtructio effectus:
ſcilicet tempeſtatis. ¶ Prelati ergo tales vidētes tem-
peſtates et bella imminere: non ſolum deberent popu-
lum ad proceſſiones et orationes indulgentijs indu-
cere: ſed per cenſuras eccleſiaſticas eos ad confeſſionē
et cōmunionem ſicut in quadrageſima fieri ſolet com-
pellere deberent. Ratio eſt: quia indulgentia data ex-
terius peccato retento interius eſt emplaſtrum ſuper
plagam poſitum ferro in vulnere retēto. Melius eñ
eſſet ꝙ populus iret ad confeſſionem: q̄ ad proceſſio-
nem: quia cōfeſſio ſine proceſſione tribulationem mi-
tigabit et non econuerſo. Si ergo tempeſtas ad preces
veſtras: nō ſtatim ceſſet: qđ mirum: quia vix eſt tertia
pars veſtrum ſine peccato mortali. ¶ Nec quiſcunqꝫ
ſane mentis ſe difficilem reddere deberet in tali caſu ad
ad confitendum. Quis enim eſt ita fatuus: qui vide-
ret regem terrenum contra eum iratum intantum ꝙ
contra eum inciperet facere durum proceſſum: et gra-
uiſſimas accipere vindictas: qui eum confeſſione fa-
cta ſacerdoti non placaret ſi poſſet: et maxime ſi ſciret
ꝙ in culpa eſſet: ⁊ ꝙ rex iuſte contra eum procederet.
Ita in propoſito: quis eſt qui per apertiſſima ſigna
videt deum iratum: qui non dicit cum illo Eſaie. xij.
Cōfitebor tibi quoniam iratus es mihi. Si hoc pure
fecerit: deum ſibi reconciliabit: et vindicta ceſſabit. Et
dicet qđ ſequitur. Conuerſus eſt furor tuus: et conſo-
latus es me. ¶ Sed quia parum valet confeſſio: niſi
ceſſetur ab operibus malis: que ſunt tempeſtatum oc-
caſio. ¶ Secunda via eſt omnium operum malo- 15
rum: que mundum mutant et turbant et abuſus crea-
turarum dei: ceſſatio. Cum enim omnes creature quo-
dammodo ad noſtrum ſeruitiū et ſolatium facte ſint.
Sicut patet: A. x. 10. vt nos illarum accipientes ſerui-
tutem vtilem vel bonam bene et digne ſeruirem⁹ deo:
iuſtum fuit ꝙ q̄diu nos bene deo ſeruiuimus et crea-
turis ſuis ad eius vtebamur ſeruitium et honorem et
noſtrum vt deberemus ſolatium: ꝙ mundus cum
omnibus elementis et contentis ordinate nobis ſer-
uiret. At vbi incepimus eſſe nouitatum inuentores:
deo deordinati et odibiles: et creaturis ſuis contra
eum abuti in ſuperbiam iuſte permittit: immo facit
mundum cum elementis ⁊ omnibus creaturis nobis
deordinari: vt ſicut deo ſeruimus: ita illa nobis ſeruiāt 16
Et q̄a nō pōt oſtendi: quō a creaturarū abuſu ceſſare
debeāt: niſi oſtēdat̄ prius quō his abutunt̄: pri⁹ reſtat
oſtēdere quō in his delinquūt: quo viſo min⁹ erit mi-
rabile ꝙ illis omnibꝫ affligimur. ¶ Tempus eñ pul
chrum in choreis et cātilenis luxurioſis et curioſitati-
bus ad laſciuiā ꝓuocātibꝫ: cōtra deū expēdebāt: ſicut
patet. C. xv. per totū. ¶ Tpe vo pacifico maiores vte-
bant̄ ludis ꝓhibitis: ſicut torneamētis ⁊ hmōi: mino-
res vo in cupiditatib⁹ et bellis inteſtinis et ꝑuatis: ira
videlicet inuidia et nocumētis mutuis. Fructibꝫ ⁊ ter-
re fertilitate abutebant̄ in gula et ebrietate: plus ad vo
luptatē q̄ ad neceſſitatē. Animalibꝫ etiā abutunt̄: vel
q̄ illa cōtra dei ꝑcepta tenēt: ſicut illi q̄ plura habent
aīalia: de q̄bꝫ minimū nō occidūt vt vitā fame morē-
tis ſeruēt. Sicut ergo ab ingrato etiā prius data reuo-
cant̄: ſicut patet in. c. de gratitudine. Et. F. iij. 14. et. 15
Et. F. v. 5. et. 23. Et ſicut a baliuo veſtro in vno infi-
deli multa aufertis et ſuſpēditis. Ita de⁹ cui in tali ne-
ceſſitate vnū animal non dat̄: alia reuocat et in multis
alijs punit. Si eñ aliqua illorum eſſent deo data alia
mortalitate non occiderent̄. Sed quia nolunt minima
dare: maiora in mortalitate et bello amittūt. Vel quia
illarū lanā in tot vanitatibꝫ et ſuperbijs contra deum
expendūt. De illarū nāqꝫ lana ſolebant portare robas
et veſtes vni⁹ coloris vel recte ſtragulatas et recte ac-
quiſitas: ſed modo erit de multis coloribꝫ et cum mul
tis maledictionibꝫ: quia ſicut illas portāt atrauers. id
eſt. ex tranſuerſo ita ipſas lucrant̄: quia dū paucis fue-
rūt robis ſm cōditionē ſui ſtatus cōtenti: de redditibꝫ
ſuis eas emerūt: nūc vo q̄a elati ſunt: mltas et varias
varijs modis ſciſſas et ſumptuoſis modis pictas in-
gēmatas et deauratas portāt: q̄a vo multos timēt vt-
pote q̄a multos offendūt et deū pacis cū eis nō habēt
multas et vltra vires robas alijs dant: quibꝫ ab emu-
lis ſperāt defendi vel iniuſte vindicari vel iniuſte ca-
piunt obtinere: quas oēs cū alijs vanis expenſis q̄ de
redditibꝫ proprijs ſoluere nequiūt: de ſubditis rapiunt:
de mercatoribꝫ ad vſuras mutuāt: qđ tarde vel nunq̄
ſoluunt: quia deum pacis cum eis non habent: ſicut 17
patet. E. iij. 22. ¶ Argento etiam abutuntur: quia qđ
factum eſt vt pro expēſis ſoluatur: illud in alios vſus
expendunt: inde vaſa et ornamenta precioſa facien-
do: vt de argento comedant: et ramuſculum corſi

ꝓ cibo ſoluant. Melioꝛ fuit modus antiquitus co-
medere videlicet de ligno: et ſoluere pecuniã: ꝙ econ-
uerſo. Ille enĩ modus fuit ſanioꝛ ꝓ anima ementiũ et
vtilioꝛ ꝓ vendẽtibꝫ: quia melius et cordi delectabiliꝰ
eſſet ꝑcis habere ſex denarios ſtatim ſolutos: ꝙ talliã
quinqꝫ ſolidoꝝ q̃ nũqꝫ ſoluent. Heu mutatꝰ eſt co-
loꝛ optimꝰ. Immo nõ ſolũ coloꝛ ſed valoꝛ qꝛ moneta
quarundã terraꝝ q̃ ſolebat eſſe optima qꝛ argẽtea: nũc
eſt peſſima: qꝛ lignea q̃ꝫtũ ad illos de quibꝫ patria cla-
mat: qꝛ nihil ſoluũt niſi ramuſculos queruli. Nũc vͦ
aliarũ ꝑualet moneta terrarũ: qꝛ melioꝛ eſt moneta cu-
prea ꝙ lignea: de hac materia nota. B.ij. 24. De hac
vͦ monete mutatiõe videt̃ ꝓphetaſſe Eſaias. j. Argẽ-
tũ inq̃t tuũ verſum eſt in ſcoꝛiã. Et quaſi cauſam aſſi-
gnãs: ait. Principes tui infideles: q̃ ſicut male lucrant̃
ita male expendũt: qꝛ argẽtũ illoꝛũ libẽtius expendũt
ad aliã ꝙ ad eccleſie fabricã: vt modo quo venit vadat
et finis principio cõformet̃. Legibꝫ etiã et iuribꝫ abu-
18 tunt̃: ſic patet. A. xiiij. 8. In iſtis enĩ eſt mirabilis mu-
tatio: q̃a pauci legiſte eſſe ſolebant et magna equitas:
modo ecõuerſo multi ſunt tales et parua veritas: pau-
ca eſſe ſolebãt iuramẽta ⁊ magna fidelitas: minimo iu-
ramẽto credebat̃: modo tñ iurant: ꝙ nemo eis credit.
Omnibꝫ etiã officijs abutunt̃: et miniſterijs et artibꝰ:
q̃a dũ in officijs diuerſis miniſtri ducebant̃: fideliꝰ ea
peregerũt. Sed poſtqꝫ ea emerũt: oĩa ꝑuerterunt. Sic
cõiter quaſi in omñi arte mechanica plus ſolito ſtudet̃
ad vanitatẽ et nouitatẽ: ex quo ſequit̃ opa illoꝝ nouo
modo facta libris nouis aſſimilant̃ q̃ omẽs ſunt falſi.
Et in omĩbꝫ iſtis vanitas vanitatũ: ⁊ omnia vanitas
Eccl's. j. Et qđ mirabile eſt ꝙ rebꝫ abutunt̃ exterioribꝫ
ex q̃ aĩabꝫ ⁊ corpibꝫ ⁊ ſtatu abutunt̃ ꝓprio: maioꝛ enĩ
ps hoĩm aĩam ⁊ oĩa mẽbra corpis potiꝰ ⁊ libentiꝰ dia
boli ꝙ dei exponũt ſeruitio ⁊ hꝫ a iuuẽtute. Maioꝛem
enim maliciam in cupiditatibus ⁊ iuramentis ⁊ alijs
ſcit mõ puer ꝙ ſolebat ſcire ſenex: hꝫ q̃tũ ad aĩaꝫ. Q̃tũ
vͦ ad corpis mẽbra oculos omñi exponunt vanitati in
vidẽdo. Os omñi iurationi ⁊ falſitati ⁊ deriſioni ⁊ de-
tractioni. Aures libentiꝰ male auditioni ꝙ ꝑdicatiõi.
Mẽbra inferioꝛa luxurie. Manꝰ illoꝛũ ſanguine ple-
ne ſunt ad pugnandũ ꝑcutiendũ furãdũ pare. Pedes
illoꝝ ad malũ currũt Prouer. j. Et breuiter a plãta pe-
dis vſqꝫ ad verticẽ capitis ⁊c̃. Eſa. j. Statu etiã ꝓprio
intantũ abutunt̃ ꝙ vix eſt aliq̃s de ſtatu ſuo ꝯtentus:
vel q̃ꝫtũ ad acquiſitionẽ ſicut oſtenſuꝫ eſt. A. xxvij. 5.
Vel q̃ꝫtũ ad victũ vel veſtitũ: qꝛ clerici in habitu ⁊ tõ-
ſura excepto ꝙ forte pannꝰ eſt vnius coloꝛis: vadunt:
ſicut armigeri: ꝑlati ſicut milites vxoꝛes ciuium vel ar
migerũ ſicut militũ vel regũ. Et ſic pijſſime deꝰ ſuper-
19 bia eoꝝ q̃ te oderũt aſcẽdit ſemꝑ: pſ̃. lxxiij. ¶ Iſte ḡ pre
dicte nouitates ⁊ rerũ abuſus ⁊ falſitates: nouas cau-
ſant tẽpeſtates: iſti ſunt planete q̃ tẽpeſtatibꝫ ⁊ pluuijs
⁊ bellis illos nouitatũ inuẽtoꝛes: ⁊ alios rõne ſocieta-
tis toꝛquent. Qđ enĩ mirabile eſt vel quã iuſticiã facit
deus ſi illos qui omnibus creaturis coꝛpoꝛalibus eti-
am ⁊ aĩabus ꝓprijs abutuntur ⁊ cum illis contra deũ
militant: eumqꝫ ſuis expugnant donis omnibus affli
gat: ⁊ cuncta que ad eoꝛum ſolatium creata ſunt: dum
illis abutuntur: cuncta ad illoꝛum conuertat doloꝛem
vt ſcḋm beatum Gregoriũ in Homel'. Erunt ſigna ⁊c̃.
Qui in cunctis delinquimus: in cunctis feriamur: vt
incipiendo a primis tempus pulchꝛum inpluuioſum
conuertatur ꝙ choꝛeatrices impediat: ⁊ ita frequenter
licet forte non ita alte clamare faciat pre fame ⁊ miſe-
ria lachꝛymando ſicut prius riſit ⁊ clamauit tripudiã-
do. Et ſicut de nocte vigilant ⁊ de die doꝛmiunt noctẽ
vertentes in diem ⁊ econuerſo. Ita eſtas conuertatur
eis in hyemem ⁊ ecõuerſo. Tempus pacis hac de cau-
ſa in tempus conuartatur belloꝛum. Tertia etiam pre
dicta đ cauſa conuertatur in ſterilitatem. Animalia in
moꝛtalitatem quã tꝑibꝫ iſtis ſpecialiter vidimꝰ de bo
bus maioꝛẽ ꝙ antea factã audierimꝰ vel legerimꝰ: qđ
nõ eſt niſi qꝛ hoĩes deteriant̃. Iuxta illud Hiere. xij.
Propter maliciã habitantiũ in ea ꝯſumptũ eſt animal
Ideo etiam tempoꝛa in peius mutant̃. Et quod mira
bile eſt ſi monete argenti predicta de cauſa deficiant le
ges lacerentur: iuratoꝛes ⁊ miniſtri falſi reputentur ar
tifices depauperẽtur: coꝛpoꝛa infirmentur: ⁊ diuerſis
modis occidantur. Anime perdant̃ ⁊ ſtatus illoꝝ ob-
liuioni perpetue tradatur. Et ſic finaliter de nullo gau
deant quo male vſi fuerant: ſed ab omnibus rebus il-
lis in coꝛpoꝛe ſimul ⁊ anima toꝛqueãtur: in quo toꝛ-
mento cuncta que ad vſum prauitatis flectimus ad
vſum nobis conuertuntur vltionis. Beatus Gre-
goꝛius in Homelia predicta: ſicut oſtenſum. A. x. 11.
iuſti iudicis iuſſu Apocal'. xviij. Quãtũ inquit fuit in
fidelis ⁊ quãtũ gloꝛificauit ſe: tantũ date ei ⁊c̃. vt a ce-
teris creaturis abiecti ſolius ignis ⁊ demonis ſocietatẽ
habeat. Predictis vͦ planetis ceſſantibꝫ ne ipi ampliꝰ
regnant ceſſabũt peſtilẽtie tam hic ꝙ in futuro: qꝛ di-
cit lex eccleſie ꝙ quem innocẽtia adiuuat: dignum eſt
vt alis caſtigatio non affligat. ij. q. iiij. mennã. Et. iij.
q. ix. dignum. Sed vix eſt ſpes ꝙ mundus vnqꝫ rede-
at ad antiquam fertilitatẽ in terra ⁊ mari ⁊ vbiqꝫ quã
antiquitꝰ dicitur habuiſſe: ſicut nec homines ad anti-
quam bonitatẽ. quia ſicut mundo decreſcente: decre-
ſit etas ⁊ vigoꝛ coꝛpoꝛis: ita refrigeſcit charitas multo-
rum Math. xxiiij. Sed quia non ſufficit ad peſtilentia 20
rum mitigationem confeſſio: vel a malis predictis ceſ-
ſatio: niſi etiam de commiſſis fiat ſatiſfactio. Ideo ter-
tia via ⁊ modus eſt de preteritis malis ſatiſfactio: et
eſt ex defectu pꝛonūciantis:qn̄q3 ex defectu audientis. Verbū nanq3 dei ſe habet ad modū gladij:de quo ad Heb.iiij. Viuus eſt em̄ ſermo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilioꝛ om̄i gladio ancipiti.ad Eph.vj. Sumite gladium ſpiritus qđ eſt verbum dei. Qꝫ aūt gladius bon9 in percutiendo deficit ab effectu optato: vtpote ab occiſione illius qui moꝛti adiudicat̄ pōt eſſe debilitas percutientis: aut duricia rei pcuſſe. Sic in ꝓpoſito verbū dei deficit: vel q2 pꝛonūciatoꝛ eius eſt ſpūaliter debilis et inhabilis:de quo in Pſ̄.xlix. Peccatoꝛi aūt dixit de9 quare tu enarras iuſticias meas ⁊c̄. vel quia dura percutit coꝛda peccatoꝝ. Induratū inquit eſt coꝛ Pharaonis. De verbis nanq3 que ſup tales cadunt: dicitur Math.xiij. ꝙ aliud cecidit ſuper petrā ⁊ natū aruit: q2 nō habuit humoꝛē. Criſoſtomus vō in impfecto:homel̄.xlviij. tales compat terre arenoſe: que q̄nis pluuiam ſuſceperit:tamē quia nullos in ſe tenet humoꝛes ſemp aret. Tales ſunt ſicut rete: qđ tm̄ plenū eſt dum eſt in aqua. Et ſicut cribꝛū qđ ſolas paleas retinet: ſicut oſtenſum eſt. A.xxvj.F. Sic iſti que vident̄ ex erroꝛe dicta retinēt: ⁊ ex illis tam loquentē q̄3 verba diffamare nitunt̄:quib9 dicit̄.j.Theſſal̄.j. A vobis diffamatus eſt ſermo domini.

¶ Non tamē ꝓpter hoc eſt a doctrina ceſſandū:ſed frequenter eſt pꝛedicandū ꝓpter tria. Pꝛimo ꝓpter neceſſitatem. Secūdo ꝓpter ꝓꝓꝛiam voluntatē. Tertio ꝓpter Arti.ij.

vtilitatē auditoꝝ. ¶ Qꝛtum ad pꝛimū:ſi neceſſariū eſt 3

illi qui pꝛeponit̄ filijs vel familie alicui9 ad eos paſcēdum:frequēter paſcere: ⁊ ſi aliqn̄ ex infirmitate cibum non recipiant vel nō retineant: nō tamē pōt ſine moꝛtis illoꝝ et ꝓꝓꝛie et perditionis periculo totaliter ſe ab illis retrahere:ne eis cibū offerat:imo quāto infirmioꝛes ſunt tanto frequētius eſt eis cibus offerēdus. Sic de illo:quē conſtituit dominus ſuper familiā ſuam vt det illis cibum in tempoꝛe:om̄ibus debet cibum offerre animarū. de quo Math.iiij. Non in ſolo pane viuit homo:ſed in om̄i verbo dei ⁊c̄. Nō tm̄ maioꝛibus et vbi emolimentū ſperat tempoꝛale:ſed etiam paupeꝛibus: ne dicatur: ꝙ in eius defectu paruuli petierunt panem: ⁊ non erat: qui frangeret eis Thꝛen̄.iiij. Nec tm̄ libenter illud recipiētibus: ſed etiā illud ſemel vel bis abijcientibus: quia tales infirmi ſunt ſpūaliter et monſtruoſi. Exemplo illius qui in verbis ſuis mōſtra placauit Eccl̄.xlv. Vide plura ad iſtud ꝓpoſitum.P. 4

xij.arti.vij. Secundo ꝓpter ꝓꝓꝛiam vtilitatem: q2 mercedem non amittes etiam ſi nullus ſequatur effectus. Sicut patet per hiſtoꝛiam qua fertur beatū Gregoꝛiū Extrā

cuidam reſpōdiſſe epiſcopo: querenti de ſua frequenti pꝛedicatione:de qua nulla ſequebat̄ in auditoꝛib9 vtilitas. Ethiops inquit ita niger balneū exit:ſicut intrauit:et tamē balneatoꝛ mercedem accipit. Sic in ꝓpoſito:quia vnuſquiſq3 ꝓꝓꝛiā mercedem recipiet ſm̄ ꝓꝓꝛiū laboꝛem: ergo pꝛedica verbum inſta opoꝛtune.ij.Timoth.iiij. ¶ Tertio ꝓpter vtilitatem auditoꝛū ſperatā: qui licet pꝛima vice non cōuertant̄: iterum poterunt: ſicut patet.P.xij.24. et licet in vno loco fructum nō faciat poterit in alio. Sol em̄ vbiq3 lucet: ⁊ tamen vbiq3 aurum nō generat: ſed in terra ad hoc diſpoſita ⁊ de9 vbiq3 pluit:in mare ⁊ ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos: ⁊ tm̄ illa

pluuia nō vbiqꝫ fructū producit: ſ; in locis diſpoſitis. Et Iſaac non tm̄ Iacob: ſed etiā Eſau benedixit. Vn̄ Auguſtinus li. de benedictionibus Eſau et Iacob. Simul inquit pluit dn̄s ſuper ſegetes ⁊ ſuper ſpinas: ſed ſegeti pluit ad horreū: ſpinis ad ignem: ⁊ tamē vna eſt pluuia. Sic verbū dn̄i oēs compluat Deut. xxxij. Audiat terra verba oris mei: bene conueniat auditori vtrū illam recipiat ad horreū celi vel ad ignem inferni: quia ex voluntate auditorꝫ eſt: ꝙ ex illa producunt fructū ſalutis animarū: vel ſpinas pungentiū peccatorum. Propter qđ Hieronymus ſup illud pſ̄. cxlvij. Ex adipe frumenti ſatiat te: compat verba dei manne. Quicqđ inquit volueris ex ſermone dei naſcitur: ſicut tradunt iudei: quoniā māna ſm voluntatē cuiuſcūqꝫ ſic ſapiebat in ore illius. j. Cor. j. Verbum crucis pereuntibus quidē ſtulticia eſt: his aūt qui ſalui fiunt. id
5 eſt nobis virtus dei eſt. ¶ Eſt ergo de verbo dei ⁊ auditoribus eius ſicut de igne ⁊ lignis in igne poſitis: qꝛ ſicut ignis operaꝛ in lignis: ſm lignorū conditionem: quia in ligno viridi vel putrido vel aquoſo: nō habet tantā efficaciam ſicut in ſicco ⁊ diſpoſito: ⁊ tamē in ligno viridi ⁊ aquoſo p frequentiā ⁊ perſeuerantiā finaliꝫ eundē educet effectū quē in ligno diſpoſito in pma producit appoſitione: quia primo pducit fumū: ſecundo aquam: tertio flammā claram: qui eſt vltimus effectus quem in ligno diſpoſito pducere poteſt. Sic verbum dei in viridi iuuene ⁊ putrido ſene: primo educit fumū murmurationis ⁊ oblocutionis: iterum aquam producit lachrymarū ⁊ compunctionis: quādo meliꝰ recordantur ſicut Petrus Math. xxvj. Recordatus Petrus verbi: quod dixit ei dominꝰ: egreſſus foras: fleuit amare. Tertio flammam producit charitatis: et ſic patet illud Hieremie. xxiij. Nonne verba mea vt ignis ardens.

Arti. iij. ¶ Ex iam dictis patet: ꝙ ad hoc ꝙ ſermo dei capiat in vobis ſalutis effectum: oportet ꝙ in vobis ſit humili-
6 tatis ⁊ debite diſpoſitionis conditio. ¶ Circa cuius articuli oſtenſionē duo ſunt declaranda. Primo ꝙ tam nuncij dei ꝙ̄ verba que loquuntur ſunt honorandi et in reuerentia habendi. Secūdo vtilitas oſtendeꝛ: que ex hoc ſequiꝛ. Primū patet: primo per exemplū de reuerentia que exhibeꝛ nuncijs ⁊ verbis regis. Secūdo p legem ciuilem: in qua continetur: ꝙ omnē reuerentiā debemus nuncijs imperatoris. C. li. vij. ti. quando prouocare non eſt neceſſe. l. omnē honorē. Tertio per ſacram ſcripturā: in qua de bonis legitur. j. Theſſal. ij. Nō accepiſtis vt verbum hominū: ſed vt verbū dei. Iſtis ergo informati exemplis legibus ⁊ autoritatibꝫ: in manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum: qđ poteſt ſaluare animas veſtras Iacobi. p̄. In qua autoritate notaꝛ ſecunda pars huius articuli. id eſt deuote auditionis verbi dei vtilitas. Pro q̄ eſt aduertendū ꝙ hec quinqꝫ inducit ⁊ cauſat vtilitates. Primo nāqꝫ illuminat ignorantes: ſicut lumē ſolis illuminat ſedentes in tenebris in Pſ̄. cxviij. Lucerna pedibus meis: verbū tuū. Hanc lucernā nobis miſit deus pater per filium ſuum: ⁊ per multos alios ad moduꝫ amici: qui ſciens amicū ſuum oportere de nocte ad ipſum venire: ei miniſtros mittit cum lucerna vel lucernis: ne in via erret vel turpiter cadat. Sic deus miſit nobis: vt ſine errore ⁊ caſu ad hoſpitiū ſuum in celo veniamus: vt lumē abundantius haberemus: voluit lucernam benedicti filij ſui in multis locis a crucifixoribꝫ perforari: ⁊ verbum ſuū a pdicatoribꝫ multipliciter exponi: ſciens ꝙ lucerna in qua plures ſunt feneſtre: lumē clare cōmunicat: ſi hec cuius feneſtre ſunt chriſti vulnera ⁊ omniū ſanctorum doctrina exempla: in quibus clare omnibus oſtendit vultum anime: ⁊ quid agendum fugiendumve ſit: ⁊ non decipit intuentes: ſicut ſapientia mundi que ad modum lune ſeu luminis candelarū que non ſunt pulchra: facit pulchra apparere: ꝓpter qđ ne decipiaꝛ: iſtam lucernam ꝓpheta ſpecialiter petiuit dicens
Lucerna pedibus meis: verbū tuum. ¶ Secūdo ira- 7
cundos et inuidos quaſi congelatos liquefacit. Sed eſt aduertendū ꝙ ſicut lumen ⁊ calor ſolis non liquefacit ferrum ſed glaciem. Ita verbum dei raro liquefacit in antiqua malicia vel odio quaſi ferrū induratos: ſed quo ad alios emittet verbum ſuū et liquefaciet ea: in Pſ̄. cxlvij. Qui vo volunt omnino damnari indurantur. Math. xv. Hoc verbo pharisei ſcandalizati ſunt. Tertio mundat: nam ad modū quo ventus mūdat granum a paleis: verbum dei mundat homines a culpis. j. Timoth. iiij. Sanctificaꝛ per verbum. Et ad modum quo aqua mundat ſordes corporꝫ. Ita aqua illa de qua Ezech. xxxvj. Effundā ſup vos aquā mundam: ⁊ mūdabimi ab omnibus inquinamētis veſtris: in qua lauamini mūdi eſtote Eſaie. p̄. qꝛ mūdat ab oībus ſordibꝰ animarū Ioan. xv. Iam vos mūdi eſtis ꝓpter ſermonē quē locutus ſum vobis. Sed eſt aduertendum ꝙ ſicut non omnis aqua mūdat: ſed illa que eſt in ſe clara. Ita non omne verbum vel ſapientia animā lauat: ſed ille fons clarus: de quo Eccl̄. p̄. Fons ſapientie verbuꝫ dei excelſis. Quarto vitā dat grē. Sed ſicut ſignum mortis eſt in infirmo: quādo cibū nō retinet. Ita ſm beatū Grego. ſignū eſt mortis eterne: quando homo nō retinet verba dei: de quibus Ioan. vj. Verba vite eterne habes. Quinto ad regna celeſtia ducit. Eſt nanqꝫ de illo ſicut de fonte: quia ſicut fons ducit ad altitudinē originis. Sic verbū dei ad deū: de quo Ioā. j. In principio erat verbum. Sicut ergo operarius: cui magna promittiꝛ merces: dicit in ſpe ⁊ gaudio fortiter agam. Ita vos dicētes illud Hiere. xv. Factū eſt verbum tuū mihi in gaudiū: de quo ipm frequēter cōmemoremus dicētes illud Pſ̄. cxviij. Memor eſto verbi tui in quo mihi ſpem dediſti.

¶ Sed ad hoc ꝙ ſpem in illo habeamꝰ oportet ꝙ do- Arti. iiij.
centes ⁊ audientes illud ope impleamꝰ: qꝛ quid valet aliū docere: ꝙ maculā abſtergat: ei qui maculā in ꝓpria 8
nō tergit faciē: cū turpe ſit doctori quē culpa redarguit quā in alio reprehendit. Tales enī ſunt ſicut fabricatores arce Noe: p quā alij ſeruabanꝛ ⁊ ſaluabanꝛ ⁊ ipſi in diluuio perierūt. Vel quid valet audire quō ⁊ vbi maculā abſtergere deberet: niſi illā tergat. Eſtote ergo factores verbi Iacobi. j. Sed aliq auditores ſunt ſicut fere beſtie: qꝛ ſicut ipſe nō libēter audiūt: imo fugiūt latratū canū: ⁊ ſurdus nō delectaꝛ in cithara: nec cecus ī lumine. Ita nec ipſi in audiēdo vel faciēdo verba dei: qꝛ nō recipit ſtultus vba prudētie Prouer. xviij. Immo qđ peiꝰ eſt q̄ auribꝫ audit: opibus deſtruit: ⁊ pdicanti detrahit ſeu docēti. Cuiꝰ cauſa iam ptacta eſt qꝛ verbū eſt ſicut ignis: de q̄ in pſ̄. cxviij. Ignitū eloquiū tuū ⁊c̄. Ignis aūt poſitꝰ in vaſe pleno aromatibꝫ cauſat ſuauem odorē: ſulphur vo cauſat fetorē. Sic verbū dei cauſat in illis q̄ ſunt pleni pctīs. id eſt. oſtēdit q̄les ſunt: q̄n vicꝫ in quocūqꝫ impleꝛ ⁊ oſtendiꝛ illud Eccl̄. xxix. Loqueꝛ verba tedij ⁊ murmuratiōis ⁊c̄. Quorꝫ periculū p exēplū oſtendiꝛ legis ciuilis: qꝛ ſi mulctari debet in quinqꝫginta aureis: q̄ cum vanga vel alio inſtrumēto albū deſtruit pretoris. i. verba ſua ſeu ſententiā vel edictū pretoris in alto loco poſitū: ſicut patet in ff. ve. li. ij. ti. de iuriſdic. om. iud. l. ſi q̄s illō. Et inſtit. li. iiij. ti. de actio. §. penales. Mltomagis qui verba dei

verbo vel opere ꝓuocauerit: deterioꝛa mereꝛ ſupplicia:
de quibus Eccles. x. Initium verboꝝ illius ſtulticia
et nouiſſimū oꝛis illius erroꝛ peſſimus.
Arti.v. ¶ Quātum ad quintū verba dubia ſeu obſcura interp̄tari debent ſm iura contra loquentē: qui potuit clari⁹
9 dixiſſe: ſicut patit. ff. de pactis. l. veteribus placet. id eſt
in. ff. veteri. l. ij. Sup qua lege ponit glo. caſum de vēdente equum aſſerentem: φ nullum defectum habeat:
niſi φ nō vult aſcendere arboꝛes: poſtmodū detecto φ
nō vult tranſire pontem ligneum: nō valet venditio:
deceptoꝛ rehabebit equum ſuū: quia verbis obſcuris
decepit innocentē: de quo Prouerb. xiiij. Innocēs credit omī verbo. Nota alias leges huic concoꝛdantes.
M. vj. 10. ⁊c.

V. iij. **Viarum. Primo ponetur** diſtinctio: oſtendendo φ omēs vadunt p viā
neceſſitatis ⁊ hoc periculoſe. Secūdo oſtendeꝛ: φ plurimi currūt per viā culpe ad penam ⁊ quomō. Tertio
φ pauci ambulant per viam gratie ad gloꝛiam et per
quas ſemitas. Quarto per ſenſibilia exempla iſtarum
viarum: ⁊ quātum ad medium: ⁊ quātum ad finem oſtendetur cōuenientia et diuerſitas.

Arti. j. ¶ Ad primū ſic procediꝛ: viarū quedam eſt generalis
peregrinationis: quedā miſerabilis deuiationis: que-
1 dam delectabilis retributionis. Prima eſt neceſſitatis:
ſecūda ⁊ tertia ſunt voluntatis. Prima eſt nature: qua
omēs vadunt ad moꝛtem tempoꝛalē: de qua dicit David ad Salomonē filiū ſuum. iij. Reg. ij. Ego ingrediar viam vniuerſe terre. Secūda ducit ad moꝛtē eternam: de qua Prouer. xiiij. Eſt via que videtur homini
recta: ⁊ nouiſſima eius deducunt ad moꝛtē. Tertia eſt
gratie: que ducit ad vitam immoꝛtalē: de qua in Ps.
cxviij. Viam mandatoꝝ tuoꝝ cucurri cum dilataſti
coꝛ meum: ſcʒ ſuperius verſus te: ſicut patʒ. C. xiiij. 7.
Sicut nāqʒ trocus in ludo pueroꝝ bene currit quādo
ſtricta ſeu arta pars eſt inferius ⁊ latum ſuperius. Sic
nos in via mandatoꝝ quādo coꝛ eſt ſtrictum inferius:
quātum ad ſollicitudinē terrenoꝛum: ⁊ latum ſuperius
quātum ad deſiderium ⁊ occupationē celeſtium: hec eſt
via ſine impedimēto Sapieñ. xix. ¶ In prima via cū
periculo progredimur: cuʒ paupertate egredimur: ad
ſtatum preteritū non regredimur. Primo cum periculo ad moꝛtē ꝓgredimur: ꝓpter triuʒ hoſtiū inſidias: q̄
in via hac qua ambulabā abſcōderūt laqueū mihi. in
Ps. cxlj. Mūdus laqueū cupiditati. Caro laqueū voluptatis. Diabolus laqueū vanitatis. Vñ Anthoni⁹
Exm̄ in vitiſpatrū vidit mundū plenum laqueis ⁊c. ¶ Cōtra primū hoſtem: neceſſe eſt φ miles chriſti armetur
armis iuſticie ⁊ fidelitatis. Cōtra ſecundū armis mūdicie ⁊ caſtitatis. Contra tertiū armis timoꝛis ⁊ humilitatis. Sic parate viam domini Luc. iij. Sed multi ſic
ſe non preparant: quia laqueoꝝ predictoꝝ non vident
pericula ſimiles illi aquile: de qua habetur. S. iij. 15.
Exm̄ ¶ Alij vo ad modū illius parue auicule: de qua ibi fit
mentio ⁊ exemplum: iſtos cauent laqueos ⁊ vias illas
derelinquūt: ſicut fur derelinquit furtū ſuum: quādo
ad iudicem vadit. Ad qd̄ faciendū omēs ꝓpheta hoꝛtatur dicens. Derelinquat impius viā ſuam Eſaie. lv.
Et reuertaꝛ vnuſquiſqʒ a via ſua mala Miere. xviij.
2 ¶ Secūdo cum paupᵗtate egredimur Job. p̄. Nudus
egreſſus ſum ⁊ nudus reuertar Michee. j. Vadā ſpoliatus ſcʒ bonis tpalibus: ab amicis extra: ⁊ bonis ſpiritualib⁹ ab inimicis intra: niſi foꝛtiter me ab illis cuſtodiero. A primis vo nullus ſe cuſtodire pōt niſi bona pmittendo. A ſecūdis niſi foꝛtiter pugnando ⁊ eis
reſiſtendo. Sed heu iſta nō faciūt: quia non cogitant
quō in nouiſſimo aggrauata eſt via Eſaie. ix. Si enim
cogitarent: quomō bona que poſt ſe derelinquūt: ſunt
inter amicos: parētes: executoꝛes ⁊ legatarios ⁊ alios:
ſicut os proiectū inter canes: bona ſua premitterēt: ne
ipſi ea amitterent: ⁊ ne eſſent alijs occaſio ruine. Sed
nōnulli hoc bene ſentiūt: ⁊ tamē bona ſua nō premittunt: quia ſemp preſumunt ſe diutius victuros: quib⁹
frequēter cōtingit: ſicut illi Luc. xij. Stulte hac nocte
repetent animā tuam. Et tūc qui negligit viam ſuam
moꝛtificabiꝛ Prouerb. xix. Tertio ad ſtatum priſtinū 3
nō regredimur. Exemplū de David: qui. ij. Reg. xij.
dicit de filio ſuo moꝛtuo. Ego magis vado ad illū: ille
non reuerteꝛ ad me. Et nō ſolum ille ſed quilibet nr̄m
dicere poteſt illud Job. xvj. Ecce breues anni trāſeūt:
et ſemitam per quā nō reuertar ambulo. ¶ Prima vo
pars huius autoꝛitatis: deberet nos excitare ad viriliter agendū opera ad ſalutē animarū pertinentia: quia
in omī negocio ſiue in ambulatione: ſiue in quacunqʒ
operatione: quādo homo nō habet longum tps: plus
ire vel operari feſtinat. ¶ Secūda vo pars nos mouere deberet ad bonoꝝ operum multiplicationē: qꝛ omia
que nunc agimus vel premittimus: ibi inueniemus.
Sicut ergo ille qui locū mutat ſine ſpe redeundi: nitiꝛ
multa premittere: vel ſecū poꝛtare: ergo ⁊ nos hoc facere deberem⁹. Propter qd̄ diciꝛ Eccles. ix. Quodcūqʒ
facere poteſt manus tua inſtanter operare: quia comedent fructus vie ſue Prouerb. j.
¶ Quātum ad ſecunduʒ tria oſtendenꝛ. Primo qualis Arti. ij.
ſit via perditionis. Secundo φ multi currunt per eā.
Tertio qui ſunt illi. ¶ Quātuʒ ad primū: vbi via dei eſt 4
recta. Iuxta illud Oſee. xiiij. Recte vie domini: iuſti
ambulāt in eis: via diaboli eſt circularis: quia ſicut in
circulo faciendo reditur ad punctum in quo incepit.
Sic peccatoꝛ ſemel peccata ſua deſerens: et iterum ad
eadem rediens: circulum facit redeundo ad peccatum:
qd̄ deſerere videbatur. Sic Samſon oculis erutis: in
mola circūit diaboli Iudicum. xvj. Sic canis reuertitur ad vomitum ſuum: et imprudens iterat ſtulticiā
Prouerbioꝝ. xxvj. Sicqʒ in circūitu impij ambulant
Et iter impioꝛum peribit. in Pſalmo. p̄. In quo caſu
iter ab iterando dicitur: de quoꝛum quolibet Hieremie. ij. Vilis facta es nimis iterans vias tuas. Secūdo eſt retrograda ad modū cancri. Homo nanqʒ cōſtitutus eſt inter celeſtia: que habere debet ante ſe: et
terrena: que habere deberet poſt ſe: quando ergo terrena nimis amat: retrocedit cōtra dei preceptum Gene. xix. Noli reſpicere poſt tergum tuū. Sed talis dicere poteſt illud Threnoꝝ. p̄. Expandit rete pedibus
meis: conuerſa ſum retroꝛſum. ¶ Tertio eſt lubrica ꝓ
tanto: quia ſicut poꝛtantes onus graue in via lubrica
faciliter cadunt in foueam. Ita peccatoꝛes poꝛtantes
onera vſurarum et furtoꝛum et maloꝛum perquiſitorum et alioꝛum peccatoꝝ: faciliter in puteum cadunt
inferni. Ex quibus patet φ via illoꝛum tenebꝛe et lubricum. In Pſalmo. xxxiiij. ¶ Per iſtas vo vias mul 5
ti currunt: quia ſpacioſa eſt via que ducit ad perditionem: et multi vadunt per eam Math. vij. ¶ Primo
ſuperbi: quoꝛum via eſt pericoloſa: quia nimis alta.
Prouerbioꝝ. xvij. Qui altam facit domuʒ ſuam querit ruinam: ⁊ arboꝛ nimis alta proſternitur: ſicut patet
per leges. I. vj. 25. Ideo Eccles. xxxij. dicitur. In via
ruine ne eas: et non offendes. ¶ Secūdo auari: quoꝝ
via eſt laboꝛioſa: quia cum laboꝛe acquirunt: cum timoꝛe ſeruant: et cum doloꝛe perdūt: ⁊ finaliter perdūtur dicētes illud Sapieñ. v. Laſſati ſumus in via ini-

quitatis ⁊ perditionis: ambulauimus vias difficiles:
quid nobis ꝓfuit ⁊c. ¶ Tertio gulosi ⁊ lasciui: quoꝝ
via est damnosa: quia per breuem delectationē ducit
ad penas eternas. Sicut latro per viam viridem ⁊ sua
uem ducit̄ ad patibulum: sic de istis: licet illis aliter vi
deatur: cum inquinate sunt vie illoꝝ in omni tempore.
¶ Quarto inuidi ⁊ iracundi per viam duram: quoꝝ
via semꝑ est amara Eccl. xxi. Via peccantiū complan
tata lapidibus: ⁊ in finem illoꝝ inferi ⁊ tenebre ⁊ pe
ne: ⁊ sic de alijs: in comparatiōe: ad quos dicit̄ in ps. j.
Beatus vir qui nō abijt in consilio impioꝝ: ⁊ in via
peccatoꝝ non stetit. Nam omēs predicti: ⁊ his similes
Exiij decepti sunt: sicut ille: qui debuit fuisse sapiens a stulto
A. xxi. 27. C. v. 9. ergo Beati immaculati in via: qui
ambulant in lege domini: in Ps. cxviij.
Arti. iij. ¶ Circa quoꝝ viam tria dicenda sunt. Primo osten
ditur que sunt vie domini: seu gratie q̄ ducunt ad glo
riam: ⁊ quomō deus conatur nos per illas ducere. Se
6 cundo ꝙ pauci vadunt per eas: ⁊ qui sint illi ⁊ ꝑ quas
semitas vadunt. Tertio quomō multi vias dei amit
tunt. ¶ Quantum ad primum vie dei sunt vie mundicie
iusticie ⁊ ceterarū virtutū: quas deberemus diligēter
querere: ⁊ inuentas sollicite tenere: ad modū peregri
ni qui diligenter querit ⁊ tenet viam que ducit ad vil
lam: seu locum quo tēdit: quāto plus viam que ducit
ad patriā celestē querere debemus dicētes: cum Psal
mista in ps. xxiiij. Vias tuas domine demōstra mihi.
Deus vero qui semꝑ iustoꝝ in his que iuste petunt pre
ces audit: ductores ad nos misit qui vias p̄dictas non
solum ostendant: sed etiā per illas nos ducant. ¶ Pri
mo ⁊ principaliter dilectū filium suū: vt ipsum per tri
plicem sequeremur viam: sicut ostensum est. S. vij. 1.
Secundo matrē suam: vt ipsam sequamur per viā fi
dei. Tertio apostolos qui relictis omnibus secuti sunt
eum: vt ipsos sequamur ꝑ viam paupertatis. Quarto
patriarchas prophetas: vt primos sequamur per viā
miscdie: secūdos per viam veritatis: nam in istis duo
bus vniuerse vie domini miscdia ⁊ veritas: in ps. xxiiij.
Quinto martyres: quoꝝ quilibet dicere potuit illud
psalmi. xvj. Propter verba labioꝝ tuoꝝ ego custodiui
vias duras: vt ipsos sequamur ꝑ viam patientie. Se
xto ꝯfessores: quoꝝ q̄libet dicere potuit illud ps. cxviij.
Viam veritatis elegi: vt ipsos sequamur per viā obe
diētie ⁊ veritatis. Septimo virgines: de quarū q̄libet
deus dicit. Ambulans in via hac: mihi ministrabat: vt
ipsas sequamur per viam mundicie et puritatis. Sic
ergo iustum deduxit dominus per vias rectas Sap. x.
7 Et sic notas mihi fecisti vias vite: in ps. xv. ¶ Deus
nāqꝫ omēs istos mittendo ad modum fecit amici: qui
cum amico suo in extranea patria ductorem mittit: sed
cum hoc ꝙ sic ei ductorē dat: oportet ꝙ ipse etiam du
ctorem sequat̄: aliter in via errabit. Quādo enī plures
per viam vadunt: si ad vnū locum tam p̄cedentes q̄ꝫ
sequentes ire intendant: si p̄cedentes sint certi de via:
et sequētes incerti: necesse est ꝙ sequentes nō tm̄ respi
ciant: sed etiam sollicite sequant̄ p̄cedentes. Sic de no
bis: predicti sancti nos p̄cesserunt in via celi: ⁊ certi su
mus ꝙ illuc per vias p̄dictas ꝑuenerunt. Ab illis er
go interrogate de semitis antiquis: que sit via bona et
ambulate in ea ⁊c. Hieremie. vj. id est. in mūdicia vir
ginū: ⁊ sic de alijs. Et nō desideratis ductores vestros:
ne deficiatis de loco in quo sunt: sed fortiter ꝑseuerate
ad sequendū quēlibet p̄dictoꝝ: quia ſm beatū Grego
riū. Inuanū fortiter currit q̄ anteq̄ꝫ veniat ad metham
deficit. Dicat ergo et opere impleat illud Job. xxiij. Ve
stigia eius secutus est pes meus: viam eius custodiui:

nec declinaui ab ea. ¶ Sed heu Math. vij. Angusta 8
porta est ⁊ arta via que ducit ad vitam: ⁊ pauci ambu
lant per eam. Veritas huius autoritatis in operibus ostē
dit̄. Nā pauci sunt q̄ vadūt ꝑ viam obedientie: ⁊ mul
ti ꝑ viā supbie: pauci qui ꝑ viā amicitie: ⁊ multi ꝑ viā
inuidie: pauci ꝑ viā miscdie iusticie ⁊ charitatis: et multi
ꝑ viā auaricie ⁊ cupiditatis: pauci ꝑ viā pcordie: ⁊ mul
ti ꝑ viā iracūdie: pauci ꝑ viā prudētie castitatis ⁊ sobrie
tatis: ⁊ multi ꝑ viā accidie: luxurie ⁊ gule. Quibus oībus
dr̄ Eccl. ij. Ve his qui ꝑdiderūt iusticiā ⁊ dereliquē
rūt vias rectas: ⁊ diuerterūt in vias prauas. ¶ Quoꝝ 9
aliqui vtilitatē et priuilegiū viarū domini perdunt ꝑ
non vsum. Sicut nāqꝫ habēs seruitutē seu priuilegiū
eundi per prediū alterius: nō vtēdo via illa: per leges
potest illā amittere: sicut patet. ff. de seruitutibus vrbano
rū predioꝝ. l. hec aūt iura. id est. i digesto veteri. li. viij.
Sic in ꝓposito de illis quibus a deo concessum est: ꝙ
possunt ire per viam mandatoꝝ dei: si tpe oportuno ⁊
cōcesso illa via nō vtunt̄ ⁊ libertatē illam ⁊ vtilitatem
vie illius perdūt ⁊c. Ergo hec est via: ambulate in ea:
neqꝫ ad dexterā neqꝫ ad sinistā declinabitis Esaie. xxx.
Vide plures leges huic cōcordantes. P. vij. 49. quas
omēs leges: lex dei: ⁊ sciētia christi cōfirmat Luc. xix.
qui seruū illum qui pecunia ei cōcessa: vsus non fuit:
pecunia illa priuauit: ⁊ insuꝑ ꝓ peccato omissionis pe
nis puniuit eternis. ¶ Alij vero idē perdunt ꝑ abusum 10
sicut illi qui via vita tpe ⁊ oībus donis et priuilegijs:
tam naturalibus q̄ꝫ gratuitis abutitur in supbia ⁊ alijs
modis peccando. Si ergo princeps terrenus ꝑ leges
iuste potest a tali qui priuilegio suo abutitur illud au
ferre: sicut patet. C. de aqueductu. l. eos. id est. in libro
xj. In qua lege cōtinet̄: ꝙ si a principe alicui cōcessum
sit priuilegiū adaquādi decem pecora: adaquando vi
ginti: priuilegiū perdit: quia illo priuilegio abutitur il
lud excedēdo. Sic illis quibus cōcessum est priuilegiū
a deo seu donū vel nature vel gratie quo bona operā
do ire poterūt ad celū: si illud excedant illo male ope
rando: merito illud amittūt. Nota plures leges huic
cōcordātes. A. vj. 3. Quibus cōcordat lex dei Luc. xvj.
qui potestatē villicandi abstulit a villico: qui bona il
lius dissipauit. ¶ Alij vero idem perdunt per cōtrariū
factum. Nam ſm leges: si alicui cōcessum sit ꝙ aquā
ducere possit per viam seu riuulum determinatū ⁊ de
terminate quantitatis: vtputa per meatū vnius pedis
nec illum elargiri poterit vel ad aliū locum transferre.
Si vero ꝯtrariū faciat: illū elargiēdo: illū perdit. Si vero
in duos meatus diuidit: vnū perdit. In primo vero casu
totū ꝑdit: qꝛ ꝑsistit in actu indiuisibili; in secūdo vnū
tm̄: qꝛ vnus meatus ab alio diuidi pōt. ff. de aqua esti
ua. ⁊ pluuiali. l. ij. id est. in digesto nouo. li. j. Et. ff. q̄bus
modis seruitutes amittant̄. l. aqua ⁊. l. si per partē. i. in
digesto veteri. li. viij. Sic in ꝓposito de illis qui non
sunt contenti ire ⁊ vitam illorum ad celum ducere per
artam viam mandatorum dei: sed volunt illam elar
giri eundo per viam proprie voluntatis: de quibus. ij.
Petri. ij. Multi sequunt̄ eoꝝ luxurias: per quos via
veritatis diffamat̄: vel qui duplici progrediunt̄ via:
scilicet in quadragesima vel in infirmitate in via dei:
sed postea in via diaboli: quibus concessum est tm̄ per
vnam ire poterunt: ⁊ animaꝫ ad celum ducere. Primi
qui semper in largiori via quā deberent ambulant to
tum perdunt. Secundi ꝓter vnam viam. id est. dia
boli amittūt. Talibus nanqꝫ dicit̄ Eccl. ij. Ve pecca
tori ingredienti terram duabus vijs. Et Eccl. iij. Cor
ingrediens duas vias non habebit requiē. ¶ Quia si
cut dicitur Prouerb. ij. Relinquūt iter rectum: et am

11 bulant per vias tenebroſas. ¶ Pro quo eſt ſciendum:
ꝙ lex facit differentiam inter iter: actum ⁊ viam: quia
qui habet ſeruitutē itineris poteſt ire ſolus: qui actus
poteſt ducere iumentū: qui viam poteſt ducere iumen
tum ſeu currum vel quodcūꝫ voluerit. ff. de ſeruituti
bus ruſticanoꝝ prediorꝝ. le. j. hoc eſt in digeſto veteri.
Et ſi habens iter: viam facit punitur. Sic in propoſito
multis ⁊ ſpecialiter religioſis indulgeť ⁊ legať a chri=
ſto iter rectum: qđ videlicet ire poterunt ſoli: ſine iumē
to ⁊ diuitijs ⁊ pompa ſeculari: ſi ergo actū ⁊ viam au=
toritate propria accipere preſumunt vt vadant cum il=
lis: de quibus in Pſalmo. xix. Hi in curribus ⁊ hi in
equis. Nōne de eis dici poteſt ꝙ derelinquūt iter rectū
et ambulant vias tenebroſas: de quibus dictuꝫ eſt. P.
iij. 26. cum ſequentibus. Et quia de tali via illoꝝ ali=
qui ſcandalizanť: congrue diciť in Pſalmo. xlviij. hec
via illorum ſcandalum.
Arti. iiij. ¶ Omēs vero predicte tres vie in hoc cōueniunt: ꝙ oēs
ſunt breues: quia breues dies hominis Job. xiiij. Due
12 vero vltime. id eſt. gratie ⁊ glorie differūt in duobus: in
progreſſu ⁊ in egreſſu. In progreſſu pro tāto differūt:
quia vie culpe dum durat eſt delectabilis: quia q̄ ma=
ior delectatio: qꝫ ꝙ peccator habeat: q̄ male cōcupiſcit
et lata: via vero dei ecōuerſo videť terribilis ⁊ arta eſt in
progreſſu. In egreſſu vero ⁊ in fine viarū pro tanto dif=
ferunt: quia via culpe per delectatiōes breues ducit ad
penas eternas: via vero dei ecōuerſo: per breues penas
in reſiſtendo: et penitētias atqꝫ reſtitutiōes faciendo:
ducit ad p̄mia glorie eterne. ¶ Et pōt videri iſta diffe=
rentia per duos a cōtrario ambulantes: quoꝝ vnus va=
dit de circūferentia alicuius circuli ad centrū: alius vero
vadit de centro ad circūferentiā. Nam primus habet
viam latam in principio. Sicut patet de illo qui de cir=
cumferētia rote inter duo ligna que extenduntur a cētro
ad circūferentiā vadit verſus centrū: in principio non
conſtringiť: ſed in fine artať. Ille vero qui ecōuerſo va=
dit: licet in principio arteť: tamē cōtinue viam inuenit
largiorem. Sic de illo qui dimittit ampliſſimū celum:
et vadit ad centrū terre. id eſt. infernū: largam inuenit
viam in principio: quia via impij proſperať: ⁊ bene eſt
omibus qui male agūt Hieremie. xij. Et quis ducūt
in bonis dies ſuos Job. xxj. Et quia ipſi peccatores obti
nuerūt diuitias: in pš. Sed certe i fine: ſicut diciť Job
xx. cum ſatiatus fuerit artabiť ⁊ eſtuabit ⁊ omis dolor
irruet ſuꝑ eū. De cuius vie fine Eccl'. xx. Via peccan=
tiū complantata lapidibus: ⁊ in finem illoꝝ inferi ⁊ te
nebre ⁊ pene. Ex quo patet ꝙ qꝫtum ad illos in nouiſ=
ſimo aggrauata eſt via Eſaie. ix. Illi vero qui ecōuerſo
bene viuendo centrū derelinquūt terre ⁊ directe ad la
titudinē tendunt celeſtem: licet in principio via videa=
tur dura: in ꝓgreſſu erit tn̄ ſecurior. Quia ſm Hiero=
nymū via religionis eſt in ꝑncipio ſeu in aggreſſu du=
ra: in ꝓgreſſu ſecura ⁊ larga: ⁊ minus grauat: ſicut pa
tet tam per dicta. C. viij. arti. ij. qꝫ per Auguſtinū dicē
tem: ꝙ via que ducit ad vitam in principio eſt arta: in
medio latior: in fine latiſſima. Hoc eſt qđ dicitur Pro=
uerb. iiij. Ducam te ꝑ ſemitas equitatis: quas cum in=
greſſus fueris nō artabunť greſſus tui. Ex quibus pateꝫ
illud Eſaie. lv. Non eniṁ vie mee vie veſtre dicit dn̄s.
Et illud Ezech. xviij. Nunquid via mea nō eſt equa:
13 ⁊ nō magis vie veſtre praue ſunt. Cauſam aūt latitu=
dinis vie culpe ⁊ artitudinis vie gratie. reddit Criſo=
ſtomus ſuꝑ illud Math. vij. Intrate ꝑ anguſtā portā.
Porta inquit diaboli lata eſt: quia apud illū ſine lege ſūt
omia. Abijt vagus in via cordis ſui Eſa. lvij. Chriſti
aūt arta: qm̄ ſub rōne legis apud illum ſunt vniuerſa:
hic peccator peccatis inuolutus: ſuper quē diabolus
vniuerſam ſarcinā maloꝝ poſuit: intrare nō pōt. Sed
ſancti q̄ ſunt ſpūales ⁊ ſubtiles: qui quales intrāt mū=
dum: tales exeūt. ¶ Cōſiderate in verbis Criſoſtomi
progreſſum. Via inquit chriſti eſt arta: quia ſub lege ſūt
omia: vtputa nō accipere nomen dei in vanū: caſte vi=
uere: inimicū diligere: ⁊ ſic de alijs mādatis: que vidē=
tur multis dura. Sed ſm eundē Criſoſtomū. Ne re=
ſpicias ꝙ aſpera eſt via: ſed quo ducit: nec aliaꝫ ꝙ lata
eſt in delitijs: diuitijs ⁊ honoribus: ſed vbi deſinit: ſicut
videndo hominē ꝑ viam durā peditare ad locū maxi
mi honoris ⁊ cōmodi: ſi illū multū diligis nō multuꝫ
te grauat dura via: nec multū vie cōſideras laborem.
Ita de teipſo cogita ſi aliū vides in curru cū multitudi=
ne magna duci ad patibulū: plus cōſideras finem vie
qꝫ viam: ⁊ plus affectares viam ⁊ finem primi qꝫ ſecū
di. Sic in propoſito. Ambulate ergo per vias aſperas
Baruch. iiij. ⁊c̄.

Viſus corporalis et ſpiri= V. iiij.
tualis. Primo oſtendeť ſimilitudo qꝫtum ad
ipſam viſionē: ⁊ qꝫtum ad amiſſionē. Secūdo que de=
bemus videre ſupra nos. Tertio que infra nos. Quar
to que iuxta nos. Quinto q̄ clarius videt oīa q̄ ſpūa=
liter videnda ſunt: ⁊ q̄ plus impediunť. Sexto ꝙ ꝓpť
amorē vel timorē illoꝝ: q̄ oīa nr̄a videt debemus diligē=
ter videre: ne aliqđ in nobis ſit: qđ eis diſpliceat.
¶ Qꝫtuꝫ ad primū. Primo oſtendeť ſilitudo vtriuſqꝫ Arti. j.
viſionis: ⁊ ſecūdo vtriuſqꝫ cecitatis. Silitudo vero viſio
nis ꝯſiſtit i tribus: in obiecto: in actu ⁊ defectu. In obie= 1
cto dupliciter. Primo: quia ſicut corporalē delectant oculum
lympha viror ſpeculū: ita ſpūaliter oculū bonoꝝ dele=
ctant: cōſideratio noſtre fluxibilitatis: ad modū aque
quia omēs morimur: ⁊ ſicut aqua dilabimur in terra. ij.
Reg. xiiij. Et viror herbarū q̄ ſuꝑ mortuos creſcūt: ⁊
ſpeculū alioꝝ damnatoꝝ vt caueamus: ⁊ ſaluatorū vt
ſequamur. In chriſto nāqꝫ ⁊ in illis debemus p̄cipue ſuꝑ
oculos ponere ſpūaliter ⁊ obiectiue: ſicut in capite po=
nunť localiter: vt mores imitenť naturā. Ille nāqꝫ vo
luit q̄ oculis corꝑalibus ſupremū locū tribuit corpis: ꝙ
oculi mētis in ſupremū locū ꝑ amorē ⁊ deſideriū ten=
derent celi. Exēplo g̊ paſtoꝝ videamus hoc verbū Lu=
ce. ij. id eſt. chriſtū: ⁊ chriſti vitā: nō terrena vel carna=
lia ad ꝯcupiſcentiā more cupidoꝝ: guloſoꝝ ⁊ luxurio=
ſoꝝ: quoꝝ oculi ſunt inſatiabiles: ſed deū ⁊ oīa que ad
edificationē ꝑtinēt aīe: exēplo ꝓphete qui ait: oculi mei
ſemꝑ ad dn̄m. Et iterū. Leuaui oculos meos in mon=
tes ⁊c̄. Ille vero qui ecōuerſo cū hoc ꝙ oculos qꝫtuꝫ ad
naturā habet in ſup̄mo loco: ⁊ illos qꝫtuꝫ ad mores in
nouiſſimis ⁊ infimis: qꝫtum ad ſollicitudinem ponit:
naturam peruertit: et beſtias et illos peruerſos in con=
ditione ſequitur. De quibus Danielis. xiij. Declina=
uerunt oculos ſuos: vt non viderēt celum: neqꝫ recor=
darentur iudiciorū iuſtorum. ¶ Secundo qꝫtum ad
obiectum: in hoc debet eſſe ſimilitudo ꝙ ſicut viſum
mentis: ita neceſſe eſt: ꝙ viſum corporis ab illicitis re=
trahamus aſpectibus. Vnde beatus Gregorius. xxj.
moral'. tractans illud verbum Job. xxj. Pepegi fedus
cum oculis meis ne cogitarem de virgine. Preceps in=
quit anima dum non preuidet: ne incaute videat qđ
concupiſcat: ceca poſtea incipit deſiderare quod videt.
Sanctus igitur vir: vt cogitationes caſte cuſtodire
poſſet: fedus cum oculis pepigit: ne prius incaute re=
ſpiceret: quod poſtmodum inuitus amaret. ¶ Peri=
culum vero contrarium facientium: patet in exemplo
Dauid. P. xiiij. 10. Job ergo exemplo et Dauid: rogo

auerte oculos: ne videant vanitatē. ¶ Q̄tū ad actum
vō debet eſſe ſilitudo: vt ſicut ocul⁹ corpis totū corp⁹
ducit: ⁊ alios ꝯducit. Ita viſus mētis totū hoīem ſpi-
ritualiter ducat: ⁊ alios ꝯducat vbo ⁊ exēplo: ⁊ ſpecia
liter ille cui hoc incūbit ex auctoritate vel officio. Sic
ḡ ſicut viſio corpis inter obiectū ⁊ oculū eſt recta. Ita
ſpiritualis quo ad teipm̄ ⁊ alios. Iuxta illud Prouer.
iiij. Oculi tui recta videāt. Q̄tū ad defectū in h̄ pmo:
eſt ſilitudo q: ſic oculi corpales in hoc differunt ab au
rib⁹ ⁊ narib⁹: ꝙ nō vidēt maculā in ſe: nec iux̄ ſe colla-
teralit̄. Ita multi nec ſua nec collateraliuꝫ pctā attēdūt
pſ. xxxvj. Lumē oculoꝝ meoꝝ: ⁊ ipm̄ non eſt mecū: q
tñ in alijs plura dicūt ſe videre pctā ꝙ ſint: q̄s rep̄hen-
dit de⁹. Math. vij. Quid autē vides feſtucā in oculo
fratris tui: trabem aūt que in oculo tuo eſt nō vides:
nec conſideras. Si enī ꝓprios viderent defectus: ſatis
haberent materiā dolēdi: quia vix eſt ciuitas vel ꝯgre-
gatio in qua tertia vel quarta pars non ſit in peccato
mortali. Propter qđ Ieſus videns ciuitatem fleuit ſu-
per illam dicens: ſi cognouiſſes ⁊ tu Luce. xix. Secū-
do quia plus deficiunt in ſenectute q̄z alij ſenſus. Sic
etiam oculi eccleſie. i. clerici plus deficiūt q̄z laici: ſicut
alibi oſtenſum eſt Gen̄. xxvij. Senuit Iſaac ⁊ caliga-
uerunt oculi eius ⁊ videre nō poterat. Tertio q: dam-
num plus nocet in oculo ⁊ macula plus apparet q̄z in
pede. Sic pctm̄ in ſuperiori q̄z in ſubdito. Eccl'. xxxj.
Nequius oculo quid creatum eſt. i. illis qui deberent
eſſe oculi eccl'ie. De quib⁹ Ezech. xiij. Vident vana et
3 diuinant mendacia ait dominus. ¶ Q̄tum ad ſecun-
dam partē huius articuli: ſimilitudo corporalis cecita-
tis ⁊ ſpūalis pōt attēdi vel q̄ztum ad cecitatē cauſantia
vel q̄ztū ad cecitatē ſequentia. Primū patꝫ: q: ſicut lu-
men oculoꝝ corpaliū poteſt impediri per corpa opaca
ſuppoſita: vel oīno excecari pōt q̄s ab hoſtib⁹ capt⁹: ſi-
cut Samſon Iudic. xvj. vel p infirmitates ocul' ſup-
uenientes. Ita ſpūalit̄ pōt viſus impediri aīe: in his q̄
circa ſeipm̄ facīēda ſunt p terrenorū ſollicitudinē: ⁊ in
his q̄ circa alios facīēda ſunt p munerū acceptionem.
Qualit̄ enī viā celi poſſit vidē vel iuſticie: q int̄ viā ce
li vel iuſticiā ⁊ oculos ponit terras diuitias domos et
mūera q̄rūcūq̄ rerū: q: ſupcecidit ignis ꝯcupiſcētie et
nō viderūt: in pſ. lvij. Totalit̄ vō excecat̄ a diabolo ca
ptiu⁹ duct⁹ p qđcūq̄ pctm̄ mortale. De ſeruis nāq̄ ſu
is vificat̄ illđ Eſaie. xlij. Quis eſt cecus niſi ſeru⁹ me-
us ⁊c̄. quē ſic equū cecū ducit de luto pcti ad lutū: q̄ſi
ad libitū. Soph. j. Ambulabūt in cecitate: q: dño pec
cauerūt: vel infirmitate ſpūali: vtpote a ſupbia: ira: vel
inuidia. Iſta nāq̄ tria pctā hoīem ſpūalit̄ excecāt. Et
ſic inflatio oculo ſupueniēs qūq; ipm̄ eruit. Ita iſta et
alia pctā ⁊ ſpecialit̄ luxuria: ſic oſtēſum eſt. L. vij. 24.
aīe ſupueniētes ipām in his q̄ dei vel ꝓprie ſalut' ſunt
excecāt Pſ. xxxix. Comp̄henderūt me iniq̄tates mee:
4 et nō potui vt viderē. ¶ Q̄tum vō ad cecitatē ſequē-
tia: in hoc primo eſt ſimilitudo: q: ſicut cecus faciē ha-
bens imundā: in ſpeculo ſordes nō videt vt tergat: nec
latro excecatus ⁊ ad patibulū vel ignē duct⁹ ab his q
dicunt: ꝙ ipſuꝫ ad bonū locū ducūt vel ad bonū feſtū
vt ipſum decipiant patibulū vel ignē nō videns non
timet anteq̄z ſentiat. Ita nōnulli ſpūaliter a diabolo ⁊
peccatis excecati: nec ſordes vidēt in anima: ⁊ ideo nec
eas mundant: nec patibulū vel ignem videre volunt
inferni: nec diabolū: qui ſemper iuxta eos expectat: vt
illos morte perimat eterna vt timeāt. Cuius cauſa eſt:
q: excecati cum ſint: ad ignē inferni ducunt̄: a mundo
carne ⁊ demonib⁹: a quib⁹ credunt duci ad honores:
diuitias: delitias: ⁊ ideo ignē illū nō timent anteq̄z ſen

tiant. Sed tūc ſm̄ beatū Gregoriū: pena oculos ape-
riet: quos culpa hic clauſit. Sic excecati fuerūt illi peſ-
ſimi ſodomite: qui oſtium domus inuenire neſcierunt.
Gen̄. xix. Et ſic pmo aperti ſunt oculi ſyroꝝ q̄n fuerūt
in medio inimicoꝝ ſuoꝝ: de quib⁹ dicit̄. iiij. Reg. vj.
Viderūt ſe eſſe in medio ſamarie. Sic p̄dicti peccato-
res excecati ſimul ſentire ⁊ videre volunt penas infer-
ni q̄n ſunt in inferno: cum illo Luc̄. xvj. Eleuans ocu-
los ſuos cum eſſet in tormētis vidit ⁊c̄. Secūdo quia
ſicut cecus corpaliter nō debet ſm̄ iura eſſe aduocatus
ne irreuerentiā faciat iudici a tergo poſtulando: ſicut
patet. ff. de poſtulando. l. j. §. caſum. id eſt. in digeſto ve
teri. li. iij. Nec tutor q: talis non poteſt res pupilli per
ſe bene cuſtodire. ff. de excuſatione tutorū. l. poſt ſuſce-
ptam. i. in infortiato. li. iiij. Ita nec ceci ſpūaliter ſunt
apti ſuoꝝ vel alioꝝ aduocati coram deo: quia ſcimus:
quoniā peccatores nō exaudit deus Ioan. ix. Nec etiā
animarū tutores: quia oculos habent corpales ⁊ non
videbāt: que ad animarū pertinēt cuſtodiā. j. Reg. iij.
Non poterat videre lucernā dei.
¶ Quib⁹ dicit̄ Eſaie. xlij. Ceci intuemini. Primo q̄d Arti. ij.
habetis ſupra vos: deum: qui ꝓpter amorē veſtrū: fa-
ctus eſt paup ⁊ humilis: vt vos alliceret ad cōtemptū 5
cupiditatis ⁊ vanitatis: qui propter vos laborioſam ⁊
parcam ⁊ caſtam ⁊ penalem vitā vſq̄ ad mortē duxit:
vt ipſum ſicut pueri librum reſpiciētes diſcatis ocium
gulam ⁊ om̄ia peccata cōtemnere: ⁊ cum ipſo dura ſu-
ſtinere: ⁊ tamē illos qui dura ingerunt charitatiue di-
ligere. Sic vacate ⁊ videte: quia talis primo hic in ter-
ris viſus eſt Baruch. iij. ¶ Iterum leuate oculos ve-
ſtros ⁊ videte Ioan. iiij. iudicem veſtrū iratum p pec-
catis veſtris: vt euadere poſſitis in die iudicij: quādo
om̄es homines videbunt filium hominis venientem
Luc̄. xxj. Cuius iudiciū tunc erit peccatoribus terribi-
le. Primo ꝓpter peccatoꝝ manifeſtationē ad peccantiū
confuſionem. Secundo propter ineuitabilitatē. Ter-
tio propter pene acerbitatē ⁊ durabilitatē: ⁊ m'lta alia
ſicut patet. I. xj. 15. De quibus Bern̄. Memorare
nouiſſima tua: que ſunt mors: iudicium et gehenna.
Quid horribilius morte: quid terribilius iudicio. Ge-
henna vō nihil poteſt intolerabilius excogitari. ¶ Vi 6
deat ergo peccator: ꝙ in morte nec magnū nec parum
de bonis ſuis ſecum portare poterit. In iudicio vō
nec reſiſtere: nec fallere poterit iudicem. In gehenna
vō nullam habebit ꝯſolationē: ſed perpetuū vlulatuꝫ
et ſtridorē dentiū. Leua ergo oculos tuos in directum
et vide Hieremie. iij. quid deus: qui eſt ſupra te fecit
pro te: et quid faciet contra te: niſi fueris talis: qualem
in predictis exemplis ſuis te eſſe docuit: ad Roma. xj.
Vide veritatem et ſeueritatē dei. ¶ Sed non obſtan-
tibus chriſti exemplis viſis vel bonis ꝓmiſſis vel pe-
nis infligendis in chriſtum non ſequentes: ipſe dicere
poteſt illud Pſalmi. xxx. Qui viderunt me: foras fuge
runt a me: quia vix decimus poſtq̄z ad etatem perue-
nerit viginti annorum: ipſum ſequitur bene viuendo:
ſed potius ipſum cuius iudicium finaliter fugere non
poterunt: nunc fugiunt q̄zdiu poſſunt male viuendo.
Qui om̄es ſimie aſſimilant̄: que fugit nucem propter
amaritudinē corticis. Nam quia auaris et mundi ſa-
pientibus amara eſt paupertas: quā in chriſti vident
vita. Ideo ipſius vitam in hoc non imitari: ſed poti⁹
fugere volunt. ¶ Sic de ſuperbis: et delicatis et qui-
buſcunq̄ peccatoribus: quia aliquid eis durum in
chriſti vita vident: ipſum in hoc fugiunt: de quibus
Iob. ix. Fugiunt et non vident bonum. Contra quos
V. iij. 13. Non vos ſic: ſed guſtate et videte: quoniā

7 ſuauis eſt dominꝰ: in Pſalmo.xxxiij. ¶ Guſtate inqt:
quomõ ſub paupertate chriſti: ⁊ poſt paupertatẽ pauperũ
pro chriſti amore infinite ſequunt̃ diuitie: poſt aſperi-
tatem delitie: poſt cõtemptibilitatẽ honores: ab illo no
biliſſimo rege. Quia aliter bonus nõ eſſet: niſi ſuos in
fine remuneraret: qui dicit Exodi.iij. Videns vidi af-
flictionẽ populi mei: ⁊ deſcendi liberare eũ. Sed heu
aliqui nõ guſtant: illi videlicet qui ſunt alijs ſaturati
peccatis: ⁊ quia nõ guſtant hic: non ſaturabunt̃ alibi:
vbi viſio fit victus: qꝛ ſicut comedentes in primo pran
dio nõ debẽt comedere in ſecũdo inter religioſos. Ita
illi qui ſaturauerũt oculos ſuos hic vanitatibus: ⁊ af-
fectiones ſuas malis amoribꝰ: ventrem ſuum guloſis
delitijs: domos ſuas repleuerũt alienis diuitijs: volũ
tatem ſuam in illicitis: inter angelos in ſecũdo prãdio
8 non paſcent̃.iiij. Reg.vij. Videbis oculis tuis: ſcili-
cet in die iudicij: ⁊ inde nõ comedes. Alij vo non gu-
ſtant: nec vident: ſicut mali illiterati: ⁊ etiam inſufficiẽ-
tes in ſtatu ſuo: qͣ̃tum ad ſcientiã ⁊ mores: qui nec in-
telligere nec facere volunt: qđ faciendũ eſt. Alij vidẽt:
ſed nõ guſtant: ſicut literati mali: quibus Naas eruit
oculos dextros.j. Reg.xj. de qͥbus Math.xxiij. Sup
cathedram Moyſi ſederũt ⁊c̃. Hi recte figurant̃ per
Herodem Luc.xxiij. qui multuz deſiderabat Ieſum
videre: quem cum vidiſſet: illuſit indutum veſte alba.
Sic multũ deſiderãt ſcripturas intelligere: in quibus
vident Ieſum: quẽ tamẽ indutũ veſte alba. id eſt. do-
ctrina pulchra ⁊ ſcientia: vita turpi contemnũt. Taliũ
intellectus de voluntate conqueri poteſt dicens illud
Luc.x. Dñe nõ eſt tibi cure ꝙ ſoror mea ⁊c̃. Alij vidẽt
et guſtent ſicut ille Luc.xviij. Vidit ⁊ ſequebat̃ illum
Prouerb.xxxj. Guſtauit ⁊ vidit quoniã bona eſt ne-
gociatio eius.

Arti.iij. ¶ Intra ſe videre debet peccator damnũ qđ peccando
incurrit: vt doleat. Quantã eñ materiã habet doloris
9 in exemplo oſtendit̃. Si eñ ad domũ rediens: ⁊ intra
cameram ſuam reſpiciens: ⁊ videns thezauros quos
maximos habuit ablatos: filios ⁊ mulieres ⁊ amicos
occiſos: chartas maxime hereditatis: que in placito eſt
deſtructas: ⁊ quecũqꝫ alia bona: que in re vel in ſpe ha
beri poſſent: que in camera ſua dereliquit ablata: ⁊ cuz
hoc etiam videret dominũ ſuum ſibi offenſum demeri
tis ſuis exigentibꝰ: ⁊ hoſtes inueniret paratos ad ipm
ad penas maximas rapiendũ: materiã habet dolendi.
Et peccator ad camerã cõſcientie ſue rediens: in infini
tum maioris triſticie habet occaſionẽ. ſicut pꝫ inducti
ue in omibꝰ p̃dictis ad peccatorẽ deum ⁊ grãm amit-
tentẽ applicatis. Ergo videte fratres ne forte ſit in ali-
quo cor malũ: ad Heb.iij. Sed heu delicta quis intel-
ligit: in Pſ.xviij. Et ideo ſicut dicit̃ Hieremie.viij.
Nullus eſt: qui agat penitentiã ſup peccato ſuo: dicẽs
quid feci: vnũ nãqꝫ ſequit̃ ex alio. Nam ſi p̃dicta pec-
cati damna intelligerẽt: agerent penitentiã de peccatis
tam ſuis q̃ꝫ alienis: vbi nunc ꝓpria nõ intelligũt: ⁊ de
alienis ludunt. Cauſa vo quare delictũ propriũ ⁊ pe-
nam ſequentẽ nõ vident: eſt duplex: vna qͣ̃tum ad de-
lictum: alia qͣ̃tum ad penam ſequentẽ. Qͣ̃tum vo ad
delictũ: nõ vident: qꝛ nõ reſpicit directe peccati defor-
mitatẽ: ſed cõmodũ vel delectationẽ annexã. Et qͣ̃tuz
ad penam ſequentẽ: amor quo ſeipſum inordinate dili
git: facit ꝙ iudex decipit̃ in ꝓpria cauſa: ⁊ intelligendo
non rectã contra ſeipſum profert ſententiã. Ergo vi-
de: quia malum eſt: ⁊ amarum reliquiſſe te dominum
Hieremie.ij.

Arti.iiij. ¶ Iuxta ſe videre debet proximoꝝ neceſſitatẽ vt ſub-
10 ueniat. Regula vo ſm quã eis ſubuenire iubemur a
chriſto data eſt. Dilige inquit ꝓximũ tuũ ſicut teipm
que fundat̃ ſup regulã nature: qua dicit̃. Hoc facias
alteri qđ tibi vis fieri: quã regulã chriſtus approbauit
et ꝯfirmauit Math.vij. Omĩa inqt quecũqꝫ vultis vt
faciãt vobis hoĩes ⁊ vos facite illis. Iſtam regulã vi-
de ⁊ nunqꝫ errabis. Item qui peccat per iram ⁊c̃. con-
tra predictã regulã facit ⁊c̃. vſqꝫ ad ꝯſummationẽ: iux
illud ad Galathas.v. Si inuicem mordetis ⁊ comedi
tis: videte ne ab inuicẽ ꝯſummamini. Dicit ſignanter
mordetis: ꝓpter detractores qui mordent qñ aliq̃ mala
vitupant dicendo. Ipſe eſt malus in hoc: ſꝫ nõ totali-
ter comedũt: qꝛ nõ omĩa q̃ in ipſo ſunt deprauãt. Di-
cit etiã comeditis ꝑ illos q̃ deuorãt oĩa: q̃ vidẽt in hoĩe
nunqꝫ bonũ dicendo ⁊c̃. Nota. C.xvj.5. Sed ſi pro-
priã cecitatẽ cõſideraret: diceret illud Thobie.v. Qua
le gaudiũ mihi eſt qui in tenebris ſedeo: ⁊ lumen celi
nõ video. ¶ Iterũ ſi peccat quis ꝑ nimiã tenacitatem: 11
nõ ſubueniẽdo miſeris ⁊c̃. a p̃dicta regula deficit: quia
qui habuerit ſubſtantiã huiꝰ mũdi: ⁊ viderit fratrem
ſuũ neceſſe hẽre ⁊c̃.j. Ioan.iij. Ergo videre qualẽ chari-
tatẽ dederit vobis deus.j. Ioan.iij. hoc eſt: operibus
oſtẽdite. ¶ Sed heu ſicut terra impedit de nocte vt ſo-
lem nõ videamus. Ita q̃ impediunt̃ terrenis affectio-
nibus ne videant predictã regulã ⁊c̃. Nota quare mo
rientes plura vident. M.xj.42.

¶ Omĩa vo p̃dicta quidam limpidius intuent̃: qui- Arti.v.
dam plus impediunt̃. Circa primos duo ſunt dicẽda
Primo oſtendit̃ qui ſunt illi quibꝰ maior ineſt p̃dicta 12
vidẽdi diſpoſitio. Secũdo ſub qua forma illa intuent̃.
¶ Qͣ̃tum ad primũ omĩa ad deũ pertinẽtia ⁊ ſtatum
ꝓpriũ vel ꝓximi clarius vidẽt humiles ⁊ paupes ſpũ:
ſicut videmus corpaliter experimẽto ſenſibili qđ qui-
dem experimentũ habet̃. M.vj.17. Ita ſpũaliter pro-
pter qđ dicit̃ Geñ.xviij. Deſcendã ⁊ videbo. ¶ Omĩa
autẽ p̃dicta ſub forma vident̃ ſcutali: qꝛ ſicut omẽ qđ
videt̃ oculis corporalibꝰ videt̃ ſub forma piramidali:
cuius conus eſt in oculis: ⁊ baſis in re viſa. Ita etiam
qđ videt̃ ſpũaliter in oculis fidei vt amandũ: creden-
dum vel fugiendũ: ſub p̃dicta forma videt̃. Cuius for
me vnus angulus eſt creator in oculis fidei: alius vo
angulus: quẽ videre debemꝰ: eſt ipa creatura in q̃ vi-
dere debemus indigentes vt ſubueniamꝰ peccatores
vt cõpatiamur et corrigamus: ſanctos vt ſequamur.
Iuxta illud Luc.xviij. Vidit ⁊ ſequebat̃. ¶ Qͣ̃tũ ad 13
ſecundã partẽ duo viſum impediũt ſpũalem. Primũ
accipit̃ ꝑ ſimilitudinẽ impedimẽti intrinſeci: ⁊ aliud ꝑ
exemplũ obſtaculi extrinſeci in viſione corpali: nam ſi-
cut viſio corpalis vnũ impedimẽtũ habere põt intrin-
ſecũ: cecitatẽ vicꝫ corpalẽ. Ita ſpũalis cecitatem ſpiri-
tualem: in his que dei ſunt et ad animarum pertinent
ſalutem. Sunt eñ multi oculati in alijs: ſicut patꝫ. P.
v.9. Et. S.iij.15. et ſapiẽtes: qui tamẽ in morte inue-
nient ſe eſſe ſtultiſſimos ⁊ cecos: quando cum tota ſa-
pientia ſua non inueniẽt vnam rationem ad proban-
dum efficaciter: ꝙ debeat̃ eis de congruo gloria beato-
rum: et obijcient ſatis multe ad concludendũ ineuita-
biliter: ꝙ tranſire debeant ad miſeriã damnatoꝝ. De
quorum quolibet verificatur illud Eccl.xxxvij. Omĩ
ſapientia defraudatus eſt. Tunc videbunt oẽm turpi
tudinẽ tuam Ezech.xvj. Habendo ergo reſpectũ ad fi
nem illum ſm Hieronymũ: ſuper Math.xvj. Quid
prodeſt homini: ſi mundum vniuerſum lucretur? Si
inquit haberes ſapientiam Salomonis: ſi pulchritu-
dinem Abſalonis: ſi fortitudinẽ Samſonis: ſi longe-
uitatem Enoch: ſi diuitias Creſi: ſi poteſtatem Octa-
uiani: quid proſunt: ſi tandem caro detur vermibus: ⁊

14 anima demonibꝰ cū diuite ſine fine cruciãda. ¶ Alia
impedimēta extrinſeca pōt viſus corporis habere tria:
elongationē: tranſpoſitionē ꝛ interpoſitionē. Sic ſpi-
ritualiter peccatores nō vident deum ꝛ que videre de-
berent: quia male viuendo ſe ab illis elongant. Ppter
quā ſicut dicit̄ Eccl'ſ.vj. Non vidit ſolem: nec cogno
15 uit diſtantiā boni ꝛ mali. ¶ Secūdo per tranſpoſitio-
nem: vtpote quādo ponit̄ poſt tergum qđ deberet po-
ni ante oculos. Sic ſpūaliter quando deum quē ſemp
ante oculos habere deberemus: exemplo illius Gen̄.
xxxij. Vidi dominū facie ad faciē: ꝛ ſalua facta eſt ani-
ma mea: ꝛ ſpiritualia poſtponimus: ꝛ ante oculos mū
di delitias ꝛc̄. ponimus ꝛc̄. ¶ Tertio per alicuius cor
poris interpoſitionē: ſicut patz de his q̄ ſunt in pfun-
diſſimo carcere: qui ideo ſolem nō vident ꝛc̄. Sic nec
illi qui in carcere ſunt peccati et diaboli: ꝓpter qđ ſpi-
rituſſanctus hortatur Cant. iij. Egredimini filie ſion
et videte regem ꝛc̄.
Arti.vj. ¶ Et caucte ꝛ omēs cogitatiōes locutiones ꝛ operati-
ones diligenter mundate: quia ille rex cum toto exerci-
16 tu celeſti videt vos: ſicut oſtēſuz eſt. A.xxv.17. ¶ Vi-
dentes nāqz diuinā ſubſtantiā: vident oīm rerū gene-
ra: ſpecies indiuidua ꝛ totū ordinē vniuerſi: ſm̄ Tho
mam ꝯtra gentiles. libro.iij.c.lvij. Et hoc multis oſtē-
dit rōnibus: quarū vna eſt iſta. Viſio diuine ſubſtan
tie eſt vltimus finis cuiuſlibet intellectualis ſubſtātie
Omnis eni res cum peruenit in vltimū finem: quieſcit
appetitus eius naturalis. Ergo oportet ꝙ naturalis
appetitus rōnalis creature quieſcat poſt adeptionem
illius finis: qđ eſſe nō poſſet: niſi omnia pdicta ſciret: qꝛ
appetitus naturalis eſt omnia pdicta ſcire: nec tn̄ ſciunt
omnia: que deus poteſt facere ꝛ nō facit. Si ergo quili-
bet noſtrū timeret contra regem ſuperbire: ipſumqz in
preſentia ſua ꝛ totius exercitus cōtemnere: vel hoiem
occidere in pſentia iudicis iuſtiſſimi q̄ tot haberet ar-
matos paratos ad faciendū vindictam in homicidas:
vel in pſentia ſua furari. Si etiam vxor in pſentia po-
tentiſſimi ꝛ optimi mariti ꝛ totius exercitus nō aude-
ret adulterari. Si familia in pſentia domini vellet oci
oſam ꝛ guloſam vitam ducere: dum in alijs occupari
deberet: nōne timeret q̄re nō timemus ſupbire iurare:
et multis alijs modis ꝯtra deū in pſentia dei et exerci-
tus ſui peccando ſupbire: vel hominē odiendo occide
re: vel auariciā ſeu luxuriā vel gulam vel accidiam ſe-
ctari. Si dn̄s aliq̄s haberet ſpeculū: q̄ totā familiā ſuā
vbicūqz eſſet: videret: familia vbiqz caueret: ꝛ ei place-
Exm̄ re niteret̄. Sic nos. ¶ Unde in vitiſpatrū abbas An-
thonius cuidā querenti: quō poſſet ſemp deo placere:
reſpōdit. Sic ſemp habe ipm̄ p̄ oculis ꝛ cogita: ipſum
omēs cogitatiōes atqz operationes tuas videre: ꝛ locu-
tiones audire. ¶ Hec aduertere debetis: qui cogitatis
mala in cordibꝰ vr̄is: qn̄ loq̄mini turpia ꝛ iuratis enor
miter: ꝛ cōmittit̄ ſpurciſſima queqz: qꝛ ſm̄ Tulliū in
quadā epiſtola. Semp ita cogitandū eſt: quaſi intimū
peccatoꝝ tui viſus alioꝝ penetraret. Quid eni prodeſt
ſi ab hoibus abſcondat̄: ꝛ deus illud videat? Sed heu
in diſputationibꝰ: qꝛ deus vbiqz eſt: ꝛ quia omnia videt
ſed in cogitationibꝰ: locutionibus: operationibꝰ: omiſ-
ſionibꝰ facimus ac ſi nuſq̄z eſſet: nec aliq̄ videret. Nō
ſic nos: ſed videte quomō caute ambuletis Eph.v.
17 ¶ Et ſpecialiter vos q̄ cura vel dominio eſtis onerati:
ſcientes ꝙ tales pedibꝰ offendētes ꝛ cadentes durius
cadūt. Ex quo ptz reſpōſio ad queſtionē quā vir ma-
ipſi⁹ corꝑis: ⁊ cōcordia eſt cauſa lōge vite. Sic in ſpiri
tualibꝫ odiū eſt cauſa mortis et eterne dānatiōis ipſi⁹
aīe. Sicut patet exēplo illi⁹: de q̄ fert̄ q̄ cū moriēs am-
moneret̄ q̄ de dei cōfideret miſcdia: quaſi ſic reſpōdit
Scio q̄ miſcdiam de me de⁹ nūq̄ȝ habebit: q2 ego nūq̄
de hoīe miſcdiam habui: q̄n volūtate vindictā ſemper
accepi ⁊ oꝑe vbi potui. Jaco. ij. Judiciū ſine miſericor
dia ⁊c̄. j. Joh. iij. Qui odit fratrē ſuū homicida eſt. Et
ſcitis q̄m̄ oīs homicida nō habet vitā eternā. Jaco. j.
Btūs vir q̄ ſuffert tentationē ⁊ remittit: q̄m̄ cū ꝓbat⁹
fuerit accipiet coronā vite. Nota. M. ix. 22. Secūdo
indigēti miſcditer ſubueniēdo. Juſtū nāq̄ȝ videtur vt
q̄ in ſuo eterno ꝓlōgat vitā dei. i. pauperis q̄ de⁹ ꝓ-
lōget vitā ſuā in ſuo eterno. Et q̄ nō ꝓlongat: ſua nō
ꝓlonget̄. Matth. xxv. Eſuriui ⁊ nō dediſtis mihi mā
ducare. Et cito poſt. Ibūt hi in ſupplicium eternū: q̄ nō
ꝓlōgauerūt. Illi aūt in vitā eternā. Et ſic patet illud
Prouer. xj. Clemētia pparat vitā. Exēplū ad h̄ in na-
tura. Si eīn os acciperet cibū ſibi ſoli ⁊ nō trāſmitteret
ad alia mēbra: nec ipm̄ os viuere poſſet: ſi autem alijs
trāſmittit ſibi trāſmittit: etiā dū alijs ſibiipſi vitā ac-
quirit. Sic in ꝓpoſito: ꝓpter q̄d Thob. xij. bona eſt oīo
cū ieiunio et elemoſyna magis q̄ȝ theſauros auri con-
dere: q̄m̄ elemoſyna a morte liberat ⁊ ipſa eſt q̄ purgat
pctā: et facit inuenire vitā eternā. Ergo nō operamini
cibū ꝓ vobis tm̄ ſed etiā q̄ alijs. Juxta illud Joh. vj.
Operamini nō cibū qui perit: ſed qui ꝑmanet in vitā
eternā: ſciētes q̄m̄ qui ſeminat in carne de carne metet
corruptionē: qui aūt ſeminat in ſpū: de ſpiritu ⁊ metet
vitā eternā. Gal. vj. Si ergo vis in celo pfectus eſſe: 15
vade et vēde oīa que habes et da pauperibꝫ. Sicut ſa-
piēs dat min⁹ vt accipiat maius. Et ſicut q̄s dimittit
eccleſiā pauperiorē: vt pōt habere meliorē et p̄bendā:
vbi pōt hr̄e epatū: hoc ſciēs q̄ oīs q̄ reliq̄rit domū ⁊c̄.
centuplū accipiet ⁊ vitā eternā poſſidebit Matth. xix.
Si papa clamaſſet q̄ oēs q̄ vellēt dimittere bn̄ficia cu
rata vel p̄bēdas venirēt ad eū ⁊ in cētuplo pl⁹ illos di
taret quot bn̄ficia ſua dimitterēt et ad eū currerēt? Et
ſumm⁹ pōtifex de quo Heb. viij. Talē habem⁹ pōti-
ficē q̄ ſedet ī dextera dei: clamat oīs q̄ reliquerit ⁊c̄. Et
eſt verax ⁊ potēs ad tenendum q̄d clamat: et tn̄ pauci
ſunt q̄ minora dimittūt vt accipiāt maiora. Semꝑ eīn
p̄ſumūt habere diſpēſationē pluralitatis volentes et
cupiētes habere hic min⁹ et ibi maius: ſed illud eſt pri
uilegiū paucoꝝ̄: ſicut patet. V. iij. 8. Et ſicut patebit.
V. ix. arti. iiij. Scrutamini igit̄ ſcripturas in q̄bꝫ pu-
tatis vos vitā eternā habere. Joh. v. Et inuenietis q̄
pauci illo gaudēt priuilegio. Tertio errāti euidēter ꝑ-
ſuadēdo: ſicut eīn oculos dirigēdo alia mēbra ꝑ viam
rectā ad locū optatū diriget ſe: ſic q̄ dirigit alios ꝑ viā
rectā ad vitā eternā. Eccl. xxiiij. Qui elucidāt me vitā
eternā habebūt. Tali ḡ dici pōt illud Joh. vj. Verba
vite eterne habes: tam ꝓ te q̄ȝ ꝓ alijs. Et ſic patꝫ illud
Prouerb. vj. Mādatū lucerna eſt: ⁊ lex lux ⁊ vita vite
increpatio diſcipline ¶ Hāc aūt vitā obtinēdā p̄mo Arti. v.
īpedit mūdi ꝓſꝑitas ꝓ tāto q̄ vitā cōtēplatiuā ⁊ vitā 16
gr̄e ꝑ quā ad illā ꝑuenire oportꝫ dep̄mit ⁊ deſtruit. Et ē
exēm̄ Senece ad h̄ epl'a. xl: Segetē inq̄t nimia vbertas
ſternit ⁊ rami onere frāgunt̄: ad maturitatē nō ꝑuenit
nimia fecūditas. Idē euenit eis quos nimia felicitas
corrumpit. Et ſic patet q̄ ꝓſperitas ſtultoꝝ̄ ꝑdet eos
Prouer. j. Ideo dicit decretū: q̄ nihil infelici⁹ ꝓſperi-
tate peccantiū. xxiij. q. j. parat⁹. in fine. Et cauſa eſt q̄a
illa ꝓſperitas eſt bonoꝝ̄ retributio operū ſuoꝝ̄. Nā
ſm̄ iura canonica mali ꝓ bonis q̄ faciūt p̄ſentē ꝓſpe-
ritatē ꝓ retributiōe recipiunt: de pe. diſ. iij. §. q̄ȝq̄ȝ. Cui
cōcordat lex diuina: q̄ diuiti dicit̄. Lu. xvj. Recepiſti
bona in vita tua ⁊c̄. Ex quibꝫ elicit ⁊ cōcludit beatus
Greg. xxvj. moral. q̄ manifeſtū ꝑditiōis indicium eſt
q̄n̄ affectatis iniquitatibꝫ ſubſequēs fauet effectus: et
nulla cōtrarietas impedit q̄d mens ꝑuerſa ꝯcepit. In
qua cōcluſiōe timēt etiā ſancti viri cōcludi: ſm̄ illud
beati Greg. v. moral. Sancti inq̄t viri cū ſibi ſuppe-
tere ꝓſpera hui⁹ mūdi cōſpiciūt: pauida ſuſpitiōe tur
bant̄. Timēt eīn ne hic laboꝝ̄ ſuoꝝ fruct⁹ recipiāt et
exterioribꝫ muneribꝫ cumulans ab intimis repellat.
Propter q̄d ꝓſperitatis infortuniū dicit btūs Grego-
rius q̄ cū oīs fortuna timēda ſit: magis tn̄ timēda eſt
ꝓſpera q̄ȝ aduerſa: illa eīn ſe mūdo erudit: iſta blādiē-
do ſeducit. Filij iſrl' legunt̄ plus peccaſſe in terra pro-
miſſiōis in abundātia q̄ȝ in erūna egyptiace ſeruitutꝭ.
Ex q̄bꝫ in aliquo veritas ſe oſtēdit queſtiōis qua pōt 17
queri: vtrū virtuoſi⁹ ſit ſeu maioris meriti q̄ hō ſe bn̄
haberet in ꝓſperitate vel aduerſitate: q2 ſic ex p̄cedēti
ptꝫ autoritate btī Greg. Et ex toto ꝓceſſu libri Judicū
Populus dei q̄ in ꝓſperitate deū dereliq̄t illū in ad-
uerſitate queſiuit. Hoc etiā toti⁹ ſacre ſcripture oñdit
pelagus: in quo inuenit̄ q̄ in abundātia male ſe ha-
buerūt: ⁊ in aduerſitate ad dn̄m clamauerūt. Ad dn̄m
inq̄t cū tribularer cla. cū alijs cōcordātijs innumeris.
Immo adhuc hec quotidiana docet experientia: qua
videm⁹ q̄ hoīes in ꝓſperitate vt oſtēſum eſt pluries

errant. Ex quibꝫ arguit̃ ſic. Vbi plures errãt: virtuo-
ſius eſt bene agere: ſed in ꝓſperitate vt oſtenſum eſt:
plures errãt: ergo in ꝓſperitate virtuoſiꝰ eſt bene vi-
uere: qa q̇ in ꝓſperitate tenuerit illã. ſ. virtutẽ: vitã he-
reditabit Eccl. iiij. Nota. A. xviij. 3. vſqꝫ ad finem. c.
18 Secũdo impedit illud qd̕ ex primo originat̃. ſ. mun-
dialis occupatio et ſollicitudo. Sic nãqꝫ aſcẽſus arbo
ris impedit̃ ꝑ ramuſculos imꝑtinẽtes ſuꝑfluos ⁊ in-
utiles. Ita vita cõtemplatiua et vita grẽ ꝑ occupatio-
nes terrenas. Et a cõtrario ſenſu: vbi q̇s circa talia nõ
occupat̃: liberius vacare põt ⁊ abundãtius circa ea q̃
dei ſunt. Vnde btũs Greg. xxx. moral. Eo inquit quo
extra ſeparari ꝑ diſciplinã mens nõ põt eo ſuꝑ ſe intẽ-
dere ad ꝑfectũ põt qa ⁊ creſcere arbor cogit̃ que ꝑ ra-
mos diffundi ꝓhibet̃: et cũ riuos fontis obſtruimus
fluenta ſurgere ad ſuperiora ꝓuocamus.
Arti. vj. ¶ Sed dicũt multi quomõcũqꝫ fuerit de iſtis impedi
19 mẽtis vite gratie et glorie finaliter vitã habebimꝰ glie
quia chriſtus vitã ſuã dedit in cruce vt illã haberemꝰ
q̇ igit̃ tm̃ ad nos afficiebat̃ nullo modo vult nos per-
dere. Quibꝫ rñdet̃ ꝙ licet chriſtus tm̃ ad nos affecta-
tus erat vt crucẽ ꝓ nobis aſcẽderet: ⁊ plura pro nobis
paſſus ſit: tñ q̇a nobis dedit liberũ arbitriũ ad faciẽdũ
bonũ vel malũ: qd̕ ſi nõ dediſſet nos nõ eſſemꝰ morte
digni: nec ipſe in loco ſederet iudicis ad nos iudicãdũ
ſꝫ qñ potuimꝰ boni eſſe ⁊ mali ſm̃ ꝓpriã volũtatẽ alit̃
ad nos ſe habebit oĩbꝫ iſtis pũctis mutatis: q̇a tũc nõ
ſm̃ affectũ quẽ priꝰ dicit̃ habuiſſe: ſꝫ valorẽ quẽ inue-
nit iudicabit. Et hoc iuſte q̇a dicit lex ciuilis ꝙ precia
rerũ nõ ex affectu nec vtilitate ſingulorũ ſꝫ cõiter fun-
gunt̃. ff. ad. l. falci. l. p̃cia. i. in inforciato. li. xj. Et po-
nit̃ exemplũ in textu ſub his verbis. Nec ille q̇ filium
alienũ poſſidet tm̃ habet q̃tũ eum pater vẽdere ſolet.
Verbi grã: qñ tractat̃ de filio alicuiꝰ vel re aliqua corã
iudice q̇d valeat et quo p̃mio vel p̃cio dignũ ſit: nõ de-
bet eſtimari ſm̃ affectũ quẽ pater mortuꝰ habuit ad fi
liũ vl̕ rem illã. Sꝫ ſicut ibi dicit̃ in textu: nõ quaſi filiꝰ
alicuiꝰ ſed q̃ñ hõ eſtimat̃. Sic in ꝓpoſito qñ in iudicio
particulari ⁊ generali corã ſummo iudice tractabit̃ de
valore vite nr̃e: ⁊ q̃to p̃cio vel p̃mio digni fuerimus:
nõ habebit̃ reſpectꝰ ad effectũ quẽ pr̃ noſter chriſtꝰ ha
buit ad nos anteq̃ꝫ vitã ſuã ꝓ nr̃a ĩ cruce dedit nec iu-
ſtus iudex ſm̃ illũ affectũ ſed ſm̃ noſtrũ actũ nos eſti-
mabit et iudicabit. Nã tũc iudex filiũ alienũ poſſide-
bit: nam pctõres nõ ſunt filij chriſti ſꝫ alieni: de q̇bꝫ in
pſ̃. Filij alieni mẽtiti ſũt mihi. Et ideo ſm̃ p̃dictã legẽ
nõ quaſi filij chriſti ſed quaſi hoĩes eſtimabunt̃. Hec
cõfirmant̃ ſentẽtia chriſti ⁊ lege dei. Joh. viij. vbi iu-
deis aſſerẽtibꝫ ſe filios Abrahe ⁊ ſic realiter q̇ ad natu-
rã fuerũt: q̇a tñ vitã illoꝝ iuenit malã nõ eos vt Abrahe
ſed vt demonis filios eſtimabat dicẽs. Vos ex p̃re dia
bolo eſtis. Sic iudex cũ aſſeſſoribꝫ ſuis eſtimabit de pec
catoribꝫ in iudicio: poſt qd̕ dolẽdo poterũt dicere illd̕
Sap̃. xv. Eſtimauerũt luſum eſſe vitã noſtrã. His et
alie leges cõcordãt ciuiles: quaꝝ vna dicit ꝙ boues de
eo fundo intelligunt̃ in q̊ laborãt et nõ in q̊ morant̃. ff.
de fundo inſtru. l. cũ q̇dã: cũ g̊ labor ⁊ opa maloꝝ ſint
de fundo ⁊ dominio diaboli q̃tũcũqꝫ ipſi dicãt vl̕ vi-
deant̃ cõſiſtere ĩ terra chriſti: ſicut p̃dicti iudei cõſiſte-
bãt ⁊ morabãt̃ in terra ⁊ hereditate Abrae: tñ ex opibꝫ
et laboribꝫ ad diabolũ ꝑtinere dinoſcunt̃. Si g̊ deꝰ il-
20 eos in morte toleraret: videret̃ facere iniuſticiã ꝯ verũ
illorũ poſſeſſorẽ. ¶ Item dicit alia lex ꝙ arbor illiꝰ ſoli
cẽſet̃ in quo viuit: ⁊ in q̊ radices habet: ⁊ nõ illiꝰ in q̊
videt̃ cõſiſtere. ff. arbo. fur. ceſa. l. ſi plures. i. in. ff. no.
li. ix. Sic g̊ talis arbor qñ ſcindit̃ ad illũ ꝑtinet in cuiꝰ
dominio vixit: ⁊ radices habuit: nec aliꝰ ipm̃ iuſte im
pedire põt q̇n ipſam libere tollat ⁊ ducat et portet quo
voluerit. Sic in ꝓpoſito erit qñ q̇s morte ſcindit̃ ſi priꝰ
in dñio diaboli ⁊ in eiꝰ opibꝫ radices fixit intẽtiõis et
volũtatꝭ q̃tũcũqꝫ noĩe habitu ⁊ ſtatu ĩ terra chriſti cõ
ſiſteret. Tali iuris p̃textu obtinuit diabolꝰ diuitẽ illũ
Lu. xvj. ſic oſtẽſum eſt. M. iiij. 15. Sicut g̊ ille in cuiꝰ
parrochia vixit et morit̃ iuſte petit corpꝰ: ita ille ĩ cuiꝰ
ſeruitio vixit et moriebat̃ iuſte vẽdicat aĩam: allegãdo
ꝓ ſe ⁊ ſua iuſticia illud. ij. Mach. vj. Et iſte quidẽ hoc
modo vita deceſſit: g̊ eſt meꝰ. Iſti vltime legi ꝯcordat
alia q̃ habet̃. J. v. 5. Nec iſtis repugnat auctoritas ſa
cre ſcripture: q̃ habet̃. M. xj. 43. qua dicit̃. Si cecide-
rit lignũ ad auſtrũ ⁊c̃. q̇a ĩ cuiꝰ terra ſtãt dũ viuũt: ad
eiꝰ partẽ cadũt dũ moriunt̃. Nõ eñ ſtant ĩ terra ⁊ ſer
uitio dei ⁊ cadũt ad partẽ diaboli: q2 nõ põt male mori
q̇ bñ vixit nec ecõuerſo: ſi vſqꝫ ad mortẽ ſtet ĩ ſeruitio
diaboli. Inter oẽs v̕o ad infernũ cadẽtes peiꝰ cadũt ⁊
ꝓfundiꝰ q̇ peccãt ⁊ alios v̕bis vel exẽplis peccare fa-
ciũt: q̇a ſic melior eſt q̇ bñ viuit ⁊ bñ docet q̃ꝫ q̇ tm̃ bñ
viuit: ita ecõuerſo: ille peior ⁊c̃. De tali dicit̃ Eccl. xxij.
Nequiſſimi nequiſſima vita. Q2 tales celeſtẽ non ha-
bebũt hereditatẽ: per iura ꝓbat̃. X. j. 20.

V viij

Viſitatiõis primo oſten-
ditur diſtinctio oſtẽdẽdo quõ viſitatio dei de-
bet eſſe exẽplar ⁊ forma viſitatiõis hũane. Secũdo ad-
ducẽda ſunt quedã themata ⁊ materie q̃ generalr̃ ꝑti-
nẽt ad oẽs viſitãtes et viſitãdos. Tertio ꝓducẽde ſũt
quedam themata ⁊ materie que ſpecialiter viſitantes
informant et viſitandos in religione.
¶ Q̃tum ad primũ viſitatio eſt duplex diuina et hu- Arti. j.
mana. Diuina q̃ deꝰ cui dr̃ in pſ̃. Intẽde ad viſitãdas 1
oẽs gẽtes: viſitauit viſitat ⁊ viſitabit quatuor genera
hoĩm: pctõres penitẽtes ꝓficiẽtes et ꝑfectos: viſitato-
ribꝫ hũanis ⁊ moderni tp̃is dans exẽplũ: qualr̃ in vi-
ſitatiõibꝫ ſuis ad iſta q̃tuor genera hoĩm ſe habebunt
Primos nãqꝫ viſitat in vita ⁊ in morte ſꝫ diuerſimode
In vita ſicut magr̃ diſcipulũ errantẽ vt corrigat̃ v̕be
ribꝫ. In morte incorrigibiles ad modũ iuſti iudicis vt
damnet̃: de p̃mo: in pſ̃. Si aũt dereliq̃rint filij eiꝰ legẽ
meã ⁊c̃. viſitabo in virga iniq̃tates eoꝝ: ⁊ in v̕beribꝫ
pctã eoꝝ. De Secũda Eſa. x. Viſitabo ſuꝑ fructũ ma 2
gnifici cordis: quãtũ ad ſuꝑbos q̇ hic viſitãtibꝫ inobe-
diẽtes viſitari nolũt: ſꝫ potẽtia ſe defendũt vel malicia
ſubterfugiũt vel hypocriſi pctã ſua abſcõdũt. De q̇bꝫ
Soph. j. Viſitabo ſuꝑ principes: q̇. ſ. de ptãte ſuꝑbiũt
vel potẽtia: ne viſitent̃ ſe defendũt: ⁊ ſuꝑ filios regis q̇
ꝓpter generis nobilitatẽ obedire ⁊ facere qd̕ de eis in-
cũbit cõtemnũt: ⁊ ſuꝑ oẽs q̇ induti ſunt veſte ꝑegrina
q̃tũ ad hypocritas q̇ exteriꝰ oĩa oſtẽdũt pellẽ. i. cõuer-
ſationẽ ſimplicẽ ⁊ bonã: ſꝫ interiꝰ ſunt lupi rapaces: et
ſuꝑ oẽm q̇ arroganter ingredit̃ domũ dñi q̇ in ſciẽtia
terrena aĩali diabolica ⁊ cautelis ⁊ ꝑuerſo cõſilio ⁊ ma
licijs et appellatiõibꝫ malis ꝯfidẽs arrogãter ingredit̃
et deo ⁊ locũ ſuũ tenẽtibꝫ obedire contemnit: de quibꝫ
Hiere. ix. Sagitta vulnerãs eſt lingua eoꝝ dolũ locu
ta eſt. Nũq̇d ſuꝑ his nõ viſitabo dicit dñs: aut ĩ gentẽ
huiꝰ nõ vlciſcet̃ aĩa mea? ¶ Predicti nãqꝫ ⁊ eis ſiles 3
ſuꝑbia ſua q̃ſi vinci nolũt: ⁊ auaricia ſua q̃ſi ſua amit-
tere timẽt vel qua ꝓuari timẽt de facto de hoc: q̊ iure
priuati ſunt: ⁊ delitijs ſuis q̇bꝫ carere nolũt cõſulẽtes
frequẽter vt viſitatiões ꝑ media p̃dicta euadũt hoĩm:
ſꝫ q̇d eſt viſitatiões ⁊ iudicia euadere hoĩm breuia ⁊ le-
uia: in iudicijs duriſſimis incidere dei: q̊ de eis loquit̃
Hiere. v. Magnificati ſunt q̊ ad ſuꝑbiã: ⁊ ditati ſunt

q̄ ad auariciā ⁊ īpinguati ſunt quo ad gulā ⁊ luxuriā:
et p̄terierūt ſermões meos peſſime.i.p̄cepta mea et mi
niſtrorū meoꝝ:nū qd ſup his nō viſitabo dicit dñs.q.
d.viſitabo diſtrictiſſime:q꞉ ille mētiri nō pōt q̄ illā vi⸗
ſitationē eis ꝓmittit dicēs.Ego aūt in die vltiōis vi⸗
ſitabo hoc pctm̄ eorū.Exo.xxxij.Qualiter ḡ nūc vł in
morte reſpōdebūt ad illā q̄ſtionē quā ab eis q̄rit de⁹.
Eſa.x.Quid inq̄t facietis in die viſitatiōis ⁊ calami⸗
tatis.Cui q̄dē queſtiōi rñdet Hiere.vj.et.viij.A mi⸗
nori inq̄t vſq꞉ ad maiorē oēs auaricie ſtudēt.Et ſeq̄t.
Propterea in tp̄e viſitatiōis tue peribūt. Sic viſitat⁹
fuit ſupb⁹ angel⁹ lucifer cū ſocietate ſua. Sic viſitat⁹
fuit inobediēs Saul.Et auar⁹ ille Lu.xij.Aīa habes
multa bona.Et guloſus diues Lu.xvj.In prima p̄o
p̄te hui⁹ viſitatiōis diuīe,qua.ſ.viſitat pctōres corri⸗
gibiles vt corrigant᷑:informant᷑ viſitatores eccłiaſtici.
4 In ſcđa q̄.ſ.viſitat incorrigibiles ad mortē informāt᷑
viſitatores ſeu iudices ſecłares.Ad p̄mos nāq꞉ ꝑtinet
p̄ceptū illud.j.Reg.xvij.Fratres tuos viſitabis ſi re⸗
cte agāt:⁊ cū q̄b꞉ ordinati ſunt diſce.Ad ſecūdos p̄o:
illud Leuit.xxvj. Viſitabo vos velociter.Et infra.
Percutiā vos ⁊c̄.Sꝫ eſt aduertēdū ꝙ in vtraq꞉ p̄di⸗
ctarū viſitationū dei:de⁹ habꝫ et habuit q̄ſi viſitatiōis
ſue coadiutores:nō ꝓpter adiutorij indigētiā:ſꝫ poti⁹
ꝓpter ſignificationē ⁊ exēplū. In h̄ nāq꞉ ille cui⁹ oīs
actio nr̄a eſt inſtructio:ſm̄ btm̄ Greg.dat intelligere:
ꝙ viſitatores hoīm in viſitādo pctōres cōſilio indigēt
et auxilio alioꝝ.Sicut nāq꞉ p̄mo de⁹ a p̄ncipio mūdi
pctōres viſitauit ꝑ ꝓphetas ⁊ alios electos:ip̄os ad bo
nū ducēdo.Ita p̄lati dioceſes ſu[illegible]s viſitātib꞉ neceſſa⸗
riū eſt adiutoriū electorū virorū:[illegible] ad hoc de ſingulis
parrochijs eligunt᷑ fideliores et [illegible]eliores:vt ꝑ eoꝝ au⸗
xiliū pctōres viſitent᷑ oſtēdant᷑ et ad bonū cōuertant᷑
et corrigant᷑.Qr eo diligēti⁹ et fideli⁹ facere debēt:quo
ꝓphetarū et electorū virorū vt p̄dictū eſt locū tenēt:⁊
q̄ excōicationū minis et p̄ceptł ad vitarē dicēdā obli⸗
gant᷑:de q̄b꞉ nullus p̄ter ep̄m vel ei⁹ ptātem hñs eos
abſoluere pōt.Sicut inſuꝑ ſecūdo occidit p̄mogenita
egypti Exod.xiij.Et exercitū ſennacherib centū octo⸗
gintaquinq꞉ milia.iiij.Reg.xix.ꝑ myſteriū angelorū.
Ita nūc mediātib꞉ illis q̄ ad viſitationē vocant᷑ q̄ an⸗
gelorū locū tenēt occidere debet p̄latus pctōres:illa.ſ.
morte q̄ dicit Apłus.Mortuos q̄dē pctō viuētes aūt
deo.Et iudex terrenus morte corporali mediāte fideli
duodena.Ita ꝙ vterq꞉ iudex ſi recte viſitare vel iudi⸗
care debeat:neceſſe habet fidele inuocare adiutoriū cū
Moyſe.Exo.xxxij.Qui inq̄t dñi eſt iūgatur mihi.Et
ait.Hec dicit dñs.Ponat vir gladiū ſuꝑ femur ſuū:
ite ⁊ redite de porta ad portā.i.de domo ad domū totā
parrochiā de q̄ eſtis diligēter ſcrutādo:ſi mercatus in
aliq̄ loco teneat᷑ in dieb꞉ dñicis:ſi aliqui nō veniāt ad
miſſam ī dñica ꝓpter capellā in qua audiūt euāgeliū:
ſi ſint aliq̄ cōcubinarij vel vſurarij vel ī matrimonio
male copulati vel ſymoniaci vel ſortilegi vł hmōi ma
lefactores in clero vel ī ꝓpło q̄ omnino latere pñt niſi ꝑ
vos oſtēdant᷑:⁊ occidat vnuſquiſq꞉ fratrē ⁊ amicū et
ꝓximū ſuū:nulli ſcꝫ parcēdo:nec potēti ne noceat:ſciē
tes qm̄ de⁹ potētior eſt ⁊ plus nocere pōt. Nolite ḡ ti
mere eos q̄ occidūt corp⁹ ⁊c̄.Mat.x.Nec amico q꞉ eſt
amic⁹ corpori:ita ꝙ ſit inimic⁹ aīe:q̄ maxia eſt inimi⸗
citia.Et ſi ſciāt nūc vobis bonas grates q꞉ eis parcitł:
maxias ſciēt vobis malas grates in die viſitatiōis et
calamitatł de lōge veniētis.Eſa.x.In q̄ viſitatiōe nec
ipſi pctā illoꝝ celare:nec ab amicł illis iuuari poterūt.
5 Et h̄ eſt qđ ſequit᷑.Ad cui⁹ cōfugietł auxiliū?Secūdo
viſitat de⁹ penitētes et in afflictiōe poſitos:ſic medic⁹
cōualeſcētes vt cōſolet᷑ et letificet et informet qualr̄ ne
redeāt ſe cuſtodire debeāt:ſic etiā mat̄ filiū famelicū
vt paſcat:ſicut patet Exo.iij.vbi ait. Viſitās viſitaui
vos cōſolādo cibādo:et vidi oculo cōpaſſiōis oīa.ſ.
aduerſa q̄ acciderūt vobis in egypto:et dixi vt educā
vos de terra egypti.Ecce viſitatio et cōſolatio in ope.
Sic p̄lat⁹ vel q̄cūq꞉ viſitator in viſitatiōe ſua cōſolet᷑
puſillanimes:ſuſcipiat infirmos:patiēs ſit ad oēs.Et
ſicut famē et defectū nitit᷑ ſupplere ſpūalē quā aīe ſuſti⸗
nēt pctōꝝ.Ita famē deſtruat miſerorū pauperū:et fa
melicū paſcat ad eū clamantē et dicentē:illud Hiere.
xv.Recordare mei et viſita me ⁊ tu erue me:q꞉ religio
munda apud deū:hec eſt:viſitare infirmos et viduas
in tribulatiōe eorū.Iaco.j.Et tunc de vtraq꞉ paſtura
veraciter dicere poterit:illud Ezechieł.xxiij. Viſitabo
oues meas ⁊ liberabo eas et paſcā.Et ſciat ꝙ talis pa⸗
ſtura magna erit merces.Princeps nāq꞉ diligit et re⸗
munerat et quicūq꞉ gratus hō illos q̄ viſitāt amicos
ſuos in alienis partib꞉ ⁊ neceſſitatib꞉ ſuis. Sic chriſt⁹
q̄ dicet Infirm⁹ fui ⁊c̄.Matth.xxv.Ergo non te pi⸗
geat viſitare.Eccł.vij.Sed heu ſunt nōnulli tā p̄lati
ſeculares q̄ lautas ab eccleſijs et viris eccłiaſticis indi
gētib꞉ recipiūt ꝓcurationes q̄ꝫ etiā religioſi:ſiłes illis
oneroſis viſitantib꞉ et cōſiliatorib꞉ Iob.ij.de q̄b꞉ cō⸗
dixerāt ſibi vt viſitarēt et cōſolarent᷑ eū.De q̄b꞉ tñ ſan
ctus Iob.q꞉ illū effectualr̄ nō cōſolabant᷑:poſtmodū
dixit:cōſolatores oneroſi oēs vos.Tertio viſitat deus 6
ꝓficiētes:ſic paterfamilias oꝑarios laborātes vt op⁹
bonū cōtinuēt et ꝑficiāt:in quo deficerēt niſi ab altiſſi
mo emiſſa fuerit viſitatio.Eccł.xxxiiij. Sic p̄latus vł
quicūq꞉ viſitator bonis exēplis et v̄bis et p̄dicatorib꞉
viſitare debet ꝓficiētes de virtute in v̄tutē ne deficiāt
intm̄ ꝙ ſubditi de eo ⁊ in eo deū glorificare pñt:et di⸗
cere illud Lu.vij.Propheta magn⁹ ſurrexit ī nobis:
et q̄a de⁹ viſitauit plebē ſuā.Quarto viſitat deus ꝑ⸗
ſeuerātes et ꝑfectos:ſicut viſitant᷑ honorabiles ꝑſone
dona gr̄e et glorie:ampliora eis largiēdo:ſicut ptꝫ ſpe⸗
cialiter de btā virgine:quā modo dicto ſpecialiter vi⸗
ſitauit.Vnde pſ.Viſitaſti terrā.i.virginē humilem:
⁊ inebriaſti eam ꝑ ſpūſſancti fecūdationē et gratiaꝝ in
p̄ſenti inundationē:multiplicaſti locupletare eam per
vltimā ⁊ ꝑfectiſſimā glorificationē. Sic p̄lat⁹ vł ali⁹
viſitator etiā viros ⁊ quaſcūq꞉ ꝑſonas religioſas ⁊ ꝑ⸗
fectas inebriare debet verbo p̄dicatiōis et exēplo ſctē
cōuerſatiōis dicēs:illud Hiere.xxix. Viſitabo vos ⁊
ſuſcitabo ſuꝑ vos verbū bonū.Iſtis quatuor p̄dictis
modis:viſitauit nos oriens ex alto:illuminare his qui
in tenebris et in vmbra mortis ſedent. Lu.j. Et iſtis
quatuor modis:tu qui in viſitando locum eius tenes:
intēde ad viſitādas oēs gentes:nō miſeriaris omniū
qui oꝑant᷑ iniquitatē:in pſ.Lu.vij. Viſitauit plebē
ſuā.Et vide ꝙ in eis omnia honeſte et ſm̄ ordinē fiāt.
j.Coꝛ.xiiij.

¶ In q̄ autoritate primo relucet ⁊ introducit᷑ ſecūdus Arti.ij.
7 articulus. Viſitatio.ſ.hūana q̄ ordinare habet ꝙ oīa
honeſte ⁊c̄.Chariſſimi licet h̄ apłicum p̄ceptū ad oēs
dirigat᷑ chriſtianos:modo tñ ſpecialiori ad p̄latū diri⸗
git᷑ viſitantē ⁊ ad capitulū ſuū viſitandū. Ipſi nanq꞉
ſunt ſpūalia ꝓpłoꝝ capita:ſicut ḡ ꝙ in toto corꝑe ordo
ſit decēs ⁊ honeſtas:hec tñ maxime in capite req̄runt᷑.
Ita ꝙ tūcūq꞉ p̄dicta apłi verba totū eccłie corpus ad
ordinē habendū et honeſtatē hortent᷑:hic tñ ſpeciali⁹
ad capita dirigunt᷑ a dicēte:oīa ⁊c̄.In qua auctoritate
ſeu p̄cepto cōprehēdit apłus viſitantes et viſitandos:
ſeu etiā ordinātes et ordinādos:quo ad tria. Primo q̄
ad diſtributionē vel cōpoſitionē valde latā:omnia ho

neſte. Secūdo exprimit pfectionē regulantē: ordinem.
Tertio executionē bene cōtinuatā fiant: de primo. ij.
Cor. vj. In oībꝫ exhibeamꝰ nos ſicut dei miniſtros ⁊c̄.
Ordo De ſecūdo Aug. de ci. dei. li. xix. Ordo eſt rerū pariū
diſpariūqꝫ ſua cuiqꝫ loca tribuēs diſpoſitio. De tertio
Aug. in regula. Nihil fiat ꝙ cuiuſqꝫ offendat aſpectū
ſed qđ veſtrā deceat ſanctitatē: ſupple oīa fiāt. Quātum
Omnia ad primū illud vniuerſale verbū quo dicit. Oīa nil di
mittit de viſitatiōis materia: qn oīa dicant̄ et aperte
oſtēdant̄ q̄ ad viſitationē ptinēt: tam pctā cleri qꝫ ppl'i
ſiue ſit ſymonia ſiue vſura ſiue cōcubinatꝰ ⁊c̄. nec etiā
de ipſis viſitādis ſiue ſint amici ſiue inimici ſiue offen-
dant̄ ſiue nō. Exēplū primo in matre q̄ ſi viderit vnū
mēbrū filij ſui extra iūcturā nec patiētis dolore nec cla
more nec offenſione dimittit quin ipm̄ lauet: ⁊ in hoc
caſu incipit a filio quē plus diligit. Sic nec vos q̄ offi-
cium geritis matris in officio viſitatiōis: nihil dimit-
tatis veritatē celantes vel falſitates oſtēdentes: ſed oīa
8 in gloriā dei facite. j. Cor. x. ¶ Secundū exemplū ad
hoc eſt de ore. Qz medicus vulnus totiꝰ corporis ape
rit in quacūqꝫ corporis fuerit parte: qūtūcūqꝫ pars illa
chara ſit vel occulta. Sic vos qui officiū geritis oris:
aliter nō naturale ſꝫ maledictū ⁊ crudele os eſtis. Os
eīm veſtrū eſt quaſi inſtrumentū minutorū: qđ quidē
ſi ſanguini corrupto viā et exitū bonū fecerit: viuet q̄
minuit̄. Sin aūt moritur. Sic vena vite os iuſti: quia
venā ad vitā aperit: os aūt impiorū operit iniquitatē.
Prouer. x. Sed forte cogitāt vel dicunt: ſi vicinos vel
amicos noſtros accuſauerimus. nulla in eis ſequetur
correctio quo ad aīas: quia alij pecunia accepta eos
viuere pmittēt: ſicut prius vixerūt: ⁊ nihil ſequet̄ niſi
ipſorū in bonis dānificatio. Quibꝫ rūdet̄ ꝙ vos eſtis
ſpeculatores ad minꝰ ex actu vobis in viſitatiōe incū-
bente: quia ſicut ſpeculatorū officiū eſt illos de caſtro
de periculis imminētibꝫ pmunire ⁊ clamare: aliter corā
dn̄o ſuo pditor eſſe cōuincit̄. Si aūt clamauerit et fe-
cerit qđ in eo eſt: ipſe animā ſuā a pditiōis periculo li-
berauit. Sic vos: ⁊ patet auctoritas ad hoc Ezech. iij.
9 et. xxxiij. Fili hoīs ⁊c̄. ¶ Tertiū exemplū ad hoc eſt de
ſpeculo qđ oſtendit omnē maculā in facie: nec in hoc
caſu regi parcit vel amico. Sic vos qui officiū habetis
ſpeculi ſed oportet ꝙ ipſum ſpeculum prius tergatur.
Sic vos primo mundate voſipſos. Exemplum eſt ad
hoc Abrae qui primo ſeipſum circumcidit. Gen̄. xvij.
Quia iuſtꝰ prior accuſator eſt ſui. Prouer. xviij. Hoc
ordine oīa cōplebunt̄. Gen̄. xlj. In quo patet ſecūdū.
Perfectio videlicet regulata ordine. Rōne cuiꝰ eſt ad-
uertendū: ꝙ ordo pdictus a beato Aug. diffinitꝰ mul-
tū aſſimilat̄ tam ordini nature in maiori mūdo q̄ etiā
rationis. In ordine totius vniuerſi hunc ordinē ⁊ hāc
videmus cōditionē: ꝙ omnia qūto plus appropinquāt
ſuo principio: tanto ſunt puriora et pfectiora: ſicut an-
geli qui tam in ſimili natura qꝫ miniſterij dignitate
plus deo appropinquāt q̄ corpora celeſtia: ⁊ ideo per-
fectiores inueniunt̄ et ſimpliciores. Sic corpora cele-
ſtia quia qūtum ad ſitū ⁊ loci eminentiā plus deo ap-
propinquāt qꝫ elemēta: ideo perfectiora inueniuntur.
Sic elementa que ſimpliciora ſunt corporibus mixtis.
Sic in aquis illa pars riuuli que plus fonti appropin
quat purior et clarior inuenit̄. Idem etiā patet in ra-
tionalibꝫ ſiue ppoſitiōibꝫ: in quibꝫ illa ppoſitio q̄ plus
ſapit de natura primoꝝ principioꝝ: ū: pluſqꝫ eis ī natura
ppinquat: maiorem habet certitudinem et apparētem
veritatem: in quibus ſi contrarium contingeret totus
ordo nature ⁊ vniuerſi eſſet imperfectus: a contrario
ſenſu nō tenēdo fieret peſſimus: ſicut ad oculum patet
de angelis malis. Sic deberet eſſe in moribꝰ et ordine
hominū ꝙ illi qui plus appropinquat ſpmo principio
increato chriſto rōne officij et ordinis ⁊ ſtatus qūtū ad
plātos et alij viri eccleſiaſtici: et pcipue ſacerdotes qui
intiū ei appropinquāt qđ ipſum manibꝫ tangūt ⁊ tra-
ctant: et ꝙ plus eſt ipſum ſumēdo: eis ipſum incorpo-
rant: nec ſciri poteſt quō ei vel ipſe eis plus appropin-
quare poſſent: ergo in eis maxima requirit̄ bonitas p-
fecto et puritas: ad hoc ꝙ ſtatum ſuum digne teneant
put ordo nature et rationis docet: quem ſi ſic teneant:
pro tāto ſunt omnibus creaturis digniores ꝙ ipſi deū
conſecrare poſſunt: ꝙ nec angeli vel alia creatura fa-
cere poſſunt. Si vō econuerſo ſtatum ſuum nō tenue-
rint: ſicut predictum eſt: de angelis: ſunt omnibꝫ crea-
turis etiā multis demonibꝫ peiores. Et pter hoc de
eis dici poteſt qđ Malach. ij. dicit̄. Angelus eīm dn̄i
exercituū eſt. Si vō tales nō ſint ad hoc primo ⁊ prin-
cipaliter intēdere debet viſitator vt illi primo et prin-
cipaliter ordinent̄ et corrigant̄ et tales fiant. ¶ Et ad 10
hoc exemplū habemꝰ in minori mūdo. i. in hoīe ſeu
in natura humana. In qua videmus ꝙ ſicut natura
in corpore bene diſpoſito cuilibet mēbro locū cōueniē-
tem ſue tribuit cōditioni: ſicut oculo qđ eſt mēbrū di-
gniꝰ locū ſuperiorē ⁊ pedi inferiorē ⁊ ſic de alijs: aliter
eſſet corpus mōſtruoſum. Ita etiā mēbrū nobilius di
ligētius a damno et leſura cuſtodit: et ſi leſum ſit: citiꝰ
illud curare feſtinat: ſicut patet de corde oculis et facie
quia vbi maius imminet periculum vel deformitas:
cautius et feſtināti9 et diligētius eſt agendū. Ita in
eccleſia: digniori dignior locus eſt dandus: quia ſicut
natura prius cordis attendit factioni quia impoſterū
principiū erit vite ⁊ membrū vtilius et vitam totius
corporis continens. Ita ipſi prelati: talis principaliter
intēdere deberēt pmotioni: qui ī futuro vitā ſpūalem
fluet ad omnia mēbra alia eccleſie et ſi tale cor vel talis
oculus in aliquo ſit infirmus: viſitator et omnes de
viſitatiōe ſe intromittētes: primo et principaliter circa
ipſius curam inſiſtere deberēt: incipiētes a ſanctuario
Ezech. ix. Deinde circa alia mēbra ſic ſollicitent̄: ꝙ q̄-
libet locū ⁊ ſtatū ſibi teneat: quia aliter corpus eccleſie
erit monſtruoſum et deforme: quando. ſ. pes parum
reſpectiue infirmus artat̄ deſpicit̄ et dure corrigitur:
et oculus excecatus q̄ cū ſanari vel recuperari poſſet:
et facies deturpata et mēbrū magnū extra iuncturam:
nec ſanant̄: ſicut accidit continue inter illos qui cattu-
lum verberant ⁊ leoni parcunt: qui vident lupū ve-
nientem et fugiunt: quis nō diceret talem cōmunitatē
mōſtruoſam: et cauſa eſt quia tales plāti eccleſie et ſu-
periores pmiſſiue oēm puertūt ordinē. Ideo ibūt vbi
nullus ordo ſed ſempiternꝰ horror inhabitat. Job. x.
¶ Tertio vō de omnibꝫ iſtis efficax fieri debet execu- 11
tio: et qūtū ad deferētes et qūtū ad delatos et qūtū ad iu-
dicantes. Qūtū ad deferētes. i. qūtū ad vocatos ad vi-
ſitationē p chriſto ⁊ eius concilio informando ꝙ oīa
que in taberna dicunt detrahentes ad eorum damna-
tionē: aperte dicant in viſitatione ad ſuam et aliorum
ſaluationem. Qūtum ad delatos: ꝙ iuſtam executio-
nem non impediāt rogando vel dando: ne corpus qđ
peccat puniatur: rogando enim vel dando aliquid ma
giſtro filij regis: ne filius ipſe delinquens puniatur:
vel ꝙ libere ſeipſum perdere poſſit: tam dans qꝫ reci-
piens a rege reportat malas grates. Patienter ergo
ſuſtineat dicens illud Luce. xxij. Pater non mea: ſed
tua voluntas fiat. Qūtum ad iudices qui eos in ta-
libus precibus et donis exaudire non deberent: pro-
pter rationes et leges oſtenſas. C. xvj. 38. cum ſequē-

12 tibus. Ergo cuncta fac ſm exemplar qđ tibi in mon-
te mõſtratũ eſt. Exo.xxv. Et Heb.viij. ¶ Ex iſtis ptʒ
ꝙ rõne viſitatiõis tã accuſatoribꝫ q̇ aduocant᷑: tã accu
ſatis: qʒ etiã iudicãtibꝫ cõpetit illud p̃ceptũ ꝓpheticum Veritas
Zach.viij. Loq̇mini veritatẽ vnuſq̇ſqʒ cũ ꝓximo ſuo
Thema. Emitte lucẽ tuã ⁊ veritatẽ tuã. Oẽs nanqʒ p̃
dictos in ſpũ dñi ⁊ veritate adorare oportet Joan.iiij.
p̃mos accuſando: ſecũdo culpas v̇aciter recognoſcen-
do: tertios iudicãdo. Jſtis ḡ tribꝫ modis loq̇mini ve-
ritatẽ. Vel ſic: tria cõprehẽdit: viſitatõis initiũ: modũ:
ambitũ: p̃mũ in loq̇le oſtẽſione: ſecũdũ in veritate: et
tertiũ in gñalitate ꝯſiſtit: tria exp̃mit ⁊ oſtẽdit. Prio vi
ſitatiõis initiũ: loq̇mini. Secũdo modũ q̇ fieri debet:
ſcʒ ꝑ veritatẽ. Tertio mediũ ſeu auxiliũ ꝑ qđ vnuſq̇ſ-
qʒ cũ ꝓximo ⁊c̃. De p̊.ff.v.I. De ſcđo Roma.ix. Ve-
ritatẽ eñi dicã. Rõne cuiꝰ eſt aduertẽdũ ꝙ veritas eſt
q̃druplex q̃tũ ad p̃ſens ꝑtinet ꝓpoſitũ: ſcripti: cordis:
oris: ⁊ opis. Diuidẽdo v̇o p̃mã veritatẽ p̃ om̃es alias
moderno tp̃e magna inuenit᷑ ſil'itudo inter illã ⁊ illas
tres ꝓ tãto q: ſicut ad oculũ ptʒ illa v̇itas in ſcriptura
librox̃ eſt multũ notabilit᷑ diminuta: q: noui libri non
ſunt ita v̇aces ſic̃ antiq̇. Jta nec hoĩes moderni tantã
habẽt veritatẽ ĩ corde ore ⁊ ope ſic̃ antiq̇tꝰ h̃re ſolebãt
q: diminute ſunt v̇itates a filijs hoĩm: in pſ. Et Oſee
iiij. Nõ eſt veritas. Jdeo mundꝰ eſt ſtultꝰ: ex q̇bꝫ mẽ-
daciũ adulteriũ furtũ inundauerunt: q: corruit in pla
tea veritas. Eſa.lix. Per cuius defectũ ⁊ caſum p̃dictũ
p̃dicti errores acciderũt qui librũ chriſtianitatis mul-
tũ deformauerũt: ſed reuera ſicut videns librũ veracẽ
⁊ bonum quo filiũ ſuũ emendare poſſit agit qđ illum
habeat librũ per quẽ ſuum filiũ corrigat. Jta p̃latus
vel viſitator intelligens vel ſuſpicãs vel audiens defe
ctus ⁊ peccata ⁊ falſitates eſſe in ſuis ſubditis: qui qui
dem deformarunt libros ꝯſcientiarũ: faciat citari curã
animarum habentẽ: ⁊ meliores ⁊ fideliores de parro-
chijs tanq̃ librũ veracẽ: ꝑ quẽ aliox̃ corrigat defectus
13 ¶ Circa quox̃ correctionem reſpiciatis primo literas
capitales: id eſt viros eccl'iaſticos: ꝯſiderando ſi in eis
aliquis ſit defectus: quia falſitas in eis tanqʒ in oculo
vel facie eſt valore notabilis ⁊ apparens: deinde alios:
quod ſi feceritis liberabit᷑ a periculo tam vos qʒ illos
⁊ etiam ſuperiores veſtros Joan.viij. Cognoſcet᷑ ve
ritatem ⁊ veritas liberabit vos: ergo a contrario ſenſu
non recognoſcẽdo veritatem falſitas ꝑdet vos ⁊ illos
ſicut tam euntes ad bellum qʒ remanẽtes ad ſarcinas
perdũtur per malos bellatores: ⁊ rex ⁊ regnum per ta-
les decipitur: ſicut patet. B.iij.8.⁊.29. Patet igitur ꝙ
ſi aliquis veſtrum neſciat quando antichriſtus veniet
vel ſi erret falſum dicendo quale tempꝰ erit cras futu-
rum ꝓnoſticando: non eſt falſitas damnationis: ſed
vbi precepto iuramento vel excommunione tenemini
veritatem dicere: ſi veritatem zelaueritis vl' falſitatem
ſcienter dixeritis: voſip̃os damnatis. Jđo quemq̃ ve
ſtrũ ſollicite ammonet apoſtolus.ij. Timoth.ij. dicen-
tes. Sollicite cura teip̃m probabilẽ exhibere deo ope-
rarium inconfuſibilem recta tractantem verbum veri
14 tatis. ¶ Sed in malis chriſtianis vocatis pro veritate
dicenda veritas frequẽter impeditur timore: quia non
nulli illorum exempla ſequũtur idolo quod noluit di-
cere veritatem ne frangeretur ei caput. Jta illi inordi-
nate damnum bonorum vel corporum timentes: nec
eos accuſare: nec iudices corporaliter punire audent:
qui tamen potius deum timere deberent. De quo in
pſalmo. Mandaſti iuſticiam tuam ⁊ veritatem tuam
nimis: id eſt ſub pena perditionis eterne: quod dam-
num ab alio inſuper non poteſt: in accuſatis v̇o impe-
ditur ⁊ negatur ꝙ timent tangi: ſicut equus ſcabioſus
per munerum interpoſitionem: ſicut lumẽ ſolis impe-
ditur quãdoqʒ ne luceat lune per terre interpoſitionẽ
⁊ ſicut etiam radij ſui aliquãdo interponuntur ne no-
bis clare appareant per nubis interpoſitionẽ. Sic mu
nerum ⁊ turpis lucri cupiditas frequenter veritatem
impedit: ne in ore ⁊ opere ⁊ correctione exerceatur. Et
oſtendit᷑ in illis in quibꝫ impletũ eſt prophetia Danie
lis.viij. Proſternetur veritas in terrã. Vos v̇o tanqʒ
viri veraces in quibꝫ ille qui vos ad hanc vocauit vi-
ſitationẽ impleuit vel ſaltem implere credidit illud qđ
Moyſi dictum fuit. Exodi.xviij. Prouide de om̃i ple
be viros potentes ⁊ timẽtes deum: in quibꝫ ſit veritas
⁊ qui oderint auariciam. Et ſpecialiter vos ſacerdotes
⁊ curati: qui curam in periculo veſtro ſuſcepiſtis: qui
multum gaudere debetis ꝙ modo veritatem dicẽdo
poteſtis vos in aliquo exonerare: nolite illi falſo deo id
eſt predicto idolo aſſimilari: ſed exemplũ ab illo acci-
pite a veſtro deo chriſto qui dicit: veritatẽ dico Joan.
xvij. Vos etiam accuſati nolite fieri ſicut equus ⁊ mu
lus recalcitrando contra accuſatores ⁊ iudices: quia
ꝓpter veritatem ⁊ manſuetudinẽ ⁊ iuſticiam deducet
te: in pſal'.xliiij. Judex inſuper cum ꝯſilio ⁊ clericis ſu
is in veritate educet iudicium. Eſaie.xlij. vt om̃is iſra
el ad celũ veniẽtes audacter dicere poſſitis illud. Eſa.
xxxvj. Aperite portas ⁊ ingredietur gens iuſta ⁊ faci-
ens veritatem. Sed heu timẽdũ eſt ꝙ in porta illa nõ
ſit magna preſſura: quia commutauerũt veritatem dei
in mendacium. Roma primo: quia veritas nõ potuit
portas eorum ingredi: ſicut patet. A.xiiij.39. ideo nec
ip̃i celum ingredi poſſunt: quia ip̃i expulerunt verita
tem de curijs ſuis. Veritas increata. Joan.xiiij. Ego
ſum via veritas ⁊c̃. expellet omnes vos: igitur cauete:
quibus ſpecialiter dicitur Joan.xv. Vos teſtimoniũ
perhibebitis. ¶ Quãdo eñi aliquod negocium ponde 15
ris ignorat᷑: frequenter accidit ꝙ ꝑ teſtes ꝓbatur per
quos veritas demonſtrat᷑: ſed mores hoĩm iſtius pa- Teſtes
trie in ſpeciali a prelato viſitãte ignorant᷑: ḡ neceſſe eſt
ꝙ ꝑ veſtrũ teſtimoniũ ad veritatem deueniat. Vos et
go teſtimoniũ ꝑhibebitis: duo exprimit ⁊ requirit au-
ctoritas hec: oſtenſionẽ veritatis teſtimoniũ: ꝯditionẽ
ꝑhibẽtis ꝑhibebitis. De quo.j. Joan.v. Tres ſunt q̇
teſtimonium dant: vnus exterius: alius interius: terti
us ſuperius. Qui quidem teſtes ſic ordinant᷑ ꝙ ſi vnꝰ
deficiat in teſtimonio ſuo: ab alio corrigi debet. Primꝰ
teſtis ſeu teſtimoniũ eſt ſpecialis duodena: fideles vi-
delicet ad viſitationẽ vocati vt teſtimoniũ ꝑhibeãt ve
ritati: tã in his que ſeip̃os vel alios tangũt. Secundꝰ
eſt ꝯſcientia. Tertiꝰ deꝰ. Primo p̃cipit᷑. Exo.xx. Non
falſum teſtimoniũ dices nec zelando rõne amicitie nec
oſtendẽdo rõne inimicitie ⁊ nõ erit in vobis teſtis mẽ
dax. Ergo fortiter teſtimoniũ ꝑhibeãt veritati. Primo
quia ad hoc electi ſunt ex ordinatiõe p̃lati dicentis illđ:
Actuũ.vj. Cõſiderate fratres viros boni teſtimonij.
Sicut ḡ aduocatis incũbit veritatẽ dicere de cauſa ſua
ita iſtis. Secũdo ꝓpter ꝑiculũ vitãdũ. Sicut nãqʒ fal-
ſus teſtis ſm iura tenet᷑ ad reſtitutionẽ oĩm que ꝑ ſuũ
falſum teſtimoniũ ꝓximus amiſit: ſicut patet per De-
cretũ ſumptũ ex verbis Auguſtini: in epiſtola ad Ma
cedoniũ.xiiij.q.ij. nõ ſane: ⁊.c. ſi res. Et.ij.q.j. ſi notũ.
Et ſic̃ aduocatꝰ ad reſtitutionẽ tenet᷑: ſic̃ ptʒ. A.xiiij.ꝑ
totũ. Jta vos q̇ teſtes eſtis ⁊ aduocati aĩarũ. Teſtes
pro tanto: quia perhibebitis teſtimoniũ veritati. Ad-
uocati pro tanto: quia ſicut aduocatus tenet᷑ loqui pro
cliẽte ſuo. Jta ⁊ vos ꝓ animabꝫ omniũ de parrochijs
veſtris. Et ſi cauſa illox̃ in veſtro defectu pareat: vos

corā deo de dāno reſpōdebitis. Conſidera igiť quō re
ſtitutionē tot aīarū ꝑditarū facere poſſes ⁊ teſtimoniū
16 ꝓhibe de malo. Joan. xviij. ¶ Si vͦo iſti teſtes exterio-
res in aliquo deficiūt nō recte de malo vt deberēt teſti-
ficātes: de quo in viſitatione requiruntᷣ ad ſui ⁊ alioꝝ
ſalutē ⁊ liberationē. Si inſuꝑ teſtis etiā interioꝛ illoꝝ
vicꝫ ꝯſciētia nō eos nunc de pctō vt deberet remoꝛde-
at in vita ſed erret qꝛ obfuſcata ⁊ quaſi deſtructa eſt ꝑ
peccati ꝯſuetudinē vel delectationē vel lucrū ꝑ qđ con
tingit ꝙ minoꝛē nunc habent ꝯſcientiam de viginti li
bꝛis iniuſte auferētibꝫ vel de adulterio q̄ꝫ aliqñ habue
runt de denario auferendo vel foꝛnicatiōe cōmittēda:
quia ſub quadā peccati ꝯſuetudine ꝯſcientie domꝰ ita
obſcuraťᷣ ꝙ in magna peccata: ſicͭ nec in aqua turbida
videri poſſet qui minima viderēt ſi ꝯſcientiā haberent
clarā ſicut vident attomos in radio ſolis ⁊ ꝯſciētie ſti-
mulus ita obtuſus ⁊ abſconditꝰ eſt ſicut abſconditᷣ qđ
intra teſtamentū ꝑtinetᷣ vſqꝫ ad moꝛtē teſtatoꝛis: nō tñ
in moꝛte errabit qꝛ moꝛte appꝛopinquante diabolꝰ illā
ei. i. moꝛiēti oſtēdet: ⁊ obtuſam exacuet ⁊ auferetᷣ vela-
men delectatiōis vel lucri ⁊ faciet ꝙ nō deficiet in his
q̄ ei obijciet: ſicut ptꝫ. D. ij. 7. Qui igiť in viſitatiōe ꝑ-
lati nolunt reſpōdere ad interrogata ſuoꝝ ⁊ alioꝝ libe
rationē tūc reſpōdebūt ad obiecta diaboli ad ſuoꝝ dā-
nationē teſtimoniū reddēte illis ꝯſciētia. Roma. ij. Il
li vͦo qui nūc ꝯſcientias ſuas liberāt verū dicēdo ⁊ fa-
ciēdo tunc argumēta euadēt demonū ⁊ de ꝯſciētie ſue
teſtimonio gl'iabunťᷣ: dicētes. Gl'ia nr̄a hec eſt teſtimo
17 niū ꝯſciētie nr̄e. ij. Coꝛ. j. Et ſi tā exterioꝛes q̄ꝫ interio-
res errēt: ille ſuperioꝛ teſtꝭ ⁊ iudex ꝺ q̄ Hieremie. xxix.
Ego teſtis ⁊ iudex ad quē deuoluiťᷣ cauſa: q̄ hic in viſi
tatiōe non coꝛrigiťᷣ ſicut ꝓpter defectū inferioꝛis iudi-
cis qñqꝫ accidit ꝙ ſuꝑioꝛ de cauſa illa ſe intromittat: ſi
cut ptꝫ extra li. ꝑͦ. de officio oꝛdinarij irrefragabili: vbi
hꝛ ꝙ ꝓpter defectū Decani ad quē de iure vel ꝯſuetu-
dine coꝛrectio ꝑtinet capituli: oꝛdinariꝰ ſe de capitulo ī
tromittit nullo mō in viſitatiōe ⁊ deciſione deficiet vl'
errabit: quia teſtis in celo fidelis: in pſ̄. qui veraciter et
fideliter coꝛriget oīa in inferioꝛibꝫ viſitationibꝫ vel iu-
dicijs errata vel dimiſſa ⁊ neglecta vel abſcōdita. Pꝛo-
pter qđ Sap̄. j. vocatᷣ coꝛripiēs iudiciū. In hoc vera-
18 citer qꝛ ſcimꝰ ꝙ verū eſt teſtimoniū eiꝰ Joā. xxj. Iſtđ
teſtimoniū ⁊ dei iudiciū eſt multū timēdū ꝓpter q̄nqꝫ
Pꝛimo ꝓpť eiꝰ velocitatē Malach. iij. Accedā ad vos
in iudicio ⁊ ero teſtis velox maleficis adulteris ⁊ ꝑiu-
ris. Secundo ꝓpter generalitatē ſi eñ groſſioꝛa tm̄ tūc
dicerenťᷣ minꝰ eſſet graue ⁊ timendū ſed oīe delictum
coꝛdis oꝛis ⁊ opis ⁊ omiſſionis ibi recitabiťᷣ. Sap̄. ꝑͦ.
Renū illius teſtis eſt deus: ⁊ coꝛdis ſcrutatoꝛ eſt verꝰ
⁊ lingue eius auditoꝛ. Tertio ꝓpter teſtimonij cōditio
nem. Grauius eñ a rebꝫ amatis moleſtia ſuſtinetur ⁊
reuera illa que hic ardentius inoꝛdinate amauerunt te
ſtimonium ibi contra eos ferent vt diuitie contra sua
ros Jacobi. v. Agite nūc diuites: diuitie veſtre putre-
facte ſunt. Et cito poſt. Erugo earum in teſtimonium
erit vobis. Et ꝓles male amata ⁊ non caſtigata ⁊ ma-
le ꝓmota contra parētes vel ꝓmotoꝛes. Sap̄. iiij. Ex
iniquis eñ oīes filij qui naſcunťᷣ teſtes erūt nequitie
Quarto pꝛopter teſtimonij firmitatē. Dum enim ac-
cuſatus poteſt teſtes repellere ⁊ exceptiones contra il-
los opponere aliquod remedium inuenire poteſt: nam
hic a teſtimonio repellūtur inimici. ij. q. j. in pꝛincipijs
extra li. v. ti. ꝑmo: cum opoꝛteat. c. inquiſitoꝛes: ⁊ libꝛo
v. ti. iij. de ſymo. licet heli: ſed hec ibi eſſe non poſſunt:
quia ibi admittātur tam amici q̄ꝫ inimici. Cuius cau-
ſa eſt ⁊ ratio: quia inimicus ibi mentiri nō poterit pec-
catum falſum imponēdo nec amicus zelando quia deꝰ
eſt iudex. Ego teſtis ⁊ iudex Hieremie. xxix. ¶ Quin- 19
to ꝓpter accuſatoꝝ in excuſabilitatem. Nō eñ ſe excu-
ſare poterunt per impotentiā vel ignoꝛantiā vl' gratie
abſentiam ab obſeruātia mandatoꝝ dei: qꝛ ſi dicat pec
catoꝛ. Dñe volūtatem tuam implere non potui nec ſci
ui mandata tua non audiui: pꝛemia vel ſupplicia non
intellexi: ideo non feci bonum nec fugi malum infalli-
bile teſtimonium eū mendacē ꝯuincet. Deuť. xxx. Te-
ſtes inquit hodie inuoco celum ⁊ terram ꝙ ꝓpoſuerim
vobis moꝛtem ⁊ vitam: bonū ⁊ malū ⁊c̄. Si dicat no-
ui: ſed facere non potui ꝯtra hoc certiſſimū ꝓhibebunt
teſtimoniū ſancti ⁊ ſancte qui nō ſunt de alia materia
q̄ꝫ ille ſed cum ipi potuerunt: ergo ⁊ ipe potuiſſet ſi vo
luiſſet. Certe magnū teſtimonium erit cōtra carnales:
beata Agnes ⁊ alie virgines. Contra guloſos ſanctus
Nicolaus ⁊ multi alij. Contra auaros apoſtoli q̄ oīa
reliquerunt: ⁊ ſanctus Dominicus ⁊ ſanctus Franci-
ſcus ⁊ plures alij. Talis ergo ſic in iudicio ꝯuictus di
cere poteſt illud. Job. x. Inſtauras teſtes ꝯtra me. Si
dicat noui: ſed nō dedit mihi gratiam volēdi vel ope-
randi. Contra hoc erit teſtimoniū omniū ſanctoꝛum:
quibꝫ deus gratiam dedit quā ⁊ receperunt quā illi ob
tulit ſicut illis cū non ſit apud deū ꝑſonarū acceptio.
Col'. iij. ſicut oſtēſum eſt. G. iij. arti. v. Tunc igiť in il-
lis verificabiťᷣ illud quod eis dixit Actuū. j. Eritꝭ mi-
hi teſtes ⁊c. Et vos teſtimoniū ꝓhibebitis: quia ab ini
tio mecum eſtis Joannis. xv. Et. T. ij. per totū. No-
ta. J. xj. arti. iiij. ¶ Hoꝛum igitur teſtimonium ⁊ iu- 20
dicium timentes a[...]cq̄ ad illa veniatis: recte iudica-
te filij: in pſal'. Tria [...]tēdit ad viſitationem neceſſaria:
modum: recte: actum: iudicate collegium filij. De ꝑmo
Marci. vij. loq̄bať recte. De ſecundo Joan. vij. Ve-
rum iudicate. De tertio: in pſ̄. Filij excelſi oēs. ¶ Ertū
ad pꝛimum: ad plenius videlicet viſitatiōis modum:
recte videndū eſt aduertendum ꝙ modus viſitantiū
in iure determinaťᷣ canonico: extra in vi. ti. de cēſibꝫ. c.
romana vbi habeťᷣ ꝙ quilibet archiep̄s ſicut ex ꝑmo
patet. §. vel epūs ſeu alius p̄latꝰ oꝛdinario iure: ſuos:
ſubiectos viſitaturus ſicut ex vltimo patet. §. pꝛius ca-
pitulū ac ciuitatem ꝓpꝛiam viſitare ꝓcuret: deinde to-
tam ꝓuinciā ſeu dioceſim. Et hoc rōnabiliter oꝛdinaťᷣ
⁊ obſeruaťᷣ vt p̄latus in opibus viſitatiōis ſeu guber-
nationis. Pꝛimo ꝯfoꝛmem opibus diuine foꝛmatiōis
habeat modū. Secundo opibus diuine viſitationis.
Tertio opibꝫ nature oꝛdinate. Quarto opibꝫ artꝭ ap-
pꝛobate. Quinto antiq̄rū patrū exēplis. Sexto vt p̄ce
ptū impleat diuinū. Pꝛio nā p̄latꝰ hoc faciēdo: opibꝫ
diuine foꝛmatiōis cōfoꝛmaťᷣ: q̄bꝫ deus totum mundū
foꝛmauit. Illa nanqꝫ opera tripliciter a doctoꝛibus di-
ſtinguūtur ſcilicet creationis diſtinctiōis ⁊ oꝛnatus: ſi
cut elici pōt ex vͦbis ſancti Thome: ī ꝑma pte ſumme:
q. lxix. arti. j. cum ſequentibꝫ. Et ſuꝑ ſecundū ſentētia-
rum. di. xv. quoꝛum trium operū: pꝛimū ſtatim fuit fa
ctum ſine moꝛa tempoꝛis in qua factura modo quodā
ꝯfuſo oīa ſimul creauit. Juxta illud Eccl'. xviij. Qui
viuit in eternū creauit oīa ſimul. Duo vͦo reſidua in
ſex diebus completa erant: ita ꝙ opus diſtinctionis in
tribꝫ pꝛimis completū erat diebꝫ: vicꝫ dñica: ⁊ feria ſe-
cūda ⁊ tertia ⁊ opus oꝛnatus in tribus reſiduis: ita tñ
ꝙ tam circa opera diſtinctiōis q̄ꝫ circa opera oꝛnatus:
ſemper incipiebat a ſuꝑioꝛibꝫ ⁊ ſimplicioꝛibꝫ ⁊ nobi
lioꝛibus: ſicut diligenter ſtudenti patet Geñ. j. Pꝛimo
nanqꝫ die coꝛpoꝛa diſtinxit celeſtia: diuidendo lucem a
tenebꝛis. Secundo die aquas diſtinxit ⁊ aerem: facien
do firmamentū. i. diſtinctionē inť aq̄s ſuꝑioꝛes criſtal-

liñas:⁊ inferiores q̄ priꝰ totū aerē occupabāt:vt ſic fie
ret aeris diſtinctio ⁊ purgatio:⁊ etiā aquarū magis ad
vnū ꝯgregatio. Tertio die diſtinxit terrā: cōgregādo
aq̄s q̄ adhuc totū eiꝰ ſupficiē occupabāt in locū vnū.i.
21 in mare:h̄ q̄ʒtū ad opꝰ diſtinctionis. ¶ Quātum vo ad
opꝰ ornatꝰ:eodē mō q̄ ill' trib' dieb' in ope ꝓceſſerit di
ſtinctiōis:incipiēdo a ſupiorib' alijs trib' dieb' ſequē
tib':circa opꝰ ꝓceſſerit ornatꝰ. Nā q̄rto die q̄ eſt pmꝰ
de trib' dieb' ornatꝰ:ornauit corpa celeſtia pulchritu
dine corpoꝝ luminoſoꝝ:ſic̄ ſol' lune ⁊ ſtellarū. Quin
to vo aquā ornauit ⁊ aerē ꝓducēdo i eis piſces ⁊ aues
Sexto die terrā ornauit ꝓducēdo in eo aīam viuētē:in
genere ſuo:iumēta ⁊ reptilia: ⁊ beſtias terre. Que oīa
cū ſil' feciſſe potuiſſet:nō videt̄ ob aliud ſic paulatiue a
ſupiorib' icipiēdo opa ſua ſine ſaltu formaſſe:q̄ ob re
gentiū exēplū: vt ipi in ope gubernatiōis ⁊ viſitatōis
exemplū ſequant̄ pmi opificis ⁊ pmi opis ꝓducti: ſeu
opis creatiōis vel formatiōis: Nec ſolū in h̄ q̄ viſita
tiōes ⁊ correctiōes ſuas incipiāt a ſupiorib' ⁊ dignio
rib'.i.ab ill' de capitulo: ⁊ deinde ad inferiores deſcen
dant:ſʒ q̄ etiā correctiōes ſuas a ſupiorib' ⁊ potētib':
q̄bulcūq; ſic incipiāt: ⁊ ſic exerceāt q̄ nec maiori vl' ſu
periori:nec medio:nec inferiori parcāt: nec ſaltū in ac
cuſando vel corrigēdo faciāt. Qui eñ maiorib' parcit
vel eos ſaltat: exēplū non ſequit̄ diuinū:nec in ope gu
bernatiōis operi ꝯformat̄ creatiōis ⁊ ſic opꝰ ſuū tanq̄
diſtortū ⁊ deordinatū: ⁊ cū exēplari ſuo nō cōcordās a
ſummo opifice tāq̄ falſum reprobat̄. Cūcta ḡ fac ſm
exēplar:qd̄ tibi in mōte mōſtratū eſt. Exo.xxv. Et ſol
licite cura teipm ꝓbabilē exhibere opariū recte tractā
22 tem vbū veritat'.ij. Timoth.ij. ¶ Secūdo viſitādo ⁊
puniēdo:pmo ſupiores: ⁊ capitulū ꝓpriū: viſitationi
⁊ punitiōi ꝯformat̄ diuine. Deꝰ nāq; pmo capitulū ꝓ
priū viſitauit: ⁊ in eo delinquētes grauiter puniuit:qn̄
celū viſitādo:angelos in eo delinquētes:in carcere re
duxit iferni. Deinde inferiores ⁊ q̄ſi medios viſitauit
⁊ puniuit:qn̄ Adā ⁊ Euā in padiſo terreſtri delinquē
tes a padiſo excluſit: ⁊ in mūdi viuos ⁊ inferni mortu
os libero clauſit carcere. Deinde plurimos alios viſi
tauit ⁊ puniuit inferiores in mūdo iſto delinquētes:de
q̄b' non pñt:nec oportet exēpla poni p ſingula:nos vi
ſitauit oriēs ex alto. Lu.j. de q̄ Lu.vij. Recte iudicaſti
Tertio h̄ faciēdo opib' ꝯformat̄ nature bñ ordinate:
q: natura pmo ꝯformat aīalis. Sic viſitator capitulū
qd̄ eſt vel eſſe deberet q̄ſi cor ⁊ vita ſpūalis totiꝰ dioce
ſis. Quarto idē in opib' oſtēdit̄ artis medicine: q: me
dicꝰ pmo ſtomachū ſanare nitit̄:deinde mēbra; ſic̄ ptʒ
A.xj.65. Idē oſtēdit̄ in exēplis antiq̄rū. Nā Abraā
primꝰ circūcidit ꝓpriū filiū Iſmaelem:deinde alios
Gen̄.xvij. Et Laban pus ſcrutatꝰ eſt tabernaculū Ja
cob:deinde Lye:q̄ ſenior erat ſoror:deinde Rachel: et
aliarū. Gen̄.xxxj. Sexto hoc faciēdo p̄ceptum implet
diuinū:q̄ p̄cipit̄ dei miniſtr' pus ſignare: thau viros
ſanctuarij dei. Ezech.ix. Iſtū inſup ordinē viſitādi cō
grue videt̄ docuiſſe Heliſeꝰ in mō ſuo ſcrutādi ⁊ que
rēdi:qn̄ de ſunamite q̄ſiuit recte ne agit̄ circa te. Sic q̄
rat p̄latꝰ de matrice eccl'ia: ⁊ circa virū tuū.i. circa vi
ros tibi deſeruiētes ⁊ circa filiū tuū:iiij. Reg'.iiij.i.cir
ca laicos q̄ a te q̄ſi filij nutriri debēt: de q̄b' poſtremo
23 faciēda eſt viſitatio. Totū illud pmū pncipale ꝯfirma
tur ⁊ ſecundū iniungit̄. p illud.j. Petri.iiij. Incipiat
inq̄t iudiciū a domo dei. Nā auctoritas ⁊ modū oſten
dit ⁊ p̄cipit p̄dictū ⁊ actū inducit dicens iudiciū. Qui
q̄dē actꝰ ad h̄ vt accuſantib' vel iudicātib' bonus ſit:
duo req̄rit:intētionē purā ⁊ executionē clarā. De pri
ma hī. A.xj.6. Sʒ heu nōnulli alios accuſant: veꝝ for
te dicētes:intentiōe tñ ſe vindicādi: ſic̄ demon latronē
cum porco. A.xxj.26. Executio vo bona ⁊ clara debet
eſſe tā ex pte accuſantiū q̄ʒ ex pte iudicantiū:ſil'is citha
redi:q: ſic̄ intētio ⁊ actꝰ citharedi ad h̄ ordinat̄:vt ꝯcor
dia fiat in chordis ad h̄ vt melodiā reddāt delectabilē
ꝓ q̄ habēda ſingl'as tāgit chordas: ⁊ ſtringit alias plꝰ
alias minꝰ:q̄ ad notā illā tāgi debet:nulli laxate parcē
do:ſi vni nāq; parceret tota melodia inficeret̄. Ita ac
cuſantes ⁊ iudicātes nulli parcere deberēt. Sic̄ nanq;
ex pte oſtēſum eſt. C.iiij.4. defectꝰ tactꝰ vnius chorde
melodiā inficit. Sic ⁊ in nr̄o ꝓpoſito:q: ſi vnꝰ q: forte
potēs eſt:vel alia de cauſa nō viſitat̄ nec corrigit̄ vt de
beret ſʒ pecunia data vel malo fauore in pctīs ſuis iace
re diſſimulat̄:alij paupes q̄ dure corriguntur:murmu
rāt:detrahūt: ⁊ obloquunt̄: ⁊ exēplū ab ill' accipiūt re
cedēdi ad pctā: ⁊ ſic ſpūalis melodia corrūpit̄:q: nō eſt
cordiū ꝯcordia:nec tñ pacē turbent cordiū:ſʒ etiā p ta
les pſonarū acceptiōes:tota turbat̄ cōitas:ſic̄ oſtēſum
eſt. A.xxj. ⁊.xv. ⁊.x. ¶ Cuiꝰ ratio eſt:q: ſicut falſi patrie 24
ductores ⁊ duodenarij ſunt cauſa tot latronū ⁊ etiam
malefactoꝝ p quos fideles frequēter inq̄etant̄. Ita q̄
alios accuſare deberēt vel punire ⁊ nō faciūt: ⁊ q̄ reos
purgāt vel iuuāt vel ſupportāt ſunt cauſa q̄re tot ſunt
pctōres: ꝓpter q̄s deꝰ totā cōmunitatē peſtilentijs plu
uia ⁊ fame affligit:dicente pſ̄. Poſuiſti terrā in ſalſugi
nem a malicia inhabitantiū in ea. Vos ḡ iſta picula ca
uete ⁊ diligite iuſticiā q̄ iudicatis terrā Sap̄.j. In hoc
oſtendētes vos eſſe filios dei:q̄ cū accepit tp̄s iuſticias
iudicabit:q̄ nulli parcet:q̄ ſicut nullū bonū dimittit ir
remuneratū:ita nullū malū dimittit impunitū. Sitis
ḡ filij patris veſtri qui ſolē ſuū oriri facit ſup bonos et
malos. Math.v. Factū vo iuſticie quo peccatores ve
raciter accuſatis vos qui ad hoc vocati eſtis: ⁊ fideliter
punitis ⁊ iudicatis:vos qui ad hoc iudices poſiti eſtl
potiſſime oſtēdit vos filios eſſe dei:ſicut patet. F.v.3.
Si vo iniurias pr̄is filij nūcupati patiēter videant:li
cet noīe vocent̄ filij:re tñ nō ſunt:ſicut ptʒ de illis q̄ pa
trē ſagittabāt. F.v.17. Vos ergo ſpecialiſſime tenemi
ni vos oſtēdere eſſe filios dei:q: vos ſpecialiꝰ nutrit: ⁊
de patrimonio eiꝰ viuitis:ergo ſe vobis patrē oſtēdit:
ſicut patet. F.v.2. Nō ſitis ḡ filij degeneres ne impro
reret̄ vobis:illud Eſa.j. Filios enutriui ⁊c̄. Tales eñ
filij degeneres ſūt ſil'es ſtomacho peſſimo q̄ cibaria re
cepta ꝓpter ſui indiſpoſitionē ad mēbra nō trāſmittit:
ſʒ potiꝰ in malos humores ꝯuertit. Ita illi q̄ a deo ciba
ria recipiunt corpalia ⁊ ſpūalia tenent̄ nec bene nec ad
efficaciter ad membra tranſmittūt. Vos ḡ tāq̄ ſtoma
chus bene diſpoſitꝰ ⁊ cor ⁊ lux mundi qui eſtis in me
dio dioceſis tanq̄ vita ⁊ lux totiꝰ dioceſis: vel eſſe de
beretis ſicut ſtomachus in medio corpis vitā ſpūalem
influite in totū corpus viriliter:defectꝰ totus capituli:
⁊ dioceſis in mundo ⁊ ad correctionē cooperādo:infir
mos curate: ⁊ mortuos ſuſcitate Math.x. Sic̄ habens
curā ⁊ cuſtodiā corpoꝝ dep̄hendens quia multos in
fra cuſtodiā ſuaʒ habet infirmos: medicos alloquitur
corpoꝝ dicēs. Infirmos curate. Sic deꝰ curā habens
aīarū:q̄rū curā recepiſtis in picu lo aīarū vr̄arū alloq̄
tur dicēs. Infirmos curate ⁊ vltra onerat vos q̄ʒ me
dici corpoꝝ pñt:dicens. Mortuos ſuſcitate. In q̄ tria 25
